CODEX DIPLOMATICUS

ET EPISTOLARIS

REGNI BOHEMIAE

IUSSU COMITIORUM REGNI BOHEMIAE

EDIDIT

GUSTAVUS FRIEDRICH.

TOMUS I

INDE AB A. DCCCV. USQUE AD A. MCXCVII.

PRAGAE MCMIV—MCMVII.

SUMPTIBUS COMITIORUM REGNI BOHEMIAE.

TYPIS ALOISII WIESNERI.

1.

Constitutio de negotiatoribus, qui ad partes Slavorum et Avarorum pergunt, e capitulari missorum in Theodonis villa dato.

[805 exeunte].

Boretius, Capitularia regum Francor. in Monum. Germ. Leg. sectio II, tom. I, pag. 122, num. 44. (Codices mss., in quibus capitulare exstat, enumerantur ibid. pag. 120). — Erben, Reg. I, pag. 7, num. 16. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 6, num. 8.

De anno et loco, quo capitulare hoc editum fuerit, docent illa, quae in cod. bibl. national. Paris. 9654 fol. 17. et Vaticano inter Palatinos 582 fol. 19.v inscribuntur: ‚Ad Theotonem villam *[= Thionville, Diedenhofen]* fuit datum in anno V imperii ante natale domini.'

. . . . (VII.) De negotiatoribus, qui partibus Sclavorum et Avarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant,[1] id est: partibus Saxoniae usque ad Bardaenowic,[2] ubi praevideat Hredi; et ad Schezla,[3] ubi Madalgaudus praevideat; et ad Magadoburg[4] praevideat Aito; et ad Erpesfurt[5] praevideat Madalgaudus; et ad Halazstat[6] praevideat item Madalgaudus; ad Foracheim[7] et ad Breemberga[8] et ad Ragenisburg[9] praevideat Audulfus, et ad Lauriacum[10] Warnarius. Et ut arma et brunias non ducant ad venundandum.[11] Quod si inventi fuerint portantes, ut omnis substantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatii, alia vero medietas inter iamdictos missos et inventorem dividatur.

---

1. [1]) *Regiones infra descriptae in regni finibus orientalibus sitae sunt et ita dicuntur, ut a semptemtrione, id est Albis ostio, capitularis auctor incipiat et meridiem versus ad Danubium et Anasum (Enns) confluentes procedat.* — [2]) *Hodie Bardowiek.* — [3]) *Schesel prope Celle.* — [4]) *Magdeburg.* — [5]) *Erfurt.* — [6]) *Hodie non exstat, sed situm fuit prope Bamberg.* — [7]) *Forchheim.* — [8]) *Pfreimt.* — [9]) *Regensburg.* — [10]) *Lorch prope Enns.* — [11]) *Similiter iam Karoli Magni capitulare Haristallense anno 779 mense martio datum, cap. 20 vetat:* ‚De brunias, ut nullus foris nostro regno vendere praesumat.'

2.

Karoli Magni capitula de causis diversis; inter alia de expeditione, si fieret in partes Hispaniae, Avariae vel Bohemiae vel Soraborum.

[807 init.?]

Traditur in codicibus: A) bibl. nat. Paris. 9654. fol. 20v; B) bibl. Vaticanae inter Palatinos 582. fol. 23v.

Boretius, Capitularia regum Francorum (Monum. Germ. hist. Legum sect. II) I, pag. 135, num. 49. — Erben, Reg. I, pag. 7, num. 17 (ex edit. Pertzii in Mon. Germ. III, pag. 149). — Mühlbacher, Reg. d. Kaiserreichs I, pag. 173, num. 419; Dobenecker, Reg. Thuringiae I, pag. 24, num. 81.

Anno fere 807 capitula adscribenda esse, ordo probat, quo capitula in codicibus recensentur.

Volumus atque iubemus, ut comites nostri propter venationem et alia ioca placita sua non dimittant nec ea minuta faciant, sed ad exemplum, quod nos cum illis placitare solemus, sic et illi cum suis subiectis placitent et iustitias faciant. Et de singulis capitulis, quae eis praecepimus, per semet ipsos considerare studeant, ut nihil praetermittatur ab eis, quae vel infra patriam vel foras patriam in hoste faciendum iniungimus.

Si partibus Hispaniae sive Avariae[a] solatium ferre fuerit necesse praebendi, tunc de Saxonibus quinque sextum praeparare faciant. Et si partibus Beheim fuerit necesse solatium ferre, duo tercium praeparent. Si vero circa Surabis[b] patria defendenda[c] necessitas fuerit, tunc omnes generaliter veniant. — —

3.

Ludovicus Pius imperator imperium suum inter filios suos Lotharium, Pippinum et Ludovicum dividit. *Aquisgrani 817 mense iul.*

E cod. ms. bibl. nationalis Parisiensis num. 2718, fol. 76.

Boretius, Capitularia regum Francor. (Mon. Germ. Leg. sect. II) I, pag. 270, num. 136. — Erben, Reg. I, pag. 7, num. 18. — Vide et. Palacký, Dějiny³ I, 1, pag. 121, nota 61.

In nomine domini dei et salvatoris [nostri Iesu Christi Hludowicus, divina ordinante providentia imperator augustus].[a] Cum nos in dei nomine anno incarnationis domini octingentesimo septimo decimo, indictione decima annoque imperii nostri quarto, mense iulio, Aquisgrani palatio nostro more solito sacrum conventum et generalitatem populi nostri propter ecclesiasticas vel totius imperii

2. a) *ita B*; ‚avaritiae' *corr.* ‚avaratiae' *A.* — b) ‚Sorabis' *corr. A.* — c) ‚deferendis' *A*; ‚deferenda' *B.*

3. a) *Loco verborum uncis inclusorum legitur in codice:* ‚et caet.' *Inscriptionem e constitutione proxime post edita supplevit Boretius.*

nostri utilitates pertractandas congregassemus et in his studeremus, . . . actum est, ut et nostra et totius populi nostri in dilecti primogeniti nostri Hlutharii electione vota concurrerent. Itaque taliter divina dispensatione manifestatum placuit et nobis et omni populo nostro, more solemni imperiali diademate coronatum, nobis et consortem et successorem imperii, si Dominus ita voluerit, communi voto constitui. Ceteros vero fratres eius, Pippinum videlicet et Hludowicum, aequivocum nostrum, communi consilio placuit regiis insigniri nominibus et loca inferius denominata constituere, in quibus post decessum nostrum sub seniore fratre regali potestate potiantur iuxta inferius adnotata capitula, quibus, quam inter eos constituimus, conditio continetur. . . . .

Cap. I. Volumus, ut Pippinus habeat Aquitaniam[b] et Wasconiam et markam Tolossanam totam et insuper comitatos quatuor . . . .

II. Item Hludowicus, volumus, ut habeat Baioariam et Carentanos et Beheimos et Avaros atque Sclavos, qui ab orientali parte Baioariae sunt, et insuper duas villas dominicales ad suum servitium in pago Nortgaoe: Luttraof et Ingoldesstat.[1]

III. Volumus, ut hi duo fratres, qui regis nomine censentur, in cunctis honoribus intra suam potestatem distribuendis propria potestate potiantur, tantum ut in episcopatibus et abbatiis ecclesiasticus ordo teneatur et in ceteris honoribus dandis honestas et utilitas servetur.

4.

Ludovicus Germanicus Privinae duci beneficium a se collatum in hereditatem donat, exceptis illis, quae ad ecclesiam Salisburgensem pertinent.

Ratisbonae 847 octob. 12.

Diploma quidem deperditum est, rem gestam vero ‚De conversione Bagoariorum et Carantanorum libellus‘ *c. 12. his verbis enarrat:* „Pervenit ergo ad notitiam Hludowici piissimi regis, quod Priwina benevolus fuit erga dei servitium et suum; quibusdam fidelibus suis saepius ammonentibus, concessit illi in proprium totum, quod prius habuit in beneficium, exceptis illis rebus, quae ad episcopatum Juvavensis ecclesiae viderentur pertinere. . . . Isti fiebant praesentes: nomine Liuphrammus archiepiscopus, Erchanbertus episcopus *[Frisingensis]*, Erchanfridus episcopus *[Ratisbonensis]*, Hartwigus episcopus *[Pataviensis]*, Karolomannus, Hludowicus, Ernust, Ratpot, Werinheri, Pabo, Fritilo, Tacholf, Deotrih, Waninc, Gerolt, Liutolt, Deotheri, Wolfregi, Jezi, Egilolf, Puopo, Adalperht, Megingoz, item Adalperht, Odalrih, Pernger, Managolt. Actum loco publico in Reganespurc, anno domini 848, indictione XI, sub die IIII idus octobris.“ *Monum. Germaniae, SS. XI, pag. 13. = Pastrnek, Dějiny slovanských apoštolů pag. 270 sq. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 22, num. 31. — De tempore vide Mühlbacher, Regesten des Kaiserreichs I, pag. 531, num. 1347d. De Privina, a Moimaro, duce Moravorum, expulso, cf. Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches I, pag. 33, 298, II, 176 sq., 380.*

3. *b)* ‚Aequitaniam‘ *prima manu cod.*

1) *Lauterhofen et Ingolstadt.*

5.

Capitula concilii Maguntini, in quibus inter alia de exordio fidei christianae in Moravia dicitur. *Maguntiae 852 oct. 3.*

Cod. ms. bibl. regiae Bambergensis A. I, 35 signatus, fol. 48 (A.).

Boretius et Krause, Capitularia regum Francorum (Mon. Germ. hist. Leg. sect. II) II, pag. 185 et 189. — Mühlbacher, Reg. d. Kaiserreichs unter d. Karolingern I, num. 1360 a.

Canon Hludowici regis. Anno dominicae incarnationis DCCCLII,[a] indictione XV, regis vero orthodoxi atque gloriosi et vera clementiae dignitate praecipui Hludowici anno XVIII, mense octobre, die tertio, ex voluntate atque precepto eiusdem serenissimi principis sancta synodus habita est in civitate Magontia, metropoli Germaniae, presidente Rabono, venerabili eiusdem civitatis archiepiscopo, cum ceteris episcopis orientalis Frantiae et Baioariae atque Saxoniae . . . . et reliquis aecclesiastici ordinis viris, presbiteris videlicet, monachis atque diaconibus, a quibus statutum est haec synodalium decreta gestorum, quorum capita subter adnexa[b] sunt. — —

[11.] De homocidio. — Albgis, qui uxorem Patrichi publice auferens ad extremos fines regni duxit in rudem[c] adhuc christianitatem gentis Maraensium et crimine adulterii ecclesiam Christi diffamavit, communi consilio decernimus, ut iussu regis in exilium missus iuxta sacrorum canonum statuta[1] penitentiam pleniter agat, id est: III annos cum pane et aqua et leguminibus atque holeribus, exceptis precipuis festivitatibus, et postea IV annos alios per singulas ebdomadas III dies similiter abstineat et III quadragesimas, nisi infirmitatis nimia hoc illum prohibeat ita inplere, et deposito militari cingulo omni tempore vitae absque coniugio permaneat. . . .

6.

Ludovicus Germanicus confirmat monasterio sancti Emmerammi Ratisbonae possessionem bonorum a Willihelmo comite collatorum, quae sita sunt infra duo flumina, „id est inter Agastam[1] et Nardinam[2], a locis videlicet, ubi ipsa in Danubium fluunt, usque ad loca, ubi de venis in amnes derivantur, et ita usque in Nortuualt in hanc partem silvae sine termini conclusione."

Ratisbonae 853 ian. 18.

Urkundenbuch des Landes ob der Enns II, pag. 16, num. 12. — Erben, Reg. I, pag. 11, num. 27. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 24, num. 35. — Mühlbacher, Reg. d. Kaiserreichs unter d. Karolingern I, pag. 537, num. 1363.

5. a) ‚DCCCL' *superscript.* ‚II' *A.* — b) ‚adnecta' *A.* — c) ‚inouā' *in marg. adnot. A.*
1) *Cfr. Conc. Ancyr. c. 19, Mansi II, col. 526.; Wasserschleben, Bussordnungen p. 378.*
6. 1) *Aist.* — 2) *Naarn.*

7.

Controversiae inter Annonem episcopum Frisingensem et Odalscalcum episcopum Tridentinum de vineis apud Pauzanam habitae descriptio, in qua de exercitu Baiovariorum, a rege Ludovico Germanico in Bohemiam misso, commemoratur.

Aibling 855 mart. 17.

Meichelbeck, Hist. Frisingensis tomi I pars 2, pag. 350, num. 702. — Fontes rer. Austriac. sect. II, tom. 31, pag. 16. — Erben, Reg. I, pag. 12, num. 28. — Vid. Mühlbacher, Reg. d. Kaiserreichs I, pag. 541, num. 1370 b; Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches I, pag. 388, nota 3.

Quodam tempore, dum turbida res agitabatur in episcopatu Frisinge, contigit deo donante plebem elegisse sibi Annonem episcopum,[1] quod domnus rex Ludovvicus assensit, talemque votum benigne suscepit, illumve statuit feliciter regere sanctum ovile. Tunc temporis Odalschalc Triente episcopus [2] per malorum suasionem ad Pauzanam [3] vinearum sancte Marie invasionem fecit iniuste. Quibus sibi subactis, ut locus obtulit, dono dei optissimus rex Ludovvicus interea ad Eipilingun [4] dies quadragesimales frequentabat, misit aciem Baiovvariorum in Poemanios, quorum ductor Ernst comes exstitit, episcopis simul comitantibus. Tum demum reversi cum rumore non minimo, ut moris est, confluebant ad regem [a] .... Actum ad Eipilingen [4] XVI kalendas aprilis anno incarnationis domini DCCCLV, indictione III.

8.

Ludovicus Germanicus monasterio Altahae Inferiori (Niederaltaich) omnia, quae dux Privina ei donavit, confirmat petente abbate Otgario.

Ratisbonae 860 febr. 20.

Monum. Boica XI, pag. 119, num. 13; cf. ibid. XXVIII, 1, pag. 52, num. 37 (ex autographo tabularii regni Bavariae Monachi) = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 28, num. 39. = Erben, Reg. I, pag. 12, num. 29 (exc.) — Mühlbacher, Regesten d. Kaiserreichs I, pag. 556, num. 1401; cf. Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches II, pag 24, nota 1; Monum. Germ SS. XI, pag. 13, nota 58 et pag. 14 nota 65.

... Briuuinus, fidelis dux noster, veniens in procerum nostrorum presentiam, postulavit serenitatem nostram, ut de rebus proprietatis sue, quas ei in proprietatem concessimus, liceret ei partem aliquam ob memoriam eius dare ad sanctum Mauricium et ad monasterium nostrum Altaha, cui tempore illo Otgarius abba preesse videbatur et rector; cuius petitioni libenti animo assensum prebentes,

---

7. *a) In sequentibus describitur litis de praefatis vineis processus et definitio.*

1) *854—875.* — 2) *855—864.* — 3) *Bozen.* — 4) *Aibling ap. Rosenheim in Bavaria.*

decrevimus ita fieri. Dedit itaque Briuuinus, fidelis dux noster, cum consensu et licentia nostra ad prefatum monasterium sancti Mauricii martyris Christi de sua proprietate in suo ducatu, quicquid habuit ad Salapiugiti infra terminos istos: in orientem ultra Salam fluviolum usque in Slougenzin marchan et Stresmaren, et sic sursum per Salam usque Uualtungesbah et sic inde usque in Hrabagiskeit et ad Chirihstetin. Postea vero predictus fidelis abba noster Otgarius deprecatus est celsitudinem nostram, ut easdem res per nostre auctoritatis preceptum confirmassemus. Cuius petitioni ob honorem dei et sancti Mauricii militis Christi et bonum illius servitium libenti animo assensum prebuimus . . . . Data X kalendas marcii, anno Christo propitio XXVIII regni domni Hludouuici serenissimi regis in orientali Francia. Actum Reganesburc civitate regia, in dei nomine feliciter amen.

9.

Kocelus, comes de Slavis, omnia quae habuit in villa Wampaldi dicta, ecclesiae Frisingensi donat. *Ratisbonae 861 mart. 12.*

Meichelbeck, Hist. Frising. tomi I pars 2, pag. 353, num. 710. — Cf. Monum. Germ. SS. XI, pag. 13, nota 58; Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches II, pag. 24.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Declaratum est commorantibus cunctis, quod quidam comes de Sclavis nomine Chezul omnem rem, quam habuit prope Pilozsvve in villa, quae dicitur Wampaldi, cum territoriis et vineis, pratis et silvis ad haec pertinentibus cum omni integritate in capsam sanctae Mariae firmiter tradidit, ut aevis temporibus inconvulsum permaneat ad Frisingas, ubi electus dei Corbinianus corpore quiescit. Hoc factum est anno incarnationis domini DCCCLXI, indictione VIII, in loco regali publico Ratispona in XII. kalendas aprilis.[1]

10.

Nicolaus I papa ad Ludovici Germanici regis mandata a Salomone, episcopo Constantiensi, relata per litteras respondens, regi prosperam adversus Rastislaum, principem Moraviae, expeditionem exoptat. *[864.]*

---

9. [1]) *Idem* „Chozil, humillimus comes, de haereditate sua tradidit ad s. Emmerammum *[Ratisbonae]* in proprietatem ad Stromogin, quantum Gundpoldus habuit in proprietatem et beneficium in villa nuncupante Reginuuartesdorf et in Rosdorf;“ *Pez, Thesaurus anecdot. noviss. I, pars 3 col. 233 (ex Anamodi lib. I traditionum sanct-Emmerammensium cap. L); Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 33, num. 46; Erben, Reg. I, pag. 14, num. 34. In litteris Gundbatonis diaconi, tempore Carlomanni, regis Bavariae (876—880) confectis,* „Chezil dux“ *iam mortuus commemoratur; Pez, l. l. col. 218.*

Baluzii Miscellanea (ed. Mansi) I, pag. 401. = Mansi Conc. ampl. coll. XV, pag. 454, = Migne, Patrolog. lat. 119, pag. 872. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 27, num. 37. — Erben, Reg. I, pag. 14, num. 33. — Jaffé, Reg. pontif.² I, num. 2758.

Hartzheim, Concil. Germ. II. pag. 432 perperam documenti huius fidem negabat. — Conf. etiam Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches II, pag. 85, 86, not. 1; Bretholz, Gesch. Mähr. I, pag. 67.

XI. Quoniam nuntias, quod fidelis rex [1] dispositum habeat venire Tullinam [2] et deinde pacem cum rege Vulgarorum [3] confirmare et Rastitium [4] aut volendo aut nolendo sibi obedientem facere,[5] oramus omnipotentem deum, ut angelus, qui fuit cum Jacob patriarcha, sit quoque cum ipso et cum omnibus suis et bene disponat iter eius, et cum pace et gaudio revertatur ad propria.

11.

Nicolaus I papa Constantinum et Methodium auditis eorum laboribus Romam accersit. *[867.]*

Litterae deperditae; vid. Transl. s. Clementis c. 8 (Pastrnek, Děj. slovanských apoštolů pag. 243); Vita Methodii c. 6. (Pastrnek op. cit. pag. 226); Jaffé, Reg. pont.² num. 2888; Boczek, Cod. dipl. Mor. I. pag. 32, num. 43. — Cf. Analecta iuris pontificii X, pag. 74; Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches II, pag. 186.

12.

(DUBIAE FIDEI.)

Hadrianus II papa Rostislavo, Sventopulco et Kocelo Methodium commendat; linguae slovenicae usum in sacris concedit; excommunicat eos, qui litteras linguae eorum vituperant. *[869 post febr. 14].*

Epistolae huius translatio slovenica exstat in Vita Methodii c. VIII. (Codices mss. enumerat Pastrnek, Dějiny slovanských apoštolů Cyrilla a Methoda pag. 9 sq.)

Erben, Reg. I, pag. 14, num. 35 (ex editione Pauli J. Šafařík, Památky dřevn. písemnictví Jihoslovanů pag. 5) = Goetz, Gesch. d. Slavenapostel, pag. 52. — Jaffé, Reg. pontif.² I, num. 2924. — Damus ex editione Vitae Methodii a v. d. Pastrnek op. cit. pag. 228 recognita.

Epistola nec vitiis nec suspicione caret. Quae fides ei sit adhibenda, inter viros doctos haud constat. Palacký, Dějiny³ I, 1, pag. 139, nota 84 pro genuina eam habet. Similiter Dümmler in Archiv f. Kunde österr. Gesch. XIII, (1854) pag. 182. et Rački in Arkiv za jugoslav. povjest. IV, pag. 281 sq. de sinceritate eius non esse dubitandum censent. Falsam

10. [1]) *Ludovicus Germanicus.* — [2]) *Tuln oppidum Austriae inferioris.* — [3]) *nomine Bogoris.* — [4]) *Principem Moraviae.* — [5]) *Expeditio haec contra Rastislaum facta est mense augusto a. 864, v. annal. Fuld. in Mon. Germ. SS. I, pag. 378; ed. Kurze pag. 62.*

vero esse putat Ginzel, Gesch. d. Slavenapostel, pag. 8 et J. Friedrich, Ein Brief d. Anastasius bibliothecarius, in Sitzungsber. d. bayer. Akad. 1892 pag. 411. Veritatem fusius defendit Snopek, List papeže Hadriana II (extr. ex Sborník Velehradský VI). Spuriam esse demonstrat Goetz l. l. pag. 53 sq., cuius sententiae repugnat Nachtigall in Arch. f. slav. Philol. XX (1898) pag. 130. — Recentissime ea, quae Vondrák in Časop. Musea kr. Česk. LXXI (1897) pag. 340 sq. et Arch. f. slav. Philol. XX, pag. 141 sq. contra epistolae huius auctoritatem profert, refellit Jagić, Zur Entstehungs-Gesch. d. kirchenslav. Sprache (Denkschr. d. kais. Akad. Wien XLVII, 1902) pag. 21 sq. Vide etiam Pastrnek in Český časop. historický VII. (1901) pag. 35 sq. — De aetate epistolae conf. Dümmler l. l. pag. 182.

Андрианъ ѥпискоупъ и рабъ божьи къ Ростиславоу и Свѧтоплъкоу и Коцьлю. слава въ вышьн҃ихъ богоу и на земл҃и миръ, въ чловѣцѣхъ благоволѥньѥ. ꙗко о васъ доуховьнаꙗ слышахомъ, нынѣ же жѧдахомъ съ желаньѥмь и молитвоѭ вашего ради съпасеньꙗ, како ѥстъ въздвиглъ господь срьдьца ваша искати ѥго и показалъ вамъ, ꙗко не тъкъмо вѣроѭ нъ и благыими дѣлы достоитъ слоужити богоу; вѣра бо без дѣлъ мрьтва ѥстъ, и отъпадаѭтъ ти, иже сѧ мьнѧтъ бога знаѭште, а дѣлы сѧ ѥго отъмѣтаѭтъ. не тъкъмо бо оу сего свѧтител҃ьскаѥго стола просисте оучителꙗ нъ и оу благовѣрьнаѥго цѣсарꙗ Михаила. да посъла вамъ блаженаѥго философа Константина и съ братромь, доньдеже мы не доспѣхомъ. она же оувѣдѣвъша апостольскаѥго стола достоѩшта ваша страны кромѣ канона не сътвористе ничьсоже, нъ къ намъ придосте и свѧтаѥго Климента мошти несѫшта. мы же трьгоубѫ радость примъше оумыслихомъ испытавъше посълати Меѳодьꙗ, свѧштьше и съ оученикы, сына же нашего, на страны ваша, мѫжа же съвръшена разоумомь и правовѣрьна, да вы оучитъ, ꙗкоже ѥсте

Hadrianus episcopus et servus dei Rostislavo et Sventopulco et Kocelo. Gloria in altissimis deo et in terra pax, in hominibus bona voluntas.[1] Quia de vobis spiritualia audivimus, nunc autem sitiebamus cum desiderio et precibus vestrae salutis gratia, quomodo expergefecit dominus corda vestra, ut eum quaereretis, et monstravit vobis non solum fide, verum etiam bonis operibus oportere deo servire; fides enim sine operibus mortua est,[2] et falluntur ii, qui putent, se deum cognoscere, in operibus autem ab eo desciscunt. Non enim tantum apud hunc sacerdotalem thronum rogastis doctorem, sed etiam apud pium imperatorem Michaelem. Et misit vobis beatum philosophum Constantinum cum fratre, cum nobis potestas deesset. Illi vero cum cognovissent ad apostolicam sedem pertinere vestras partes, contra canonem nihil fecerunt, sed ad nos venerunt simul sancti Clementis reliquias ferentes. Nos autem triplici gaudio repleti statuimus re considerata mittere Methodium, postquam eum cum discipulis ordinavimus, filium autem nostrum, in partes vestras, virum perfectum intellectu et orthodoxum, ut vos edoceret, sicuti rogastis, interpretans libros in linguam vestram, per

12. [1]) *Luc. II, 14.* — [2]) *Jacob. II, 26.*

просили, съказаѩ кън͡игы въ ѩзыкъ вашь по вьсемоу црькъвьноуѥмоу чиноу испльнь, и съ свѧтоѭ мьшеѭ рекъше съ слоужьбоѭ и крьштеньѥмь, ꙗкоже ѥстъ философъ начѧлъ Константинъ, божьѥѭ благодѣтьѭ и за молитвы свѧтаѥго Климента, такоже же аште инъ къто възможетъ достоино и правовѣрьно съказати, свѧто и благословлѥно богомь и нами и вьсеѭ каѳоликиѥѭ и апостольскоѭ црькъвьѭ бѫди, да бисте оудобь заповѣди божьѩ навыкли. сь же ѥдинъ храните обычаи, да на мьши прьвѣѥ чьтѫтъ апостолъ и ѥвангелиѥ Римьскы, таче Словѣньскы, да сѧ испльнитъ кън͡ижьноѥ слово, ꙗко въсхвалѧтъ господь вьси ѩзыци, и дроугоиде вьси възглаголѭтъ ѩзыкы различьны величьꙗ божьꙗ, ꙗкоже дастъ имъ свѧтыи доухъ отъвѣштавати. аште же къто отъ събьраныихъ вамъ оучител҄ь и чешѫштиихъ слоухы и отъ истины отъвраштаѭштиихъ на блѧди, начьнетъ дрьзнѫвъ инако развраштати вы, гадѧ кън͡игы ѩзыка вашего, да бѫдетъ отълѫченъ нъ тъкъмо въ сѫдъ данъ црькъве, доньде сѧ исправитъ; ти бо сѫтъ вльци а не овьцѧ, ѩже достоитъ отъ плодъ ихъ знати и хранити ихъ. вы же чѧда възлюблѥнаꙗ, послоушаите оученьꙗ божьꙗ и не отъринѣте казаньꙗ црькъвьнаѥго, да сѧ обрѧштете истиньни поклонител҄е божьи, отьцоу нашемоу небесьскоуѥмоу съ вьсѣми свѧтыими, аминь.

totum ecclesiasticum ordinem pleniter, etiam cum sancta missa, id est cum liturgia, et baptismo, quemadmodum coepit philosophus Constantinus, divina gratia et cum invocatione sancti Clementis, eodem modo autem si quis alius potuerit digne et orthodoxe interpretari, sanctum et benedictum sit a deo et a nobis et ab omni catholica et apostolica ecclesia, ut facile praecepta divina discatis. Hunc unum servate morem, ut in missa primo legant apostolum et evangelium Romane, dein Slovenice, ut expleatur verbum scripturae: Quia laudabunt dominum omnes gentes,[3] atque alio loco: Omnes loquentur linguis variis magnalia dei, prout dedit illis sanctus spiritus respondere.[4] Si quis vero ex congregatis apud vos doctoribus et iis, qui scabunt aures et a veritate avertunt in errores, ausus fuerit aliter seducere vos, vituperans libros linguae vestrae, sit excommunicatus, sed tantum in iudicium datus ecclesiae, donec se correxerit. Isti enim sunt lupi, non autem oves, quos convenit a fructibus eorum cognoscere[5] et cavere ab iis. Vos autem, filii carissimi, audite praecepta dei nec repudiatis institutionem ecclesiae, ut inveniamini veri adoratores dei, patris nostri caelestis, cum omnibus sanctis, amen.

13.

Johannes VIII papa Ludovico Germanico regi exponit, Pannoniam dioecesim apostolicae sedi fuisse deputatam. *[873 ante mai. 14].*

12. [3]) *Psalm. CXVI, 1.* — [4]) *Apost. II, 11 et 4.* — [5]) *Matth. VII, 15—16.*

Fragmenta in card. Deusdedit Collectione canonum lib. I, c. 193, in cod. Vatic. 3833, fol. 39.v (V). — Fragm. 2. exstat etiam in Collect. Britannica in cod. ms. s. XII. Musaei Britan. Add. 8873, Joh. VIII epist. 15 (B.), et in cod. capituli Olomucensis saec. XII. num. 205 fol. 67 (O).

Timon, Imago antiquae Hungariae, pag. 142. — Fejér, Cod. dipl. Hung. I, pag. 186. = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 34, num. 49. = Erben, Reg. I, pag. 15, num. 37. — Martinucci, Deusdedit Coll. can. pag. 130. — Wattenbach, Beiträge z. Gesch. d. christl. Kirche in Mähren und Böhmen, pag. 49. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 2970. — Cf. Ginzel, Gesch. der Slawenapostel, pag. 60, num. 1; Dümmler, Gesch. des ostfränk. Reichs, II, pag. 380.

Johannes episcopus dilecto filio Hludovico glorioso regi. <Inter cętera:> Multis ac variis manifestisque prudentia tua poterit indiciis comprehendere, Pannonicam diocesim ab olim apostolicę sedis privilegiis fuisse[a] deputatam, si apud excellentiam tuam iustitia dei locum,[b] sicut decet, invenerit.[c] Hoc enim synodalia gesta indicant, hoc ystorię conscriptę demonstrant. Verum quia quibusdam hostilium turbationum simultatibus illuc ab apostolica sede non est diu ex more directus antistes, hoc apud ignaros venit in dubium.

<Et infra:> Nemo autem de annorum numero[d] resultandi sumat fomentum, quia sanctę Romanę, cui deo auctore[e] servimus, ęcclesię[f] privilegia, quę in firma beati Petri stabilitatis[g] petra suscepit, nullis temporibus angustantur,[h] nullis regnorum particionibus[i] pręiudicantur.[k] Sed et venerandę Romanę leges divinitus[l] per ora[m] piorum principum promulgatę rerum eius pręscriptionem[n] non nisi post C annos admittunt.

14.

Johannes VIII papa Carolomanno, Ludovici Germanici regis filio, Methodium episcopum, restituto sedi Romanae Pannoniensium episcopatui praefectum, commendat.

[873 ante mai. 14].

Fragmentum in card. Deusdedit Collectione canonum lib. I, c. 194 in cod. Vaticano 3833, fol. 39.v (V).

Timon, Imago ant. Hung. pag. 143. = Fejér, Cod. dipl. Hung. I, pag. 196 = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 36, num. 52. = Erben, Reg. I, pag. 16, num. 39. = Ginzel, Gesch. der Slawenapostel, Anhang I, pag. 57. = Pastrnek, Dějiny slov. apoštolů, pag. 253. — Martinucci, Deusdedit Coll. can., pag. 130. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 2971. — Conf. Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reichs II pag. 381.

---

13. *a)* ‚fuisse' *deest V.* — *b)* ‚de illo cum' *V.* — *c)* ‚invenerit' *in loco raso. V.* — *d)* ‚num. annor.' *O.* — *e)* ‚re' *superscriptum est. V.* — *f)* ‚Rom. ęccl., cui deo auct. serv.' *O.* — *g)* ‚in firmę petrę stab.' *V.* — *h)* ‚angustatur' *O.* — *i)* ‚partionibus.' *V.* — *k)* ‚preiudicatur' *O.* — *l) corr. ex* ‚divinē' *V.* — *m)* ‚per ora — pręscriptionem' *in marg. add. in V.* — *n)* ‚proscriptionem' *O.*

Johannes episcopus glorioso viro Karolomanno, dilecti filii nostri Hludoici regis filio. <Inter cętera:> Itaque reddito ac restituto nobis Pannoniensium episcopatu,[a] liceat predicto fratri nostro Methodio, qui illic a sede apostolica ordinatus est, secundum priscam consuetudinem libere quę sunt episcopi gerere.

15.

Johannes VIII papa Kocelo comiti (principi Pannoniae) scribit excommunicatione teneri eos, qui uxores suas dimiserint vel ad alias illis viventibus migraverint. *[873 ante mai. 14].*

Fragmentum in cod. ms. saec. XII capituli metrop. Olomucensis num. 205, fol. 67 (O). Adest etiam in Coll. Britannica, Joh. VIII epist. 16. (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 36, num. 52. — Wattenbach, Beiträge, pag. 49. — Erben, Reg. I, pag. 15, num. 36. — Ginzel, Gesch. der Slawenapostel, Anh. I, pag. 57. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 2972.

Gozili comiti. Porro[a] eos, qui uxores suas dimiserunt vel[b] ad alias illis[c] viventibus migraverunt nupcias, tam diu cum consentaneis eorum excommunicamus, quousque posterioribus remotis priores penitendo receperint. Sicut enim nupcie a deo, ita divorcium a diabolo est teste sancto Augustino repertum. Quod enim coniunxit deus, homo non separet.[1] Precipue cum hec pessima consuetudo ex paganorum more remanserit, quorum in talibus non alius nisi ipse diabolus erat magister et auctor.[d]

16.

Johannes VIII papa Mutimiro, duci Slavoniae, scribit de presbyteris vagis, contra canones officia peragentibus. Hortatur, ut ad Pannoniensem dioecesim reverti studeat. *[873 ante mai. 14].*

Fragmenta, quorum primum praebet Collect. Brit. in cod. ms. Mus. Britan. saec. XII Addit. 8873 inter Joh. VIII epist. 17. (B). Alterum exstat in Deusdedit Coll. can. lib. I, c. 194 in cod. ms. Vatic. 3833 fol. 39.v (V).

Timon. Im. ant. Hung. pag. 143 (fragm. 2) = Fejér, Cod. dipl. Hung. I, pag. 196 = Erben, Reg. I, pag. 16, num. 40. — Starine, Izd. Jugoslav. Akademija znanosti i umjetnosti XII (1880), pag. 212 (fragm. 1). — Jaffé, Reg. pontif.² num. 2973. — Conf. Neues Archiv V, pag. 321; Dümmler, Die pannon. Legende (Archiv f. österr. Gesch. XIII.) pag. 43, n. 6.

---

14. *a)* ‚episcopatum' *V.*

15. *a) In O. haec inscriptio praecedit:* ‚Idem *[sc. Joh. VIII]* Cozili comiti de his, qui uxores suas dimiserunt vel ad alias illis viventibus migraverunt' — *b)* ‚vel' *deest in O.* — *c)* ‚illis ad alias' *O.* — *d) apud Boczek l. l. perperam hic additur:* ‚Ex concilio III apud Rauennam'; *quae verba ad aliam litteram, non ad hanc pertinent.*

¹) *Matth. XIX, 6.; Marc. X, 9.*

Montemero duci[1] Johannes VIII.[a] Presbiteri illic absoluti et vagi ex omni loco adventantes quedam ecclesiastica contra canones officia peragunt, immo numerosa, cum sint acephali, scelera contra dei precepta committunt.

<Idem Montemero duci[b] Sclavanię. Inter cętera:> Quapropter ammonemus te, ut progenitorum tuorum secutus morem, quantum potes, ad Pannoniensium reverti studeas diocesin. Et quia illic iam deo gratias a sede beati Petri apostoli episcopus[2] ordinatus est, ad ipsius pastoralem recurras sollicitudinem.

17.

Johannes VIII papa Adalvino, archiepiscopo Salisburgensi, praecipit, ut Methodium dioecesi Pannonicae restituat. *[873 ante mai. 14.]*

Fragmentum in Collect. Britannica in cod. Mus. Brit. Addit. 8873 saec. XII. Johannis VIII epist. 19.

Ewald in Neues Archiv der Gesellsch. f. ält. deutsche Gesch. V, pag. 301 = Miklosich et Rački, Novo nadjeni spomenici, in Starine jugoslav. akademije znanosti i umj. XII, pag. 213. = Časopis Musea král. Českého LV, (1881) pag. 292. = Emler, Reg. IV, pag. 706, num. 1761. = Pastrnek, Dějiny slovanských apoštolů Cyrilla a Methoda, pag. 249. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 2975.

Aluino archiepiscopo.[1] Ne mireris, quia diximus, te agente sedem a fratre nostro Methodio recipiendam, quia profecto dignum est, ut tu, qui fuisti eius auctor deiectionis, sis officii conmissi causa receptionis.

18.

Johannes VIII papa Paulo, episcopo Anconitano, legato suo in Germaniam et Pannoniam, mandat, ut coram rege Ludovico ius sedis apostolicae in dioecesim Pannonicam defendat; Adalvinum, archiepiscopum Salisburgensem, et Hermanricum, episcopum Pataviensem, de illegali contra Methodium episcopum procedendi modo arguat; cum Methodio ad Sventopulcum proficiscatur.

[873 ante mai. 14.]

Fragmenta in Collectione Britannica, Joh. VIII ep. 20, in cod. ms. s. XII Musaei Britannici: Add. 8873 signato, et in cardinalis Deusdedit Collectione canonum lib. I cap. 195 in cod. Vatic. lat. 3833 fol. 39v.

---

16. *a)* ‚VII' *B.* — *b)* ‚ducis Clavanię' *V.*
¹) *Slavoniae.* — ²) *Methodius.*

17. ¹) *Salisburgensi 859—873. Dies obitus eius est 14 mai 873, teste Auctuario Garstensi, Mon. Germ. SS. IX, 565 et Necrol. Salisburg., Mon. Boica XIV, 365 sq. Conf. Dümmler, Die Pannonische Legende vom h. Methodius, in Archiv f. Kunde österr. Geschichtsqu. XIII, pag. 192.*

Ewald in Neues Archiv, V, pag. 302. = Starine XII, pag. 213. = Časopis Mus. kr. Česk. LV, (1881) pag. 290. = Emler, Reg. IV, pag. 706, num. 1762. = Pastrnek, Dějiny slov. apoštolů, pag. 249. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 2976. — Conf. Dümmler, Gesch. des ostfränk. Reichs, II, pag. 380.

Paulo episcopo[1] Johannes VIII. Ipse nosti, o gloriosissime rex,[2] quod Pannonica diocesis apostolice sedi sit subiecta, licet bellica clades eam ad tempus ab illa subtraxerit et gladius ad horam hostilis subduxerit. Verum reddita ęcclesiis pace, reddi debuerunt et iura, que cum pace reddita tirannicus unicuique furor ademerat; id ipsum sancto papa Leone in decretis canonicis, cum de reintegrando nuptiarum federe scribserat, innuente et dicente: remotis malis, que hostilitas intulit, unicuique id, quod legitime habuit, reformetur.

Nam[a] non solum inter Italiam ac cęteras Hesperie provincias, verum etiam intra totius Illyrici[b] fines consecrationes, ordinationes et dispositiones apostolica sede patrare antiquitus consuevit, sicut nonnulla regesta et conscriptiones[c] synodales atque ipsarum quoque plurima ęcclesiarum in his positarum monimenta demonstrant.[a]

<Item.>[d] Porro si de annorum numero quis forte causatur, sciat Ludouicus rex,[e] quia[f] inter christianos et eos, qui sunt unius fidei[g], numerus certus affixus est. Ceterum ubi paganorum et incredulorum furor in causa est, quantalibet prętereant tempora, iuri non pręiudicat ęcclesiarum, quę[h] corporalia nescientes arma, solum dominum et propugnatorem suum, quando ei placuerit[i] misereri, patienter expectant. Verum si annorum prolixitas in talibus impedit, ergo deus ipse reprehendendus[k] est, qui post CCCC et XXX annos filios Israhel de durissima servitute Pharaonis et fornace ferrea liberavit, sed et ipse per se redemptor, qui hominum[l] genus post tot annorum millia de inferni claustris eripuit.[h]

<Item.> Dic ergo eis:[3] ‚Ego quidem ad sedem eius, qui per tres[m] vim pertulit annos, recipiendam, non ad iudicium super diocesim destinatus sum subeundum. Et certe secundum decretalia instituta prius eum reinvestiri convenit ministerio[n] episcopi et postmodum ad racionem adduci, ut scilicet vestitus iuribus

18. *a)* ‚Nam — demonstrant‘ *in Coll. Brit. deest; exstat in cardinalis Deusdedit Collect. canon. lib. I, c. 195 (cod. Vatic. 3833, fol. 39v) sub titulo:* ‚Johannes episcopus. Commonitorium Paulo episcopo fungenti *[cod. Vat.* fugienti] legatione in Germaniam et Pannoniam. Inter cętera‘: *(Vide etiam Gratiani Decr. C. XVI, qu. 3, c, 14; Ivonis Decr. VIII, c. 223; Mansi, Conc. XVII, 264, = Migne, Patrol. 126, p. 654; Wattenbach, Beiträge z. Gesch. d. christl. Kirche in Mähr. u. Böhmen, pag. 48; Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 35, num. 50 = Erben, Reg. I, pag, 16, num. 38). — b)* ‚hyllici‘ *cod. Vat. — c)* ‚conscriptione‘ *cod. Vat. — d)* <Et infra> *cod. Vat. — e)* ‚Lud. rex‘ *om. cod. Vat. — f)* ‚quod‘ *cod. Vat. — g)* ‚unius fidei sunt‘ *cod. Vat. — h)* ‚quę — claustris eripuit‘ *in Coll. Brit. deest. — i)* ‚placiverit‘ *cod. Vat. — k)* ‚reprehendus‘ *cod. Vat. — l)* ‚omnium‘ *cod. Vat. — m)* ‚per te‘ *cod. Brit. — n)* ‚ministerio‘ *om. cod. Brit.*

[1]) *Anconitano. —* [2]) *Ludovice. —* [3]) *sc. Adalvino archiepiscopo Salisburg. et Hermanrico ep. Pataviensi.*

per annum et dimidium resumptis, ad diffiniendam causam suam accedat.' Porro si Aluinus[o] cum Hermerico iudicium cum episcopo nostro Methodio[p] inire voluerit, dic ad eos: ,Vos sine canonica sententia dampnastis episcopum ab[q] apostolica sede missum, carceri mancipantes et colaphis affligentes et a sacro ministerio separantes et a sede tribus annis pellentes. Apostolicam sedem per ipsum triennium plurimis missis et epistolis proclamantem non estis ad iudicium convenire dignati, quod profecto semper subterfugere curastis. Et nunc sine sede apostolica iudicium vos querere simulatis,[r] cum ego ad hoc missus sim, ut tanto vos tempore a divinis ministeriis separem, quanto vos eundem venerabilem virum a ministerio sacro cessare coegistis, et ipse tanto tempore credito sibi episcopatu inconcusso ac sine questione fruatur, quanto constat illum vobis facientibus eo fuisse privatum. Sicque demum si habueritis in invicem, conveniatis[s] et coram sede apostolica pars audiatur et iudicetur utraque; presertim cum inter archiepiscopos causa versetur et conveniens non sit, ut inter utrumque alius nisi[t] patriarcha iudex inveniatur. Nam et in negotiis minorum sacri canones ad sedem, ubi est maior auctoritas, partes destinare probantur'.

<Item:> Ne suscipias occasionem excusationis prohibentem te vel fratrem nostrum Methodium transire ad Pentepulcum, sive bella pretendant[4] sive inimicicias[u] congerant.[v] Qui enim sancti Petri sunt, pacifici sunt, et quocumque ierint, bellis a proximorum utilitate minime coercentur.

Ceterum previde ac de separacione coniugatorum maximam curam assumas, ita ut qui a suscepcione sedis apostolice litterarum separati sunt, inculpate reducant priores uxores iniuncta convenienti penitencia, dimissis quas postmodum sunt sortiti. Quod si noluerint, extra ecclesiam eos facito una cum his, qui eos in communionem recipiunt, donec emendent que admiserunt.

De percussoribus vero Lazari monachi, vide, ut secundum apostolorum canones a vobis iudicium proferatur.

19.

Johannes VIII papa Hermanrico, Pataviensi episcopo, mandat, ut cum episcopis Paulo et Methodio Romam veniat et criminum in Methodium commissorum rationem reddat; interim eum suspendit. *[873 ante mai. 14].*

Apographum ex registro in Collectione Britannica Joh. VIII ep. 21; cod. ms. Musaei Britannici (Add. 8873) saec. XII in. fol. 125. (B).

18. *o)* ,Aluinum' *cod. Brit.* — *p)* ,Metholio' *cod. Brit.* — *q)* ,ab' *deest in cod. Brit.* — *r)* ,simulastis' *cod. Brit.* — *s)* ,conveniastis' *cod. Brit.* — *t)* ,sine' *cod. Brit.* — *u)* ,inimicias' *cod. Brit.* — *v)* ,cogerant' *cod. Brit.*

[4]) *Adalvinus et Hermanricus.*

Ewald in Neues Archiv V, pag. 303 = Starine XII, pag. 214. = Časopis Musea král. Čcsk. LV, (1881) pag. 293. = Emler, Reg. IV, pag. 707 num. 1763. = Pastrnek, Dějiny slovanských apoštolů, pag. 251. — Jaffé, Reg. Pontif.² num. 2977.

Hemerico episcopo[1] Johannes VIII. Ad deflendam pravitatem tuam nonnisi fontem lacrimarum ut propheta Jeremias sufficere credimus. Cuius enim ut non dicamus episcopi, secularis cuius, quin[a] immo tyranni seviciam temeritas tua non excessit, vel bestialem feritatem non transcendit, fratrem et coepiscopum nostrum Methodium carceralibus penis afficiens et sub divo diutius acerrima hiemis et nimborum immanitate castigans atque ab ecclesię sibi commisse regimine subtrahens, et adeo in insaniam veniens, ut in episcoporum concilium tractum equino flagello percuteres, nisi prohiberetur[b] ab aliis. Sunt, rogo, hec episcopi, cuius nimirum dignitas, si excesserit, maiora constituit[c] crimina? O episcopum episcopo talia inferentem, et ad hoc apostolicę sedis manu sacrato et e[d] latere destinato! Nolumus tamen nunc exagitare, quę gesseris, ne cogamur indifferenter promulgare quod convenit. Verum dei omnipotentis et beatorum principum apostolorum Petri et Pauli atque nostrę mediocritatis auctoritate interim communione Christi misteriorum et consacerdotum tuorum te[e] privamus; et nisi cum presenti Paulo venerabili episcopo[2] vel cum eodem sanctissimo fratre nostro Methodio Romam, cum ipso audiendus, occurreris, non deerit iusta dampnatio, ubi talis et tanta fuerit inventa presumptio; nec pondus apostolice sedis auctoritatis frustrabitur, ubi tam gravis molis pravitatum immensitas conprobabitur.

20.

Johannes VIII papa Methodio, ecclesiae Pannoniensis archiepiscopo, per Paulum, episcopum Anconitanum, legatum suum, litteris directis interdicit, ne in lingua Slavica missarum sollemnia celebret. *[873.]*

Litterae haec deperditae sunt. Mentio earum fit in epistola Johannis VIII papae ad Methodium a. 879 iun. 14 missa (vide infra num. 23), ubi dicitur: Unde iam litteris nostris per Paulum episc. Anconitanum tibi directis prohibuimus, ne in ea (*sc.* sclavina) lingua sacra missarum sollempnia celebrares.‘ — *Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 37, num. 54. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 2978. — De tempore v. Ginzel, Gesch. der Slavenapostel, pag. 61, n. 2.*

---

19. *a)* ‚quam‘ *B. — b) ita B; melius fore* ‚prohibereris‘ *censet Ewald; quam correcturam non esse necessariam, putat Bretholz, Gesch. Mährens I, pag. 84, nota 2. — c) ita scripsit Emler pro* ‚consitunt‘ *codicis; Ewald lectionem,* ‚consistunt‘ *proponit. — d)* ‚e‘ *deest B. — e)* ‚te‘ *omittit B.*

¹) *Hermanrico episc. Pataviensi; sedit c. 865—874 dec. 26. (Dümmler).* — ²) *Anconitano.*

21.

Johannes VIII papa Annonem, episcopum Frisingensem, ut sui contra Methodium illegalis agendi modi sine mora rationem reddat, Romam vocat; alioquin post mensem septembrem eum communione privat. *[873 ante m. sept.]*

Apographum ex registro in Collectione Britannica, Joh. VIII. ep. 22; cod. ms. Musaei Britannici (Add. 8873) saec. XII in. fol. 125.v (B).

Ewald in Neues Archiv V, pag. 304. = Starine XII, pag. 215. = Časopis Mus. kr. Česk. LV, (1881), pag. 294. = Emler, Reg. IV, pag. 707, num. 1764. = Pastrnek, Dějiny slov. apoštolů, pag. 252. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 2979.

Ad aetatem huius epistolae confer Neues Archiv V, pag. 319.

Annoni[a] episcopo[1] Johannes VIII. Audacia tua et presumptio non solum nubes, sed et ipsos[b] celos transcendit. Usurpasti enim tibi vices apostolice sedis et quasi patriarcha de archiepiscopo tibi iudicium vindicasti; immo, quod est gravius, fratrem tuum Methodium archiepiscopum, legatione apostolice sedis ad[c] gentes fungentem, tyrannice magis quam canonice tractans, nec presbiterorum, qui penes te reperti sunt, iudicasti dignum consensu. Quod non nisi in contumeliam sedis apostolice perpetrasti. Quin etiam petente illo, sacris canonibus edocentibus, ipsius sancte[d] sedis iudicium concedi minime permisisti, sed in eum cum sequacibus tuis et sociis quasi sententiam protulisti[e] a divinisque celebrandis[f] officiis illum sequestrans carceri mancipasti. Insuper et cum proprium sancti Petri hominem esse te diceres, ut patrimonii in Germania siti curam gereres, istius fratris et coepiscopi, quin potius et missi nostri, de quo nobis maior cura debebatur, vincula et insecutiones non solum ut fidelis minime nunciasti, sed Rome, cum[g] super eo interrogareris a nostris, te illum nosse mentiendo negasti, cum cunctarum afflictionum sibi a vestratibus illatarum ipse incentor, ipse instigator, immo ipse fueris auctor. De quibus omnibus nisi adeo fuerit eiusdem venerandi episcopi conditio[h] sana effecta, ut ipse possit omnem suam oblivioni propter deum iniuriam tradere, Romam rationem redditurus indifferenter occurre. Alioquin post mensem septembrium tamdiu communicandi nullam habeas omnino licentiam, quamdiu non obediendo tuam erga nos ostenderis pertinaciam.

21. *a)* ‚Anni' *B.* — *b)* ‚ipso' *B.* — *c)* ‚adf' *B.* — *d) Ewald hic addit* ‚Romane', *quod autem mihi supervacaneum esse videtur.* — *e)* ‚pertulisti' *B.* — *f)* ‚divinis celebrandisque' *B.* — *g)* ‚cum' *omittit B.* — *h)* ‚contricio' *B.*

[1]) *Frisigensi, 854—875.*

22.

Johannes VIII. papa Svatoplukum, ducem Moraviae, hortatur, caveat, ne a praeceptis ecclesiae Romanae deducatur. Methodium, archiepiscopum ab Hadriano II. ordinatum, ob disseminatos errores Romam a sese vocatum esse nuntiat. *[879 iun. 14.]*

Apographum in registro Johannis papae VIII. in tabulario Vaticano fol. 77v, epist. 201. (V). Mansi, Concilior. amplissima collectio XVII, pag. 132. — Dobner, Annales Hagec. III, pag. 186. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 40, num. 58. — Erben, Reg. I, pag. 16, num. 41. — Ginzel, Gesch. der Slawenapostel, Anhang I, pag. 59. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 3267. — Conf. Dümmler, Gesch. des ostfränk. Reichs III. pag. 192; Jagić, Zur Entstehungsgesch. der Kirchenslavischen Sprache (Denkschr. d. Kais. Akad. d. Wiss. Wien, XLVII, 1902) I, pag. 33.

Zvuentapu de Maravna.[a] Scire vos volumus, quia nos, qui per dei gratiam beati Petri, apostolorum principis, vicem tenemus, pio amore vos quasi karissimos filios amplectimur[b] et paterna dileccione amamus nostrisque assiduis precibus vos omnes Jesu Christo domino commendamus orantes semper pro vobis, ut deus omnipotens, qui corda vestra inluminavit et[c] ad viam veritatis perduxit, in bonis operibus confirmet et usque ad finem in recta fide bonaque accione decoratos vos atque incolumes dignetur perducere. Quod autem, sicut Johanne,[d] presbytero vestro, quem nobis misistis, referente didicimus, in recta fide dubitetis, monemus dileccionem vestram, ut sic teneatis, sic credatis, sicut sancta Romana ecclesia ab ipso apostolorum principe didicit, tenuit et usque in finem sęculi tenebit atque per totum mundum cottidie sanctę fidei verba recteque predicacionis semina mittit, et sicut antecessores nostros, sanctos videlicet sedis apostolicę pręsules, parentes vestros ab inicio docuisse[e] cognoscitis. Si autem[f] aliquis vobis, vel episcopus vester vel quilibet sacerdos, aliter adnunciare aut predicare presumpserit, zelo dei accensi omnes uno animo unaque voluntate doctrinam falsam abicite, stantes et tenentes tradicionem sedis apostolicę. Quia vero audivimus, quia Methodius vester archiepiscopus, ab antecessore nostro, Adriano scilicet papa, ordinatus vobisque directus, aliter doceat, quam coram sede apostolica se credere verbis et litteris professus est, valde miramur. Tamen propter hoc dereximus illi,[1] ut absque omni occasione ad nos venire procuret, quatenus ex ore eius audiamus, utrum sic teneat et credat, sicut promisit, aut non. Data ut supra[g] [*i. e.* XVIII kalendas iulii, indiccione XII].[h]

22. *a) Inscriptio caracteribus maiusculis rubricatis alia, ut videtur, manu scripta. Scripturam huius tituli ex codice depinxit Palacký, Lit. Reise nach Italien, in tabula. — b)* ‚amplectamur' *V. — c)* ‚et' *supra lineam suppletum V. — d) correctum ex* ‚Johannis', *littera* ‚e' *alia manu alio atramento superscripta V. — e) prima* ‚s' *supra lineam adscripta V. — f)* ‚autem' *superscriptum V. — g)* ‚Data ut s.' *caracteribus maiusculis scriptum V. — h) datum hoc supplevimus ex epist. 198. (Jaffé² num. 3264).*

[1]) *Vide litteras proxime sequentes.*

23.

Johannes VIII. papa Methodium, ecclesiae Pannoniensis archiepiscopum, evocat, quod et profiteri doctrinam falsam dicatur et contra praeceptum suum, per Paulum, episcopum Anconitanum, missum, in procurandis sacris non Latina nec Graeca, sed barbara id est Slavica lingua utatur. *[879 iun. 14.]*

Apographum in registro Johannis papae VIII. in tabulario Vaticano, fol. 77v—78, epist. 202. (V.)

Mansi, Concil. ampl. coll. XVII, pag. 133. — Balbín, Misc. hist. Boh. dec. I, lib. VI, pag. 1. — Dobner, Annales Hagec. III, pag. 184. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 39, num. 57. — Erben, Reg. I, pag. 17, num. 42. — Ginzel, Gesch. der Slawenapostel, Anh. I, pag. 58 = Pastrnek, Dějiny slov. apoštolů pag. 253. — Jaffé, Reg. pontif.[2] num. 3268.

Reverentissimo Methodio archiepiscopo Pannoniensis ecclesię.[a] Predicacionis tuę doctrinis populum[b] domini, tibi quasi spiritali pastori commissum, salvare instruereque cum debeas, audivimus, quod non ea, quę sancta Romana ecclesia ab ipso apostolorum principe didicit et cottidie predicat, tu docendo doceas et ipsum populum in errorem[c] mittas. Unde his apostolatus nostri litteris tibi iubemus, ut omni occasione postposita ad nos de presenti venire procures, ut ex ore tuo audiamus et cognoscamus, utrum sic teneas et sic predices, sicut verbis et litteris te sanctę Romanę ecclesię credere promisisti, aut non, veraciter[d] cognoscamus doctrinam tuam. Audimus etiam, quod missas cantes in barbara, hoc est in Sclavina lingua, unde iam litteris nostris, per Paulum, episcopum Anconitanum, tibi directis, prohibuimus, ne in ea lingua sacra missarum sollempnia celebrares,[1] sed vel in Latina vel in Greca lingua, sicut ecclesia dei toto terrarum orbe diffusa et in omnibus gentibus dilatata cantat. Predicare vero aut sermonem in populo facere tibi licet, quoniam psalmista omnes ammonet dominum[e] gentes laudare,[2] et apostolus ‚omnis', inquit,[f] ‚lingua confiteatur, quia dominus Jesus in gloria est dei patris'.[3] Data ut supra[g] [*i. e.*: XVIII kalendas iulii, indictione XII].

24.

Johannes VIII. papa Svatopluko, principi Moraviae, Methodium, orthodoxum repertum confirmatumque ecclesiae Moravensis archiepiscopum, commendat. Praeter Wichingum, Nitriensem episcopum ab ipso consecratum, alterum quoque

---

23. *a) Inscriptio caracteribus maiusculis rubricatis alia, ut videtur, manu scripta V. — b) ex* ‚populi' *ab ipso scriptore corr. V. — c)* ‚errore' *V. — d) ante* ‚veraciter' *aliquid excidisse videtur, scilicet* ‚et' *vel simile. — e)* ‚m' *in fine in loco raso scr. V. — f) alia, ut videtur, manu et alio atramento correctum ex* ‚inquid' *genuine posito V. — g)* ‚Data ut supra' *caracteribus maiusculis scriptum.*

[1]) *Vide sup. num. 20. Cf. Dümmler, Gesch. des ostfränk. Reichs, II, pag. 382 n. 1. —* [2]) *Cf. Psalm. CXVI, 1. —* [3]) *Philipp. II, 11.*

Methodii suffraganeum constitui iubet. Concedit, ut divina officia Slavica lingua recitari possint, dummodo evangelium honorificentiae causa latine prius recitetur.

880 mense iun.

Apographum in registro Johannis VIII. papae in tabulario Vaticano, fol. 99v — 100v, epist. 257. (V).

Mansi, Concil. ampl. coll. XVII, pag. 181. — Balbin, Misc. hist. Boh. dec. I, lib. VI, pag. 2. — Pessina, Mars Moravicus, pag. 213. — Dobner, Annales Hagec. III, pag. 190. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 42, num. 59. — Erben, Reg. I, pag. 17, num. 43. — Jireček, Cod. iur. Bohemici I, pag. 11, num. 4. — Ginzel, Gesch. der Slawenapostel, Anhang I, pag. 59. = Pastrnek, Dějiny slov. apoštolů, pag. 255. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 3319. — (Specimen scripturae huius epistolae ex Registro Vatic. depinxit Palacký, Italienische Reise, in tabula).

Conf. Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches III, pag. 193; Bretholz, Gesch. Mährens I, pag. 88; Friedrich, Ein Brief des Anastasius bibliothecarius, Sitzungsber. d. bayer. Akad. d. Wiss. Hist. Cl. 1892, 411—412. Goetz, Gesch. d. Slavenapostel, pag. 58 sq. epistolam hanc falsam esse iniuste iudicavit; Lapôtre, L'Europe et le Saint-Siège à l'époque carolingienne, pag. 125 veram esse censet. De sinceritate eius non esse dubitandum, exponit Jagić, Zur Entstehungsgesch. der kirchenslavischen Sprache (Denkschr. d. kais. Akad. d. Wiss. Wien, XLVII, 1902) I, pag. 34. sq.

Dilecto filio Sfentopulcho glorioso comiti.[a] Industrię tuę notum esse volumus, quoniam confratre nostro Methodio, reverentissimo archiepiscopo sanctę ecclesię Marabensis, una[b] cum Semisisno, fideli tuo, ad limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli nostramque pontificalem pręsenciam veniente atque sermone lucifluo referente, didicimus[c] tuę devocionis sinceritatem et tocius populi tui desiderium, quod circa sedem apostolicam et nostram paternitatem habetis. Nam divina gracia inspirante contemptis aliis sęculi huius principibus, beatum Petrum, apostolici ordinis principem vicariumque illius, habere patronum et in omnibus adiutorem ac defensorem pariter cum nobilibus viris fidelibus tuis et cum omni populo terrę tuę amore fidelissimo elegisti,[d] et usque ad finem sub ipsius et vicarii eius defensione colla summittens, pio affectu cupis auxiliante domino utpote filius devotissimus permanere. Pro qua scilicet tanta fide ac devocione tua et populi tui apostolatus nostri ulnis extensis te quasi unicum filium amore ingenti amplectimur et cum omnibus fidelibus tuis paternitatis nostrę gremio veluti oves domini nobis commissas recipimus vitęque pabulo clementer nutrire optamus, atque nostris assiduis precibus omnipotenti te domino commendare studemus, quatenus sanctorum apostolorum suffragantibus meritis et in hoc sęculo adversa omnia superare et in cęlesti postmodum regione cum Christo deo nostro valeas triumphare. Igitur hunc Methodium, venerabilem archiepiscopum vestrum, interrogavimus coram positis fratribus nostris episcopis, si orthodoxę

24. *a) Inscriptio litteris maiusculis rubricatis alia, ut videtur, manu scripta V. — b) alio atramento correctum ex* ,unu' *V. — c) sequitur adhuc* ,ut', *sed cassatum V. — d) alio atramento correctum ex* ,eligisti' *V.*

fidei symbolum ita crederet et inter sacra missarum sollempnia caneret, sicuti sanctam Romanam ecclesiam tenere et in sanctis sex universalibus synodis a sanctis patribus secundum evangelicam Christi dei nostri auctoritatem promulgatum atque traditum constat. Ille autem professus est, se iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam, sicuti sancta Romana ecclesia[e] docet et a patribus traditum est, tenere et psallere. Nos autem illum in omnibus ecclesiasticis doctrinis et utilitatibus[f] orthodoxum et proficuum esse repperientes, vobis iterum ad regendam[g] commissam sibi ecclesiam[h] dei remisimus. Quem veluti pastorem proprium ut digno honore et reverencia letaque mente recipiatis, iubemus, quia nostrę apostolicę auctoritatis pręcepto eius archiepiscopatus[i] ei privilegium confirmavimus et in perpetuum deo iuvante firmum manere statuimus, sicuti antecessorum nostrorum auctoritate omnium ecclesiarum dei iura et privilegia statuta et firmata consistunt. Ita sane, ut iuxta canonicam tradicionem omnium negociorum ecclesiasticorum curam habeat ipse et ea velut deo contemplante dispenset; nam populus domini illi commissus est et pro animabus eorum hic[j] redditurus erit racionem. Ipsum quoque presbiterum nomine Uuichinus, quem nobis direxisti, electum episcopum consecravimus sanctę ecclesię Nitrensis; quem suo archiepiscopo in omnibus obędientem, sicuti sancti canones docent, esse iubemus. Et volumus, ut pariter cum ipsius archiepiscopi consensu et providencia et alterum nobis apto tempore utilem presbiterum vel diaconem dirigas, quem similiter in alia ecclesia, in qua episcopalem curam[k] noveris esse necessariam, ordinemus episcopum, ut cum his duobus a nobis ordinatis episcopis pręfatus archiepiscopus vester iuxta decretum apostolicum per alia loca, in quibus episcopi honorifice debent et possunt existere, postmodum valeat ordinare. Presbiteros vero diacones seu cuiuscunque ordinis clericos, sive Sclauos, sive cuiuslibet gentis, qui intra provincię tuę fines consistunt, pręcipimus esse subiectos et obedientes in omnibus iam dicto confratri nostro, archiepiscopo vestro, ut nichil omnino pręter eius conscienciam agant. Quod si contumaces et inobędientes existentes scandalum aliquod aut scisma facere pręsumpserint, et post primam et secundam ammonicionem se minime correxerint, quasi zizaniorum seminatores ab ecclesiis et finibus vestris auctoritate nostra precipimus esse procul abiciendos secundum auctoritatem capitulorum, quę illi dedimus, vobis dereximus. Litteras denique Sclaviniscas, a Constantino quondam philosopho reppertas, quibus deo laudes debite[l] resonent, iure laudamus, et in eadem lingua Christi domini nostri preconia et opera enarrentur, iubemus. Neque enim tribus tantum, sed omnibus linguis dominum laudare auctoritate sacra monemur,

24. *e) correctum ex* ‚sanctam Romanam ecclesiam' *per aliam manum* ‚m' *sublatis V. — f) Palacký, Italien. Reise, pag. 15* ‚veritatibus' *legendum esse censet. — g) aliena manu correctum ex* ‚regendum' *V. — h) secunda* ‚e' *superscripta V. — i) sequ.* ‚ut', *sed cassatum V. — j)* ‚c' *ab ipso scriptore superscriptum V. — k)* ‚c' *superscripta V. — l) aliena manu ex* ‚devite' *corr. V.*

quę pręcipit dicens: ‚Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum omnes populi‘.[1] Et apostoli repleti spiritu sancto locuti sunt omnibus linguis magnalia dei.[2] Hinc et Paulus cęlestis quoque tuba insonat monens: ‚Omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Jesus Christus in gloria est dei patris.‘[3] De quibus eciam linguis in prima ad Corinthios epistola satis et manifeste nos ammonet, quatenus linguis loquentes ecclesiam dei ędificemus.[4] Nec sane fidei vel doctrinę aliquid obstat sive missas in eadem Sclavinica lingua canere sive sacrum evangelium vel lecciones divinas novi et veteris testamenti bene translatas et interpretatas legere aut alia horarum officia omnia psallere, quoniam qui fecit tres linguas principales, Hebream scilicet, Grecam et Latinam, ipse creavit et alias omnes ad laudem et gloriam suam. Iubemus tamen, ut in omnibus ecclesiis terrę vestrę propter maiorem honorificenciam evangelium latine legatur et postmodum Sclavinica lingua translatum in auribus populi latina verba non intelligentis adnuncietur, sicut in quibusdam ecclesiis fieri videtur. Et si tibi et iudicibus tuis placet missas latina lingua magis audire, precipimus, ut latine missarum tibi sollemnia celebrentur. Data[m] mense iunio, indictione XIII.

25.

Johannes VIII. papa Methodium archiepiscopum propagandae fidei studiosum laudat, molestiisque affectum consolatur. Svatopluko principi praeter id, quod litteris ad eundem datis contineatur, quidquam a se mandatum esse negat.

881 mart. 23.

Apographum in registro Johannis VIII. papae in tabulario Vaticano fol. 110—110,[v] epist. 278 (V).

Mansi, Concil. ampl. coll. XVII, pag. 199. — Balbin, Misc. hist. Boh. dec. I, lib. VI, pag. 4. — Dobner, Annales Hagec. III, pag. 206. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 44, num. 60. — Erben, Reg. I, pag. 18, num. 44. = Ginzel, Gesch. der Slavenapostel, Anhang I, pag. 62. — Pastrnek, Dějiny slov. apoštolů, pag. 258. — Jaffé, Reg. pontif.[2] num. 3344. — Conf. Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches III, pag. 197.

Methodio archiepiscopo pro fide.[a] Pastoralis sollicitudinis tuę curam, quam in lucrandis animabus fidelium domino deo nostro exhibes, approbantes, et orthodoxę fidei te cultorem strenuum existere contemplantes, nimis in eodem domino iocundamur et ei inmensas laudes et gratias agere non cessamus, qui te magis ac magis in suis mandatis accendat et ad sanctę suę ecclesię profectum ab omnibus adversitatibus clementer eripiat. Verum auditis per tuas litteras

24. *m)* ‚Data — XIII‘ *caracteribus maiusculis scriptum V.*
[1]) *Psalm. CXVI, 1.* — [2]) *Cf. Act. apost. II, 11.* — [3]) *Philipp. II, 11.* — [4]) *Cf. I. Cor. XIV, 4.*
25. *a)* ‚Meth. — fide‘ *caracteribus maiusculis rubricatum. (Huius inscriptionis scripturam ex registro depinxit Palacký, Italienische Reise, in tab.)*

variis casibus vel eventibus tuis, quanta conpassione tibi condoluerimus, ex hoc advertere poteris, in quo te coram nobis positum sanctę Romanę ecclesię doctrinam iuxta sanctorum patrum probabilem tradicionem sequi debere monuimus et tam symbolum quam rectam fidem a te docendam et prędicandam subdimus.[b] Nostrisque apostolicis litteris glorioso principi Sphentopulcho,[1] quas ei asseris fuisse delatas, hoc ipsum significavimus, et neque alię litterę nostrę ad eum directę sunt, neque episcopo illi[2] palam vel secreto aliud faciendum iniunximus et aliud[c] a te peragendum decrevimus. Quanto minus credendum est, ut sacramentum hab eodem episcopo exhigeremus, quem saltem levi sermone super hoc negocio allocuti non fuimus. Ideoque cesset ista dubietas et deo cooperante, sicut evangelica et apostolica se habet doctrina, orthodoxę fidei cultum fidelibus cunctis inculca, ut de labore tui certaminis domino Jesu Christo fructum afferas abundantem et gracia eius remuneratus mercedem recipias competentem. Ceterum de aliis temptacionibus, quas diverso modo perpessus es,[d] noli tristari, quin pocius hoc secundum apostolum omne gaudium prorsus exhistima;[3] quia si deus pro te, nemo esse poterit contra te.[4] Tamen cum deo duce reversus fueris, quicquid inhormiter adversum te est commisum, quicquid iam dictus episcopus[e] contra suum ministerium in te exercuit, utramque audienciam coram nobis discussam adiuvante domino legitimo fini trademus et illius pertinaciam[f] iudicii nostri sentencia corripere non omittemus. Data[g] X kalendas aprelis, indictione XIIII.[g]

26.

Stephanus papa V. Svatopluko, regi Moraviae, protectorem se eius semper fore pollicetur. De trinitate fusius exponit. Wichingum episcopum commendat. Docet ieiunium quibus diebus servandum sit. Methodii superstitionem respuit. Ne divina officia in lingua Slavica celebrentur, interdicit. *[885].*

Apographum manu saec. XI scriptum in cod. ms. saec. X monasterii S. Crucis in Valle nemorosa (Heiligenkreuz in Austria Inferiore) num. 217 (C).

Wattenbach, Beiträge zur Gesch. der christl. Kirche in Mähren und Böhmen, pag. 43. = Migne, Patrolog. lat. 129, pag. 801. = Erben, Reg. I, pag 20, num. 49. (extr.) — Brandl, Cod. dipl. Mor. VII, pag. 704, num. 9. = Ginzel, Gesch. d. Slavenapostel, Anhang I, pag. 63. = Pastrnek, Dějiny slov. apoštolů, pag. 260.

Admodum de hac epistola a scriptoribus dubitatum est. Primus de veritate eius iam Wattenbach op. l. pag. 29 dubitavit, quem alii (Erben, Büdinger, Rački) secuti sunt. Ab

---

25. *b) ita V.; Assemanus, Kalendaria ecclesiae univ. III, pag. 159 legit:* ‚subdidimus'. — *c) correctum ex* ‚aliut' *V,* — *d)* ‚est' *V.* — *e) sic pro* ‚dictis epistolis' *codicis corrigendum proponit Assemanus l. l.* — *f)* ‚pertinacia' *V.* — *g)* ‚Data — XIIII' *caracteribus maiusculis scriptum.*

[1]) *Vide superius num. 24.* — [2]) *Wichingo, episcopo Nitrensi.* — [3]) *Cf. Jacob. I, 2:* ‚Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis'. — [4]) *Cf. Rom. VIII, 31:* ‚Si deus pro nobis, quis contra nos?

ipso Wichingo contra Methodium sibi invisissimum eam fuisse confictam censebat Ginzel l. l. pag. 10, opinionis suae rationibus iam antea in Zeitschr. für gesammte kathol. Theologie VII (1856) pag. 345 sq. (Kirchenhist. Schriften II, pag. 24 sq.) fusius expositis. Id ipsum etiam Hergenröther, Photius, Patriarch v. Constantinopel, II, pag. 628 latissime demonstrabat. Sed non recte videntur iudicasse illi viri doctissimi; nam ea quae epistola hac continentur, cum commonitorio papae, legatis in Moraviam missis dato, (v. infra num. 27), ita concordant, ut de sinceritate eius dubitari non possit. Vid. etiam Dümmler, Gesch. des ostfränk. Reiches III, pag. 254, n. 4; Ewald in Neues Archiv V, pag. 408, nota 5; Martinov, Saint Méthode, apôtre des Slaves et les lettres des souverains pontifes, conservés au British Museum, Revue des questions historiques XXVIII (1880) pag. 369 sq., ubi etiam de tempore, quo haec epistola scripta sit, tractatur; Goetz, Gesch. der Slavenapost. pag. 42 sq. — Bretholz, Gesch. Mährens I, pag. 97; Jagić, Zur Entstehungsgesch. der kirchenslav. Sprache, I, pag. 49; Pastrnek, l. l. pag. 18.

Stephanus[a] episcopus, servus servorum dei, Zuentopolco regi Sclavorum.[1] Quia te zelo fidei sanctorum apostolorum principi, Petro videlicet regni celestis clavigero, omni devocione devovisti, eiusque vicarium pre cunctis huius fluctivagi seculi principibus principalem patronum elegisti, eiusque te cum primatibus ác reliquo terre populo tuicioni pariter commisisti: continuis precibus deum bonorum omnium largitorem exoramus, ut ipsius muniaris suffragio, in cuius manu[b] sunt omnia iura regnorum, quatenus eius vallatus auxilio et intervencionibus apostolorum principum Petri et Pauli et a diabolicis muniaris insidiis et corporali sospitate lęteris, ut anima et corpore tutus, ab eterno iudice bonis operibus decoratus, perpetua felicitate doneris. Nos eciam, qui eius vicariacione fungimur, debitam solicitudinem pro té gerentes, in quocumque indigueris negocio, in his quę ad salutem tuam pertinent, deo auxiliante protectorem invenies in omnibus. Quem ob fidei dignitatem cum omnibus tuis fidelibus, nulla terrarum obsistente intercapidine, spiritualibus ulnis quasi presentem amplectimur amore ut spiritualem filium. Igitur quia orthodoxe fidei anhelare te studiose[c] audivimus, et certo indicio ex hoc agnoscimus, quod ad matrem tuam, sanctam videlicet Romanam ęcclesiam, recurrere voluisti,[d] quę capud[e] est omnium ęcclesiarum, collato sibi privilegio in beato Petro principe apostolorum, cui suas oves verus pastor commisit dicens: ‚Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ęcclesiam et porte inferi non prevalebunt adversus eam‘[2], portas inferi ora orthodoxam fidem blasfemancium appellans; que auctore Christo omnes hereses destruxit et vacillantes omnes in fide solidavit creatoris sui munita auxilio, dicente domino nostro Jesu Christo: ‚Simon, ecce satanas expetit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem

---

26. *a) In cod. praefigitur inscriptio literis maiusculis scripta:* ‚Epistola Stephani pape ad Zventopolcum *[cod.:* ‚abtveno. polcvm‘] regem.‘ — *b)* ‚manu‘ *addidit Wattenbach.* — *c)* ‚studio‘ *corrigendum esse proponit Wattenbach.* — *d)* ‚volusti‘ *C.* — *e) ita C.*

¹) *Praeter epistolam nostram solum Regino ad a. 890, 894; Widukind l. I, c. 19; Cosmas l. I, c. 10, 14. titulum regium Svatopluko attribuit.* — ²) *Matth. XVI, 18.*

rogavi pro te, ne deficiat[f] fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos'.[3] Quis, rogo, nisi insipiens in tantum audeat blasphemie baratrum[g] mergi, ut Petri fidem infamet? pro quo verbum dei in duobus naturis existens, quod natura servi autem natura contulit deitatis.[h] Tuam devocionem amplectimur, volentem discere ut prudenciam tuam digna attollamus laude, quę non alibi vagari, sed ipsam,[i] quę caput est, studuit consulere, a qua eciam omnes ecclesię sumpserunt exordium. Verumptamen fundamentum fidei, super quod suam Christus constituit ęcclesiam, istud est: Tres certe persone subsistentes, patris et filii et spiritus sancti, coęterne sibi sunt et coequales. Et istarum trium personarum una est deitatis natura,[j] una substancia, una divinitas, una maiestas. In quibus personis discrecio est, non confusio, distinccio, non separacio. Distinccionem dico, quia alia est persona patris, alia filii, alia spiritus sancti. Pater enim a nullo, filius a patre, spiritus sanctus ab utroque, unius eiusdemque[k] substancię, cuius pater et filius est. Et hec sancta trinitas unus et verus deus est, que nec inicio incipit aut fine clauditur, nec loco comprehenditur, nec tempore variatur. Pater enim solus de alio non est et ideo solus ingenitus appellatur, filius autem de patre sempiternus filius et ideo genitus dicitur, spiritus vero sanctus patris et filii est spiritus sine ullo intervallo, ubi nulla tempora quęque habent prius vel posterius sunt cogitanda; et ideo nec ingenitus nec genitus, sed procedens dicitur, nec duo patres nec duo filii credantur. Quod filii sit spiritus, apostolus et evangelista[l] testatur: ,Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius',[4] et Paulus apostolus, quod patris filiique sit spiritus testatur: ,Vos autem non estis in carne, sed in spiritu; si tamen spiritus dei habitat in vobis'.[5] Et iterum, ut patris sit spiritus, lucidissime distinguit dicens: ,Quod si spiritus eius, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis, vivificabit et mortalia corpora vestra'.[6] Ut vero filii sit spiritus, idem Paulus testatur: ,Quoniam autem estis filii dei, misit deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem abba pater.'[7] Ut a patre procedat, ipsa veritas dicit: ,Spiritus, qui a patre procedit, ille me clarificavit'.[8] Ut a filio procedat, eadem veritas testatur: ,Ille me clarificabit, quia de meo accipiet'.[9] Absit enim, ut spiritus sanctus credatur de patre in filium et de filio ad sanctificandam creaturam quasi quibusdam gradibus procedere, sed quemadmodum de patre ita et de filio simul procedit.[m] Quis enim negabit esse spiritum sanctum vitam, et cui vita pater, vita sit filius? Sicut pater vitam habet in semet ipso, sic dedit et filio vitam habere in semet ipso. Hęc tibi de multis pauca dixisse sufficiant, quę te absque ambiguitate lingua confiteri et corde oportet credere, sed non ultra vires examinare; quia si solis corporei[n] radio oculorum retun-

26. *f)* ,dificiat' *C.* — *g)* ,blaspemie baratum' *C.* — *h) ita C.* — *i)* ,ipsum' *C.* — *j)* ,deitas natura' *C.* — *k)* ,eius deque' *C.* — *l)* ,inevangelista' *C.* — *m)* ,procedat' *C.* — *n)* ,quia solis corpore radio' *C.*

[3]) *Luc. XXII, 31, 32.* — [4]) *Rom. VIII, 9.* — [5]) *ibid.* — [6]) *Rom. VIII, 11.* — [7]) *Galat. IV, 6.* — [8]) *Cf. Joh. XV, 26.* — [9]) *Joh. XVI, 14.*

ditur intuitus, quanto magis ineffabilis deitatis claritate terrena mens retunditur. Hanc fidem a domino in apostolos et ab[o] apostolis fundatam sancta catholica et apostolica Romana tenet ecclesia; quam tu ut firmiter teneas, monemus, exoramus et testificamus. In qua et Wichingum, venerandum episcopum et carissimum confratrem, ȩclesiastica doctrina eruditum repperimus, et ideo eum vobis ad regendam sibi commissam a deo ȩcclesiam remisimus, quia fidelissimum[p] eum[q] tibi et pro te satis solicitum in omnibus agnovimus. Quem veluti spiritualem patrem et proprium pastorem digno honore et debita reverencia sincera mente recipite, tenete et amplectimini, quia in eo exibitum honorem Christo conferitis, ipso dicente: ‚Qui vos recipit, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum, qui me misit'.[10] Ipse itaque omnium ȩcclesiasticorum negociorum[r] et[s] officiorum habeat curam et dei timorem pre oculis habens dispenset eadem, quia et pro his et pro animabus commissi sibi populi ipse redditurus erit districto iudici racionem. De ieiunio itaque scias a lege, prophȩtis et ab ipso domino in evangelio approbatum. Moyses namque ut legem acciperet, quadraginta diebus et noctibus ieiunavit. Hȩlias, qui cȩlum orando clausit, ut non plueret annos tres et menses sex, et rursus orando aperuit, et cȩlum dedit pluviam et terra dedit fructum suum,[t] quadraginta diebus et noctibus ieiunavit. Auctor et ipse legis, Jesus Christus dominus noster, quadraginta diebus et noctibus ieiunavit. Si quis vero ieiunium reprobat, reprobet et oracionem et blasphemet esse malum demones eici, dicente domino: ‚Hoc genus non eicitur nisi in oracione et ieiunio'.[11] Preceptum quippe est ieiunare, sed quibus diebus sit ieiunandum quibusve prandendum, precepto domini vel apostolorum non est diffinitum asercione, sed antiqua patrum consuetudine tenet[u] ȩcclesia, quia et priorum instituta et consuetudo maiorum pro lege tenenda sunt. Quarta feria ieiunandum est, quia considerato evangelio quarta sabbati Judei consilium inierunt, ut Jesum dolo tenerent et occiderent. Sexta autem sabbati recte ieiunio deputatur propter dominice passionis reverenciam. Sabbato quoque nihilominus ieiunandum est propter renovandam memoriam rei geste, quia discipuli dominum humane intellegentes eo die in sepulchro quiescentem[v] doluerunt. Quintam vero feriam quidam arbitrati sunt esse dissolutam, quia eo die reconciliacio sit penitencium, et eo die sanctum crisma conficitur, et eo die redemptor cum discipulis cenavit et eis sacramentum sui corporis et sanguinis tradidit, eo die videntibus discipulis ad cȩlos ascendit. Dominicus certe dies propter resurreccionis gloriam et adventum[x] sancti spiritus lȩticie consecratus est. Duos qui remanent, proprio unius cuiusque relinquamus arbitrio; in quibus id observandum censeo, ut qui manducat, non manducantem non spernat, et qui non manducat manducantem non iudicet, ut quicquid[y] agimus,

26. *o)* ‚ab' *om. C.* — *p) correctum ex,* ‚fidelissimus' *C.* — *q)* ‚cum' *C.* — *r)* ‚ci' *superscriptum C.* — *s)* ‚et' *addidi, deest C.* — *t)* ‚sum' *C.* — *u)* ‚tent' *C.* — *v)* ‚quiesentem' *C.* — *x)* ‚adventus' *C.* — *y)* ‚quicquro' *C.*
[10]) *Matth. X, 40.* — [11]) *Matth. XVII, 20.*

in gloria dei faciamus. Ieiunium scilicet, quod quatuor temporum dicitur, antiqui patres celebrandum non frustra[z] sanxerunt, dicente psalmista: ‚Benedicam dominum in omni tempore', [12] ut singulis quibusque temporibus anni humiliemus animam in ieiunio. Primi itaque[aa] mensis ieiunium dominus in exodo, quarti, septimi et decimi ieiunium per Zachariam prophętam celebrari precepit, ut[bb] omni tempore de misericordia confidamus penitendo. Hęc tibi de ieiunio pauca dixisse sufficiant, quamvis plurima dici possent eius misteria, que nunc exponere non est temporis. Hoc tamen ieiunium deo pre ceteris acceptabile credito: dissolve colligaciones impietatis, solve fasciculos[cc] deprimentis, dimitte eos qui confracti sunt liberos, et omne onus disrumpe. Quod his adornandum est monilibus: ‚Frange esurienti panem tuum et egenos vagosque induc in domum tuam'.[13] Has scias deo acceptabiles lampades, quibus ieiunium adornandum[dd] est cotidie, ut deo sit placitum. Methodium[ee] namque supersticioni, non edificacioni, contencioni, non paci insistentem audientes, plurimum mirati sumus,[ff] et si ita est, ut[gg] audivimus, supersticionem eius penitus abdicamus. Anathema vero pro contemnenda catholica fide qui indixit, in caput redundabit[hh] eius. Tu autem et populus tuus sancti spiritus iudicio eritis innoxii, si tamen fidem, quam Romana prędicat ęcclesia, tenueritis[ii] inviolabiliter. Divina autem officia et sacra misteria ac missarum solemnia, que idem Methodius Sclavorum lingua celebrare presumpsit, quod ne ulterius faceret supra sacratissimum beati Petri corpus iuramento firmaverat, sui periurii[kk] reatum perhorrescentes, ne ullo[ll] modo deinceps[mm] a quolibet presumatur, dei nostraque[nn] apostolica auctoritate sub anathematis vinculo interdicimus; excepto quod ad simplicis populi et non intelligentis ędificationem attinet, si evangelii vel apostoli exposicio ab eruditis eadem lingua annuncietur,[oo] et largimur et exortamur et ut frequentissime fiat monemus, ut omnis lingua laudet deum et confiteatur ei.[14] Contumaces autem et inobedientes contencioni et scandalo insistentes, post primam et secundam admonicionem, si se minime correxerint, quasi zizaniorum seminatores ab ęcclesie gremio abici sancimus, et ne una ovis morvida totum gregem contaminet, nostro vigore refrenari et a vestris finibus procul excludi precipimus.

27.

Stephanus V. papa Dominicum episcopum ac Johannem et Stephanum presbyteros ad Slavos euntes instruit, quomodo se apud Svatoplukum, ducem Moraviae,

---

26. *z)* ‚nefrustra' *C.* — *aa)* ‚taque' *C.* — *bb) sequ.* ‚qui' *C.* — *cc)* ‚fasculos' *C.* — *dd)* ‚adomandum' *C.* — *ee) nomini huic in cod. praefigitur crux fortasse iam manu librarii ipsius facta.* — *ff)* ‚mirabilem Et' *C.* — *gg)* ‚ut' *deest C., addidit Wattenbach.* — *hh)* ‚renundabit' *C.* — *ii)* ‚tenuentis' *C.* — *kk)* ‚super iurii' *C.* — *ll)* ‚perhorpescentes nullo' *C.* — *mm)* ‚dinceps' *C.* — *nn)* ‚namque nostraque' *C.* — *oo* ‚annuncetutur' *C.*

[12]) *Psalm. XXXIII, 2.* — [13]) *Isaiae LVIII, 7.* — [14]) *Conf. Philipp. II, 11.*

gerere debeant. Quod ad fidei symbolum, spiritum sanctum a patre et filio procedentem dici edocet. Usum linguae Slavicae in sacris a Methodio introductum interdicit. De ieiuniis exponit. Quem Methodius constituerit successorem (Gorazdum) ab officio suspendit. *[885]*

Fragmenta in Coll. Brit. in cod. ms. saec. XII Mus. Britan. Addit. 8873 inter Stephani V epist. num. 31 (B).

Ewald in Neues Archiv V, pag. 408. = Starine XII. pag. 220. = Časop. česk. Mus. LV (1881) pag. 295. = Emler, Reg. IV. pag. 708, num. 1765. = Pastrnek, Dějiny slov. apošt., pag. 259. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 3408.

De tempore v. Martinov l. l.; cf. Neues Arch. VI, pag. 470, 471; Časop. česk. Mus. LV, pag. 304. Vide etiam Dümmler, Gesch. d. ostfr. Reiches III, pag. 255; Jagić, Glagolitica (Denkschr. d. kais. Akad. Wien XXXVIII) pag. 6.

Commonitorium Dominico episcopo, Johanni et Stephano '[presbyteri]s [a] euntibus ad Sclavos.[b] Cum deo propitio ingressi Sclavorum [c] fines fueritis, tanta vos ornate modestia, ut vestri vestrorumque hominum [d] actus exemplum religionis prebeant rudi populo, habentes pre oculis monentem dominum, ‚ut videant vestra opera bona et glorificent patrem vestrum, qui in celis est'.[1] Cum veneritis ad ducem patrię,[2] dicite ei: Visitant vos apostolorum principes, beatus Petrus regni celestis claviger et Paulus doctor gentium. Domnus autem Stephanus, sanctissimus pontifex sancte catholice et apostolice Romanę ęcclesię et universalis papa, spiritalis videlicet pater vester, visitat vos et mandat vobis amabilem paternitatem. Amplectitur enim vos spiritaliter et diligit sicut unicum et carissimum filium. Omnes sanctissimi episcopi, presbyteri et diaconi cum reliquo clero sancte Romane ęcclesię optant vobis salutem; habent enim assidue vestri memoriam in suis deo dignis orationibus apud beatissimorum apostolorum principum limina. Omnis honorabilis senatus a Deo conservande Romane urbis cum reliquo cetu fidelis populi mandant vobis salutes; desiderant enim omni prosperitate vos in Christi dei nostri fide pollere et seculi gloria gaudere.

Primo die hec dixisse sufficiant, et si de patrie salute interrogaverint, que ad honorificentiam pertinent christianę religionis, ęcclesie honoris, decentie imperialis, prudenter respondete.

Item. Spiritus sanctus a patre et filio, nec ingenitus dicitur, ut [e] duo patres, nec genitus, ut duo filii, sed procedens dicitur. Si dixerint: Prohibitum est a [f] sanctis patribus simbolo addere aliquid vel minuere, dicite: Sancta Romana ecclesia custos est et confirmatrix sanctorum dogmatum, quia in catholica fide principis apostolorum vicaricatione in nullo vacillat ipso dicente Domino: ‚Simon,

27. *a) ita scripsit Ewald pro:* , ... s' *codicis; potest legi etiam* ‚[diaconi]s'. — *b)* ‚ad Scalituos'; ‚ad Sclavos' *in margine additum B.* — *c)* ‚clavorum' *B.* — *d)* ‚omnium' *B.* — *e)* ‚ne' *B.* — *f)* ‚a' *omiss. in B.*

[1]) *Matth. V, 16.* — [2]) *Subintelligitur Svatopluk.*

ecce Sathanas expetiit vos, ut cribraret quasi triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos'.[3] Hec omnes herrantes ad fidem duxit ecclesia et vacillantes roboravit, non immutando sancta dogmata, sed aut non intelligentibus aut male sentientibus exponendo.[4]

Cap. XII. Missas et sacratissima illa ministeria,[g] que Sclavorum lingua idem Methodius celebrare presumpsit, quamvis decessoris sui[h] temporibus, domni videlicet Johannis sanctissimi pape, iuraverit, se ea ulterius non presumere, apostolica auctoritate, ne aliquo modo presumatur, penitus interdicit. Veruntamen si aliquis Sclavorum lingua tam doctus invenitur, ut post sacratissimam evangelicam,[i] apostolicam lectionem eius explicationem doctus sit dicere ad ędificationem eorum, qui non intelligunt, et laudat, si fiat, et concedit et approbat.

Cap. XIII. De veneratione ieiuniorum firmiter tenete,[k] sicut in sua decrevit epistola,[5] quia assidue pro viribus ieiunare laudabile est, corpori etiam consulere, naturale; et festis diebus largiori papulo corpus sobrie reficere peccato non inputatur, si tamen cum gratiarum actione et corpus reficitur et salubre poculum anime ministratur.

Cap. XIIII.[l] Successorem,[6] quem Methodius sibimet contra omnium sanctorum patrum statuta constituere presumpsit, ne ministret,[m] nostra apostolica auctoritate interdicite, donec suam nobis presentiam exhibeat et causam suam viva voce exponat.

28.

Arnolfus rex ministeriali suo, nomine Heimoni, potestatem iudicii in orientalibus partibus in pago Grunzuuiti dicto concedit, probante Aribone comite terminali, statuitque: „si forsan de Marauorum regno aliquis causa iustitiae supervenerit, si tale quidlibet est, quod ipse Heimo vel advocatus eius corrigere [ne]quiverit,[a] iudicio eiusdem comitis potenter finiatur". [888].

Autographum membr. laceratum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi (A).

Kleimayrn, Juvavia, Anh. pag. 118 (minus recte ad a. 898). — (Hormayr), Taschenbuch für d. vaterländ. Gesch. 1813, pag. 36, 37, 73. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 58, num. 87. = Erben, Reg. I, pag. 22, num. 53. — Mühlbacher, Reg. d. Kaiserreichs unter d. Karoling. I, pag. 665, num. 1751; cf. Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches III, pag. 487; Bretholz, Gesch. Mährens I, pag. 55.

27. *g)* ,misteria' *potius legendum esse mihi quidem videtur; cf. epist. papae proxime praecedentem sub finem, pag. 26. lin. 18. — h)* ,decessoris nostri sui' *B. — i)* ,evangelicam' *in margine B. — k)* ,tenere' *B. — l)* ,IIII' *erronee B. — m)* ,ministrat' *B.*

3) *Luc. XXII, 31. 32. —* 4) *Quae subsequuntur capitula XII, XIII, XIV, dempta sunt e constitutionibus, quas papa legatis suis verbotenus exponendas commisit; quare de se in persona tertia loquitur. —* 5) *Vide epistolam Stephani papae V. praecedentem (num. 26. pag. 25 sq.). —* 6) *i. e. Gorazdum.*

28. *a) litterae* .ne' *destructae sunt. A.*

29.

Stephanus V. papa Svatoplukum, ducem Moraviae, rogat, Arnolfum regem interpellet, ut urbe Roma domum sancti Petri visitet et Italicum regnum, a malis christianis et imminentibus paganis ereptum, ad suum opus restringendo dignetur tenere. *[890 ante mart. 19.]*

Epistolae huius deperditae mentio fit in Annal. Fuldens. ad a. 890, ubi de colloquio Arnolfi regis cum Zuentibaldo duce Moravorum, mediante quadragesima [19. mart.] in loco, qui vulgo appellatur Omuntesberch, habito, narratur; Mon. Germ. SS. I, pag. 407. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 50, num. 71. — Erben, Reg. I, pag. 20, num. 48. — Cf. Dümmler, Gesch, d. ostfränk. Reiches III, pag. 338.

30.

Theotmarus, archiepiscopus Juvaviensis, eiusque suffraganei episcopi Bavariae apud Johannem IX. papam queruntur in Moravorum terra, quae prius Pataviensi episcopo subiecta erat, unum archiepiscopum et tres episcopos creatos esse; Moravorum criminationes a se amoliri conantur. *[900].*

Apographum in cod. ms. saec. XII. bibliothecae c. r. aulicae Vindobonensis num. 1051 (olim theol. 406) fol. 79—82v (A).

Magna bibliotheca veterum patrum XVI, Paris. 1654, pag. 610 (A'). — Gewoldus, Chron. monast. Reicherspergensis, Append. pag. 33, (ex cod. quondam monast. Reichersperg. B). = Harduin, Acta concilior. VI, pars I, col. 126 et 483. = Mansi, Collect. concil. XVIII, pag. 206. — Lünig, Spicil. eccles. cont. I, pag. 680. = Dobner, Annal. Hagec. III, pag. 343. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 60, num. 91. = Erben, Reg. I, pag. 22, num. 54. = Ginzel, Gesch. d. Slavenapostel, Anhang, pag. 68, num. 7. = Pastrnek, Dějiny slov. apoštolů, pag. 274. — Confer Dümmler, Gesch. des ostfränk. Reiches III, pag. 511 sq.; Palacký, Dějiny 3 I, 1. pag. 167, not. 128; Bretholz, Geschichte Mährens I, pag. 101.

Summo[a] pontifici et universali pape, non[b] unius urbis, sed tocius orbis[b] domno, Johanni, Romanę sedis magnifico gubernatori. Humillimi paternitatis vestrę filii Theotmarus Juuauensis ęcclesię archiepiscopus, Uualdo Frisingensis, Erchanbaldus Eistatensis,[c] Zacharias Sebanensis,[d] Tuto[e] Radisponensis, Richarius Patauiensis ęcclesię episcopus necnon et universus clerus populusque christianus per totam Noricam, quę et Bauuaria conversatur,[f] prosperum in salvatore nostro provectum, catholicę pacis augmentum et regnum optamus aeternum. Antecessorum vestrorum decretis et catholicorum[g] patrum institutis plenissime instruimur, in omnibus nostro sacerdotali ministerio obstantibus et adversantibus[h]

30. a) *Litteris maiusculis scriptum. Praecedit lemma:* ,Epistola Theotmari episcopi' *A.* — b) ,non — orbis' *om. A'.* — c) ,Erch. Eist.' *om. A'.* ,Erchenpaldvs Eystatensis' *B.* — d) ,Saebonensis' *B.* — e) ,Tvtto' *B.* — f) ,vocatur' *A'.* — g) ,sanctorum' *A'.* — h) ,aversantibus' *A'.*

Romanum appellare pontificem, ut quod ad unitatem concordię et ad custodiam pertinet disciplinę, nulla dissensione violetur, sed ab ipso summa provisione decernatur. Nequaquam enim credimus, quod coacti cottidie[i] audimus, ut de illa sancta et apostolica sede, quę nobis sacerdotalis mater est dignitatis et origo christianę religionis, profluxerit[k] quippiam perversitatis, sed doctrina et auctoritas ecclesiasticę rationis. Sed venerunt, ut ipsi promulgaverunt, de latere vestro tres episcopi, videlicet Johannes archiepiscopus, Benedictus et Danihel episcopi, in terram Sclauorum,[l] qui Maraui[m] dicuntur, quę regibus nostris et populo nostro, nobis quoque cum habitatoribus suis subacta fuerat, tam in cultu christianę religionis, quam in tributo substantię secularis, quia exinde primum imbuti et ex paganis christiani sunt facti. Et iccirco[n] Patauiensis episcopus civitatis, in cuius diocesi sunt illius terre populi, ab exordio christianitatis eorum,[1] quando voluit et debuit, illuc nullo obstante intravit et synodalem cum suis et etiam ibi inventis[o] conventum frequentavit et omnia, que agenda sunt, potenter egit,[p] et nullus ei in faciem restitit. Etiam et nostri comites illi terrę confines placita secularia illic continuaverunt et, quę corrigenda sunt, correxerunt, tributa tulerunt, et nulli eis restiterunt usque dum incrassante[q] corda eorum diabolo, christianitatem abhorrere et omnem iustitiam detractare[r] belloque lacessere et obsistere sevissime cęperunt, adeo ut via episcopo et predicatoribus illo[s] non esset, sed libitu suo egerunt que voluerunt. Nunc vero, quod nobis grave videtur et incredibile, in augmentum iniurię[t] iactitant se magnitudine pecunię egisse,[u] vos[v] eosdem prefatos episcopos ad se direxisse et in eodem Patauiensi episcopatu talia egisse,[v] qualia de illa apostolica sede numquam audivimus[x] exisse, neque canonum decreta sanxisse, ut tantum scisma una pateretur ęcclesia. Est enim unus episcopatus in quinque divisus. Intrantes enim[y] predicti in nomine vestro, ut ipsi dixerunt, episcopi, ordinaverunt in uno[z] eodemque episcopatu unum archiepiscopum, si in alterius episcopatu archiepiscopus[aa] esse potest, et tres episcopos eius suffraganeos absque scientia archiepiscopi et consensu episcopi, in cuius fuerunt diocesi, cum in concilio Africano capit. XX. decretum sit, ut plebes, que in diocesibus ab episcopis retinentur, quę numquam episcopos habuerunt, nonnisi[bb] cum voluntate eius episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores id est[cc] episcopos. Et[dd] item in eodem concilio cap. LXV,[ee] ut plebes, quę numquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario uniuscuiusque[ff] provintię et primatis atque consensu eius, ad cuius diocesim

30. *i)* ,quotidie‘ *A′, B.* — *k)* ,x‘ *eod. atramento ex* ,e‘ *corr. A.* — *l)* ,Slauinorum‘ *A′.* — *m)* ,Moraui‘ *A′.* — *n)* ,idcirco‘ *A′, B.* — *o)* ,viventibus‘ *A′.* — *p)* ,peregit‘ *A′.* — *q)* ,incessante‘ *B.* — *r)* ,detrectare‘ *A′, B.* — *s)* ,illuc‘ *A′.* — *t)* ,iustitiae‘ *A′.* — *u)* ,id egisse‘ *B.* — *v)* ,vos — talia egisse‘ *om. B.* — *x)*, audivimus‘ *om. A′.* — *y)* ,autem‘ *A, A′.* — *z)* ,in nostro‘ *A′.* — *aa)* ,archiepiscopium‘ *A, B.* — *bb)* ,nec nisi‘ *A′.* — *cc)* ,rectores et‘ *A′.* — *dd)* *om. A′.* — *ee)* ,cap. 45‘ *A′.* — *ff)* ,unius cuius‘ *B.*

[1]) *Cf. Dümmler, Gesch. d. ostfr. Reiches II, pag. 178, nota 6.*

eadem plebs pertinebat, episcopos[gg] minime accipiant. In decretis papę Leonis cap. XV scriptum est: ,Nulla ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui a provintialibus episcopis cum metropolitani iudicio non consecrantur'. Item capit. XLVIIII: ,ut[hh] si indignis quibusque et longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium et gubernatio ęcclesiae detur, non est hoc consulere populis, sed nocere, nec prestare regimen, sed augere discrimen'. Et in eodem capitulo post pauca inquit:[ii] ,Difficile est, ut bono peragantur exitu, que malo sunt inchoata principio'. Et in decreto papę Cęlestini antecessoris vestri cap. XVII continetur: ,Ne alicui locus concedatur sacerdoti in alterius iniuriam'. Antecessor vester Zuentibaldo duce impetrante, Vvichingum consecravit episcopum et nequaquam in illum antiquum Patauiensem episcopatum eum[kk] transmisit, sed in quandam[ll] neophitam gentem, quam ipse dux bello domuit[mm] et ex paganis christianos[nn] esse patravit. Cum autem eisdem Sclavis[oo] locus familiaritatis[pp] apud legatos vestros dabatur, accusabant[qq] et diffamabant nos in multis et verbis mendacibus instabant, quia nemo eis vera respondebat, dicentes nos cum Francis et Alamannis[rr] scandalum et discordiam habuisse, cum hoc falsum esse ex hoc convincitur, quia amicissimi nostri sunt et caritativi[ss] cooperatores, et etiam cum ipsis impacatos esse accusabant. Quod non nostra culpa exigente, sed sua protervia[tt] faciente, ita fatemur esse, quia quando christianitas illis cępit vilescere et insuper debitum tributum senioribus nostris regibus et principibus eorum solvere respuerunt, belloque resistere et gentem nostram cęperunt lacessere, orta est seditio inter illos. Et quoniam armis sibi eos defenderunt[uu] et in servitium redegerunt,[vv] iccirco[xx] iure proprio tributarios habere debuerunt[yy] et debent, et sive velint, sive nolint, regno nostro subacti erunt.[zz] Quapropter oportet vos ab alto speculari et moderaminis temperiem pre omnibus tenere, ne peior pars confortetur et melior infirmetur. Progenitores namque serenissimi senioris nostri Hludouuici,[a] videlicet imperatores[b] et reges ex christianissimo Francorum genere[c] prodierunt, Moimarii[d] vero Sclaui[e] a paganis et ethnicis venerunt. Illi[f] potentia imperiali Romanam rem publicam sublimaverunt, isti damnaverunt.[g] Illi christianum regnum confortaverunt, isti[h] infirmaverunt. Illi toto mundo spectabiles apparuerunt,[h] isti latibulis et urbibus occultati fuerunt. Illorum consilio apostolica[i] sedes pollebat, istorum persecutione christianitas dolebat. In omnibus

30. *gg)* ,episcopos' *om. A.* — *hh) deest B.* — *ii) deest B missum.* — *kk) deest A'.* — *ll)* ,quantum' *A,* ,quadam' *B.* — *mm)* ,domuit bello' *B.* — *nn)* ,christianos nos' *A'.* — *oo) corr. ex* ,Scliuos' *A;* ,Slauis' *A',* ,Schlauis' *B.* — *pp)* ,familiaritis' *A;* ,familiaris' *A'.* — *qq)* ,accusabant nos' *B.* — *rr)* ,Alemanis' *A',* ,Alemannis' *B.* — *ss)* ,caritative' *A, B.* — *tt)* ,potentia' *A'.* — *uu)* ,si eos defenderint' *A'.* — *vv)* ,redegerint' *A';* ,redigerunt' *B* — *xx)* ,idcirco' *A', B.* — *yy)* ,debuerint' *A'.* — *zz)* ,fuerunt' *A;* ,fuerint' *A'.* — *a)* ,Hludouici' *A',* ,Lvdovvici' *B.* — *b)* ,es' *ex* ,is' *eod. atramento corr. A.;* ,imperatoris' *B.* — *c)* ,christianissima Fr. gne' *A;* ,gente' *A', B.* — *d)* ,Morauii' *A'.* — *e)* ,Slaui' *A'.* ,Schlaui' *B.* — *f)* ,Illis' *A.* — *g)* ,damnarunt' *A'.* — *h)* ,isti — apparuerunt' *deest A',* — *i)* ,apłolica' *A.*

his iuvenculus rex noster, nulli predecessorum suorum secundus, nulli est[k] inferior, sed[l] secundum virtutem á Deo sibi datam sanctę Romanae ęcclesiae[m] et vobis summo patri[n] cum omnibus regni sui principibus adiutor optat esse fortissimus. Omne namque regnum divinitus sibi commissum ad dei servitium suumque adiutorium unum vult et operatur. Unde et pace viget et concordia gratulatur atque, ad vestram paternitatem sicut patres sui se pertinere laetatur. Quod nos prefati Sclaui[o] criminabantur cum Ungariis fidem catholicam violasse et per canem seu lupum aliasque nefandissimas et ęthnicas res sacramenta et pacem egisse atque, ut in Italiam transirent, pecuniam dedisse, si vobis coram posito ratio inter nos agitaretur, ante deum, qui cuncta novit antequam fiant, et coram vobis, qui vicem eius apostolicam tenetis, eorum[p] falsitas manifestaretur et nostra innocentia probaretur. Quia enim christianis nostris longe a nobis positis semper imminebant et persecutione nimia affligebant, donavimus illis nullius pretiosę pecuniam substantię, sed tantum nostra linea vestimenta, quatenus aliquotiens eorum feritatem mulceremus[q] et ab eorum persecutione quiescere faceremus.[r] Talia namque, ut prescripsimus, iuxta malitiam cordis sui argumentantes et pontifices vestros ad iniuriam nostram incitantes adeo, ut directa nobis epistola quasi ab apostolica sede hęc omnia improperabant et diversas iniurias ingerebant atque inter alia divino gladio feriendos dignos dicebant. Impletur enim in nobis, quod quidam sapiens ait: ‚Justus tulit crimen iniqui'. Ipsi enim crimen, quod nobis falso semel factum imposuerunt, multis annis peregerunt. Ipsi Ungariorum[s] non modicam multitudinem ad se sumpserunt et more eorum capita suorum pseudochristianorum pęnitus detonderunt[t] et super nostros[u] christianos immiserunt, atque ipsi supervenerunt, et alios captivos duxerunt, alios occiderunt, alios per ima[v] carcerum fame et siti perdiderunt, innumeros[x] vero exilio deputaverunt et nobiles viros ac honestas mulieres in servitium redegerunt; aecclesias dei incenderunt et omnia ędificia deleverunt, ita ut in tota Pannonia nostra maxima provintia, tantum una non appareat ęcclesia, prout episcopi a vobis destinati, si fateri velint, enarrare possunt, quantos dies transierunt[y] et totam terram desolatam viderunt.[z] Quando vero Ungarios[aa] Italiam intrasse comperimus, pacificari cum eisdem Sclauis,[bb] teste communi[cc] deo, multum desideravimus, promittentes eis propter deum omnipotentem ad perfectum[dd] indulgere omnia mala contra nos nostrosque facta[ee] et omnia reddere, que de suis nostros constaret habere, quatenus ex illis securos nos facerent[ff] et tam diu spatium darent, quam diu

30. *k)* ‚nulli et' *A'*; ‚sec. nul. est' *deest B.* — *l)* ‚sed' *deest B.* — *m)* *corr. ex* ‚romanā ęcclam' *A.* — *n)* ‚pontifici' *B.* — *o)* ‚Slaui' *A'*, ‚Schlaui' *B.* — *p)* ‚et eorum' *A'.* — *q)* ‚quat. eor. aliq. virilitatem mulc.' *A'*; ‚quatenus aliquatenus eor. fer. moliremus' *B.* — *r)* ‚quiesceremus' *B.* — *s)* ‚Vngarorum' *A'*, *B.* — *t)* ‚detruderunt' *A'.* — *u)* ‚nos' *B.* — *v)* ‚pessima' *A'*; ‚ferina' *B.* — *x)* ‚innumerosos' *A'.* — *y)* ‚transierint' *A'.* — *z)* ‚viderint' *A'.* — *aa)* ‚Vngaros' *A'*, *B.* — *bb)* ‚Slauis' *A'*; ‚Schlauis' *B.* — *cc)* ‚communi' *deest B.* — *dd)* ‚profectum' *A'.* — *ee)* ‚acta' *B.* — *ff)* ‚redderent' *B.*

Longobardiam nobis intrare et res sancti Petri defendere, populumque christianum divino adiutorio redimere liceret. Et nec ipsum ab eis obtinere[gg] potuimus. Et post tanta maleficia habent[hh] beneficia et sunt falsi accusatores, qui semper fuere christianorum persecutores. Si quis in toto mundo aliorsum nos oberrasse et iusticię restitisse probare[ii] conetur, veniat presens, et eum ludificasse, nosque[kk] de hac re sentietis[ll] purissimos esse. Idcirco singuli omnesque ammonendo[mm] precamur, ne ullo modo alicui falso de nobis aliquam suspitionem referenti creduli sitis, antequam oportunitas exigat,[nn] ut huius rei gratia missus de vestra celsitudine nobis aut a nostra parvitate directus appareat vobis. Communis gemitus et generalis dolor angustat, quos Germania et tota tenet Norica, quod unitas ęcclesię[oo] dividitur scissura. Est[pp] enim, ut premisimus, unus episcopatus in quinque divisus.[pp] Ideo si quid fraus maligni[qq] Sclauorum[rr] calliditate adduxerat,[ss] iustitia avertat,[tt] vosque ex alto virtute[uu] induti et apostolica potestate armati, iuxta prophetam, quod fractum est, alligate; quod infirmum, consolidate; quod abiectum reducite,[2] ut deinceps populus et fidei integritate gratuletur et sancta ęcclesia tranquilla devotione lętetur.

Theotmarus, indignus archiepiscopus et apostolicarum rerum procurator promptissimus.

Pecuniam vestro iuri debitam propter infestam paganorum sevitiam nec per me[vv] perferre nec per alios poteram[xx] transmittere;[yy] sed quia dei gratia liberata est Italia, quantocius[zz] potero, vobis transmisero.[a] Precatur nostra humilitas, ut dignetur vestra sublimitas respondere per singula transmissa[b] cum epistola.

Alme pater mundi, dignus pre[c] nomine Petri,
nomine quem sequeris, utinam virtute sequaris,
sisque tuis famulis protector verus et ipsos[d]
commendes domino, cęlo qui presidet alto.

31.

Testimonium de theloneis in marchia orientali persolvendis cum ab aliis, tum a Slavis, qui de Rugis vel Boemanis mercandi causa venerint, ex iussione Ludovici IV, regis Franciae orientalis, per testes iuramento constrictos editum.

[Raffelstetten 903—906.]

---

30. *gg)* ‚optinere' *A.* — *hh)* ‚haberent' *B.* — *ii)* ‚probare' *deest A'.* — *kk)* ‚et nos' *A'.* — *ll)* ‚sentientes' *A'.* — *mm)* ‚admonendo' *A', B.* — *nn)* ‚exigatur' *A'.* — *oo)* ‚unica ecclesia' *A'.* — *pp)* ‚Est — divisus' *deest A'.* — *qq)* ‚trans maligna' *A'.* — *rr)* ‚Slauorum' *A'*, ‚Schlauorum' *B* — *ss)* ‚adduxerit' *A'*, — *tt)* ‚avertas' *A'*; ‚vertat' *B.* — *uu)* ‚virtute ex alto' *B.* — *vv)* ‚se' *A.* — *xx)* ‚poterat' *A'.* — *yy)* ‚nec per me poteram nec per alios transmittere' *B.* — *zz)* ‚quando citius' *B.* — *a) ita A;* ‚transmitto' *A'*; ‚transmittam' *B.* — *b)* ‚ad transmissa' *A'.* — *c)* ‚pro' *B.* — *d)* ‚impos' *B.*

[2]) *Cf. Ezech. XXXIV, 4, 16.*

Apographum in cod. traditionum ecclesiae Pataviensis ab Ottone de Lonsdorf intra annos 1254—1265 composito, qui nunc in tabulario generali regni Bavariae Monachi sub nr. 203 servatur, fol. 58 v.

Boretius et Krause, Capitularia regum Francorum (Monum. Germ. Leg. sectio II) tom. II, pag. 249, num. 253. — Erben, Reg. I, pag. 26, num. 58 (ex Monum. Boic. XXVIII, 2, pag. 203, num. 4). — Cfr. Gengler, Beiträge zur bayer. Rechtsgesch. I, pag. 96 sqq.

Quo tempore haec inquisitionis notitia facta sit, accurate dici non potest. Cum autem Burchardus, qui in ea occurrit, primum a. 903 aug. 12 episcopus Pataviensis nominetur (Dümmler, Pilgrim v. Passau, pag. 145) et Theotmarus archiepiscopus in proelio a. 907 m. iulio contra Hungaros commisso diem supremum obierit (v. Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reichs III, pag. 548 not. 1), inquisitionem intra a. 903—906 habitam esse constat. Cfr. Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches III, pag. 531, not. 4; Mühlbacher, Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern, pag. 728, num. 1961 a.

Noverit omnium fidelium orthodoxorum, presentium scilicet ac futurorum, industria, qualiter questus clamorque cunctorum Bawariorum, episcoporum videlicet, abbatum ac comitum, omniumque, qui in orientales partes iter habebant, ante Hlodowicum regem venerant, dicentes se iniusto theloneo et iniqua muta[1] constrictos in illis partibus et coartatos. Ille vero secundum morem antecessorum regum hoc benignis auribus audiens, Arboni marchioni[2] precepit, quatenus cum iudicibus orientalium, quibus hoc notum fieret, investigaret ad iura thelonica modumque thelonii exploraret; nuntios suos Theotmarum archiepiscopum,[3] Purchardum, Pataviensis ecclesie presulem, et Otacharium comitem[4] dedit, ut hoc in suo loco iuste legitimeque corrigerent. Et isti sunt, qui iuraverunt pro theloneo in comitatu Arbonis: Walto vicarius, Durinc vicarius, Gundalperht, Amo, Gerpreht, Pazrich, Diotrich, Aschrich, Arbo, Tunzili, Salacho, Helmwin, Sigimar, Gerolt, Ysac, Salaman, Humperht, item Humperht, Engilschalh, Azo, Ortimuot, Ruothoh, Emilo, item Durinc, Reinolt, Eigil vicarius, Poto, Eigilo, Ellinger, Otlant, Gundpold, item Gerolt, Otperht, Adalhelm, Tento, Buoto, Wolfker, Rantolf, Kozperht, Graman, Heimo. Isti et ceteri omnes, qui in hiis tribus comitatibus[5] nobiles fuerunt, post peractum iuramentum interrogati ab Arbone marchione in presentia Theotmari archiepiscopi et Purchardi, presulis Pataviensis ecclesie, residente cum eis Otachario comite in ipso placito in loco, qui dicitur Raffoltestetun,[6] retulerunt loca theolonio et modum theolonei, qualiter temporibus Hludwici[7] et Karlomanni ceterorumque regum iustissime exolvebatur.

31. [1]) *Germ. ‚Maut', v. Brunner, Rechtsgesch. II, pag. 239, not. 35.* — [2]) *Cfr. Dümmler in Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Qu. X, pag. 49.* — [3]) *Salisburgensem 873—907.* — [4]) *Filium Aribonis? cfr. Hormayr, Herzog Luitpold, pag. XXXII; Gengler, German. Rechtsdenkmäler, pag. 386, not. 6.* — [5]) *Id est marchia orientali; cfr. Zarncke in Berichte der Sächs. Gesellsch. d. Wiss. VIII (1856) pag. 178.* — [6]) *Raffelstetten; erat vicus inter Zizelau et Enns.* — [7]) *Sc. Germanici, qui dicitur, eiusque filii regis Baiuwariae.*

[I.] Naves vero, que ab occidentalibus partibus, postquam egresse sint silvam Patavicam, et ad Rosdorf[8] vel ubicumque sedere voluerint et mercatum habere, donent pro theloneo semidragmam, id est[a] scoti[9] I; si inferius ire voluerint ad Lintzam, de una navi reddant III semimodios, id est[a] III scafilos[10] de sale. De mancipiis vero et ceteris aliis rebus ibi nichil solvant, sed postea licentiam sedendi et mercandi habeant usque ad silvam Boemicam, ubicunque voluerint.

[II.] Si aliquis de Bawaris sal suum ad propriam domum suam transmittere voluerit, gubernatore navis hoc adprobante cum iuramento, nichil solvant, sed securiter transeant.

[III.] Si autem liber homo aliquis ipsum legittimum mercatum transierit nichil ibi solvens vel loquens[11] et inde probatus fuerit, tollatur ab eo et navis et substantia. Si autem servus alicuius hoc perpetraverit, constringatur ibidem, donec dominus eius veniens dampnum persolvat, et postea ei exire liceat.

[IV.] Si autem Bawari vel Sclavi istius patrie[12] ipsam regionem intraverint ad emenda victualia cum mancipiis vel cavallis vel bobus vel ceteris suppellectilibus suis, ubicunque voluerint in ipsa regione sine theloneo emant, que necessaria sunt. Si autem locum mercati ipsius transire voluerint, per mediam plateam transeant sine ulla constrictione; et in aliis locis ipsius regionis emant sine theloneo, que potuerint. Si eis in ipso mercato magis conplaceat mercari, donent prescriptum[b] theloneum et emant, quecunque voluerint et quanto melius potuerint.

[V.] Carre autem salinarie, que per stratam legittimam Anesim[13] fluvium transeunt, ad Urulam[14] tantum unum scafil plenum exsolvant et nichil amplius exsolvere cogantur. Sed ibi naves, que de Trungowe[15] sunt, nichil reddant, sed sine censu transeant. Hoc de Bawaris observandum est.

[VI.] Sclavi vero, qui de Rugis[16] vel de Boemanis mercandi causa exeunt, ubicunque iuxta ripam Danubii vel ubicunque in Rotalariis[17] vel in Reodariis[18] loca mercandi optinuerint, de sogma[19] una de cera duas massiolas,[20] quarum utraque scoti unum valeat; de onere unius hominis massiola una eiusdem precii;

---

31. *a)* ‚idem' *cod.* — *b)* ‚perscriptum' *cod.*

[8]) *Inter Pataviam et Lintzam, prope Aschach.* — [9]) *De hoc nummo confer Soetbeer in Forschungen z. deutsch. Gesch. II, pag. 357.* — [10]) *I. e. ‚Scheffel' cfr. Schade, Althochd. Wörterb. II² s. v. scaphil.* — [11]) *Cfr. Waitz, Verfassungs-Gesch. IV,² pag. 71.* — [12]) *Cfr. Gengler, Beiträge z. deutsch. Rechtsgesch. pag. 98, not. 3.* — [13]) *Enns.* — [14]) *Url, qui rivus ex sinistra parte in Ipsam flumen (Ips) se effundit.* — [15]) *Traungau.* — [16]) *De Russia; cfr. Büdinger, Österr. Gesch. I, pag. 157. nota 1; Gengler, Beiträge pag. 98 nota 4; Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches III, pag. 533, nota 1.* — [17]) *Incolae regionis circa fluvium Rot (Rotthal).* — [18]) *Incolae regionis circa locum Ried; Mon. Boica XXXII, 2, pag. 415 sq.* — [19]) *Ita vel sagma, sauma; onus quod mulus portare potest.* — [20]) *Massiola, parva massa; modus quidam cerae.*

si vero mancipia vel cavallos vendere voluerit, de una ancilla tremissam I, de cavallo masculino similiter, de servo saigam [21] I, similis de equa.

Bawari vero vel Sclavi istius patrie ibi ementes vel vendentes nichil solvere cogantur.

[VII.] Item de navibus salinariis, postquam silvam [Boemicam][c] transierint, in nullo loco licentiam habeant emendi vel vendendi vel sedendi, antequam ad Eperaespurch [22] perveniant. Ibi de unaquaque navi legittima, id est quam tres homines navigant, exsolvant de sale scafil III, nichilque amplius ex eis exigatur, sed pergant ad Mutarun [23] vel ubicunque tunc temporis salinarium mercatum fuerit constitutum;[d] et ibi similiter persolvant, id est[a] III scafil de sale nichilque plus; et postea liberam ac securam licentiam vendendi et emendi habeant sine ullo banno comitis vel constrictione alicuius persone; sed quantocunque meliori precio venditor et emptor inter se dare voluerint res suas, liberam in omnibus habeant licentiam.

[VIII.] Si autem transire voluerint ad mercatum Marahorum, iuxta estimationem mercationis tunc temporis exsolvat solidum I de navi et licenter transeat; revertendo autem nichil cogantur exsolvere legittimum.[e]

[IX.] Mercatores, id est[a] Iudei et ceteri mercatores, undecunque venerint de ista patria vel de aliis patriis, iustum theloneum solvant tam de mancipiis, quam de aliis rebus, sicut semper in prioribus temporibus regum fuit.

32.

Otto I, Romanorum rex, monasterio sancti Emmerammi Ratisbonae curtem regalem in villa Niuchinga (Neuching) et in villa Helphendorph cum omnibus appenditiis et adiacentiis donat.

„Beheim suburbio Niuunburg“ [1] 950 iul. 16.

Monum. Germ. Diplomata I, pag. 207, num. 126 (ex autogr. in tabulario generali regni Bavariae Monachi). — Erben, Reg. I, pag. 28, num. 63.

---

31. *c) ita supplevit Zarncke in Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. VIII, pag. 178; in cod. locus octo fere litteris vacuus relictus est. — d)* ‚constitū‘ *cod. — e)* ‚exsolvere. Legittimi mercatores‘ *etc., coniecit Waitz, Verfassungs-Gesch. IV 2 pag. 72, not. 1.*
[21]) *Duodecima pars aurei solidi; cf. Soetbeer, l. l. pag. 329 sq.; pag. 356 sq. —* [22]) *Ebersburg, vicus quondam situs prope Mautern; v. Zarncke l. l. pag. 175. —* [23]) *Mautern apud Danubium in circulo Krems.*

32. [1]) *Verisimillime castrum Boléslav Antiqua (Stará Boleslav); v. Palacký, Dějiny 3 I, 1, pag. 241, nota 229; Jireček, Antiquae Boemiae topographia historica, pag. 11; Památky archaeol. a místopisné VII, pag. 438.*

33.

Piligrimus, episcopus Laureacensis, de opera sua in Hungarorum gente convertenda ad Benedictum VI. papam defert eumque rogat, ut pallium archiepiscopale sibi concedat; catholicae fidei symbolum addit, quam se tenere et docere affirmat. *[973].*

Exstat in cod. ms. bibliothecae c. r. aulicae Vindobonensis saec. XII num. 1051 fol. 85—88v (A). Gewoldus, Chron. mon. Reichersperg. Append. pag. 24 (e cod. ms. mon. Reichersperg. B) = Lünig, Teutsches Reichsarchiv XVII, spicil. eccl. II, pag. 766, num. 13. = Hansiz, Germania sacra I, pag. 211. = Ludewig, Script. rer. Germanic. II. pag. 365. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 89, num. 111. = Erben, Reg. I, pag. 30, num. 70. — Urkundenb. d. Landes ob d. Enns II pag. 711, num. 6. — Confer Dümmler, Pilgrim v. Passau, pag. 38—43 et Gesch. d. ostfränk. Reiches III, 515, nota 1.

Ordinis[a] ac nominis carismate prerogato sanctę Romanę sedis universali Benedicto pontifici Piligrimus, sanctę Lauriacensis ęcclesię humilis servitor, fidelitatem precum devotumque servitium. Notum fieri dignetur vobis, summe sacerdotum presul, quod super omne animi mei desiderium nunc delectarer et apostolorum visitare limina vestraque optabili perfrui presentia et ea a facie ad faciem, quę litteris et internuntiorum committo indiciis, sanctissimę paternitati vestrę coram ratiocinari,[b] nisi quod a neophyta Ungrorum[c] gente huc ire prohibeor, apud quam fędere pacto sub occasione pacis fidutiam sumpsimus operam exercere predicationis. Cuius enim terror gentis ex longo tempore etiam aliarum provintiarum predicatoribus meę diocesis hactenus aditum clausit, ad quas nihilominus presentis oportunitas temporis ire me vocavit. Quibus deus omnipotens, qui[d] solita sua pietate semper dispersa congregat, aperire dignatus est ianuam cordis sui diu clausam, ut discisso velamine duricię suę depositaque ferina crudelitate, leni iugo domini colla submittant. A qua ergo prefata Ungrorum[e] gente multis precibus ipse invitabar venire aut missos meos in opus evangelii illuc dirigere. Ad quos dum transmitterem satis idoneos viros ex monachis canonicisque presbyteris[f] atque de singulis ęcclesiasticis[g] gradibus clericos et vita omnique conversatione illorum sic ordinata, quemadmodum in gestis Anglorum didici,[1] tantum divina gratia suis institutionibus[h] fructum statim ministravit, ut ex eisdem nobilioribus Ungris[i] utriusque sexus catholica fide imbutos atque sacro lavacro ablutos circiter[k] quinque millia Christo lucrarentur. Christiani autem, quorum maior pars populi est, qui ex omni parte mundi illuc tracti sunt captivi, quibus num-

33. *a) litteris maiusculis scr.; praecedit lemma:* ‚Epistola Piligrimi' *A.* — *b)* ‚rationari' *B.* — *c)* ‚Ungarorum' *B.* — *d)* ‚quoniam' *B.* — *e)* ‚Vngarorum' *B.* — *f)* ‚presbyteros' *A;* ‚canonicosque presbyteros' *B.* — *g) corr. ex* ‚ęcclesiasticos' *A.* — *h)* ‚suis. instit.' *deest B.* — *i)* ‚Vngaris' *B,* — *k)* ‚circa' *B.*

[1]) *Cf. Dümmler, Pilgrim v. Passau, pag. 170 nota 3.*

quam soboles suas licuit nisi furtive domino consecrare, modo certatim nullo obstante timore offerunt eos baptizare et gratulantur omnes tanquam de peregrinatione sua in patriam reducti, quod christiano more oratoria audent construere et licentia percepta linguam ligatam in laudem salvatoris presumunt solvere. Ipsi enim barbari mira omnipotentis dei operante clementia, quorum licet adhuc gentilitate sint quidam detenti, nullum tamen ex illorum subditis vetant baptizari nec sacerdotibus inhibent[l] quocunque libet proficisci, sed ita concordes sunt pagani cum christianis tantamque ad invicem habent familiaritatem, ut illic Ęsayę videatur[m] impleri prophetia: ‚Lupus et agnus pascentur simul. Leo et bos comedent paleas'.[2] Factum est ergo, ut pęne cuncta Ungrorum[n] natio sit prona ad percipiendum fidem sanctam, sed et alię Sclauorum[o] provintię ad credendum promptę. Et est ibi messis quidem multa, operarii autem pauci. Unde[p] quoque visum est iam necessarium esse, quatinus sanctitas vestra illic iubeat aliquos ordinari episcopos, quia et quondam Romanorum Gepidarumque tempore proprios septem antistites eadem orientalis Pannonia habuit et Mesia, meę sanctę Lauriacensi, cui ego indignus ministro, ęcclesię subiectos; quorum etiam quatuor, usque dum Ungri[q] regnum Bauuariorum invaserunt, sicut presenti cognitum est ętati, in Marauia manserunt. Quod nimirum grave ac valde onerosum est mihi, ut tot pontificii[r] parrochias solus predicando circueam, quibus necessitate et adiutorii inopia cogor nonnunquam[s] meam subtrahere presentiam. Ecce dominorum amantissime,[t] huiusmodi ęcclesiasticis mancipatus officiis detineor, et ne fecissem moram sepe dictę gentis conversioni, ire et prosterni ad vestra sanctissima vestigia distuli. Legatos autem meos, presentium scilicet portitores, ad vestram destinavi serenitatem, quos audire dignetur queso clementia vestra et eorum meisque mixtim precibus prebere assensum, quatinus pallium infulam quoque[u] pontificalem, quod speciale munus honoris ab hac sede tantum dirigitur metropolitanis, quod etiam mei predecessores a gloriosis huius principalis cathedrę primatibus accipere soliti erant, michi vero hoc ipsum benigno animo per illos dirigere dignetur, pariterque etiam privilegia apostolicę auctoritatis meę ęcclesię, per eosdem missos meos vestris presentata sacris obtutibus, more predecessorum vestrorum roborari supplico et confirmari, ut hac apostolica sanctione et benedictione munitus, mihi commissi[v] populi gubernationem canonice exsequi valeam et vestris rationibus in die iudicii[x] imputetur, quod in illis finibus ex paganis nova ęcclesia domino lucratur. Quoniam[y] varię ac perversę hereticorum sectę timendę sunt, quos sepe contigit deprehendi alios, quibus presunt, errore suo corrumpere, quos agnitione orthodoxę veritatis debuerant illustrare, ut hęc tam

33. *l)* ‚invident' *B.* — *m)* ‚videatur Isaiae' *B.* — *n)* ‚Vngarorum' *B.* — *o)* ‚Schlauorum' *B.* — *p)* ‚Inde' *B.* — *q)* ‚Vngari' *B.* — *r)* ‚mei pontificii' *B.* — *s)* ‚nunquam' *A, B.* — *t)* ‚amatissime' *B.* — *u)* ‚infulamque' *B.* — *v)* commissam' *A.* — *x)* ‚in d. iud. rat.' *B.* — *y)* ‚Quondam' *B.*

[2]) *Isaiae LXV, 25.*

pestifera de me amputetur suspitio, solemne symbolum[z] catholicę fidei, quam ipse teneo ac doceo, vestro apostolatui profitendum salubre censeo.[3] Confiteor[aa] et credo sanctam atque ineffabilem trinitatem, patrem et filium et spiritum sanctum, unum deum naturaliter esse; unius substantię, unius nature, unius maiestatis et virtutis. Et patrem quidem non genitum, non factum, sed ingenitum profiteor; fons ergo et origo ipse est tocius trinitatis. Pater namque ineffabili substantia filium genuit, nec tamen aliud quam quod ipse est genuit: deus deum, lux lucem. Filium quoque de substantia patris sine initio ante secula natum[bb] nec tamen factum fateor. Igitur non sicut filius a patre ita pater a filio est, quia non pater a filio, sed filius a patre generationem accepit; filius ergo deus de patre, pater autem deus, sed deus non de filio. Si enim pater fuit, semper habuit filium, cuius pater esset, deus, et ob hoc filium de patre natum sine initio confiteor. Spiritum etiam sanctum, qui est tertia in trinitate persona, unum atque ęqualem cum deo patre et filio credo esse deum; unius substantię, unius quoque naturę, nec tamen genitum vel creatum, sed a patre filioque procedentem, amborum esse spiritum. Nec enim procedit de patre in filium, nec de filio tantum procedit ad sanctificandam creaturam, sed ab utrisque procedere monstratur, quia caritas sive sanctitas amborum esse cognoscitur, et nec patris tantum, nec filii tantum, sed simul[cc] patris et filii spiritus dicitur.[dd] In relativis vero personarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, spiritus sanctus ad utrosque refertur. Quę cum relative tres personę dicantur, una tamen natura vel substantia creditur, nec sicut tres personas ita tres substantias predico, sed unam substantiam, tres autem personas. Quod enim pater est, non ad alium, sed ad filium et quod filius est non ad se, sed ad patrem est; similiter spiritus sanctus non ad se, sed ad patrem et filium relative refertur in eo, quod spiritus patris et filii predicatur. In hac ergo sancta trinitate tres personas,[ee] unum deum confiteor. Ergo non ipsum, qui est pater, dico esse[ff] filium vel spiritum sanctum, nec ipsum filium patrem aut spiritum sanctum fateor, vel eum qui est spiritus sanctus, patrem vel filium dicere valeo; sed quod pater est, hoc esse filium, hoc esse spiritum sanctum sine ulla ambiguitate pronuntio. Personas enim distinguo, non naturam deitatis separo. Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturę personas sicut non confundo, ita separabiles nullatenus predico, cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia vel extitisse vel quippiam operasse aliquando credatur; inseparabiles enim inveniuntur et in eo, quod sunt, et in eo, quod faciunt. Habet enim pater ęternitatem sine nativitate, filius ęterni-

33. *z) ex* ‚symbolem' *eod. atramento corr. A. — aa) litteris maiusculis scriptum A. — bb)* ‚nat. ante saec.' *B. — cc)* ‚similiter' *B. — dd)* ‚spiritus dei' *B. — ee) ex* ‚persone' *eod. atram. corr. A. — ff)* ‚etiam' *B.*

[3]) *Quae subsequitur confessio, in breviorem formam redacta est symboli ab undecimo concilio Toletano (a. 675) constituti repetitio; cf. Hahn, Bibliothek d. Symbole*[3] *pag. 342, num. 28.*

tatem cum nativitate, spiritus vero sanctus ęternitatem processionis a patre et filio sine nativitate. De his ergo tribus personis sola filii persona hominem verum sine peccato pro liberatione generis humani ex Maria virgine novo ordine novaque nativitate assumpsit.[gg] Novo ordine, quia invisibilis in divinitate, visibilis[hh] monstratur in carne; nova autem nativitate est genitus, quia incorrupta virginitas et virilem coitum nescivit et foecunda[ii] per spiritum sanctum carnis materiam ministravit. Dei enim filius non personam hominis accepit, sed naturam; naturam enim nostram in unitatem suę personę assumpsit, et idcirco filius dei et filius hominis unus est Christus. In eo namque, quod filius est dei, ęqualis est patri et in eo, quod est filius hominis, minor est patre. Qui etiam, ex quo homo est, pro delictis nostris passionem sustinuit mortique addictus et cruci, veram carnis mortem accepit, tertia quoque die virtute propria suscitatus de sepulchro resurrexit.[kk] Hoc ergo exemplo capitis nostri in hac carne, qua nunc sum et moveor, resurrecturum me credo. Idem autem dominus ac salvator noster peracto resurrectionis suę triumpho, paternam sedem repetiit, á qua per divinitatem numquam recessit. Inde in finem seculorum venturus iudicabit vivos et mortuos reddetque singulis, prout gessit quisque in corpore, sive bonum sive malum. Aecclesiam sane catholicam precio sui sanguinis redemptam cum eo credo in perpetuum[ll] regnaturam. Credo et confiteor unum baptisma in remissionem omnium peccatorum. Hanc ergo fidem professionis meę inviolatam me retinere et ab ea numquam deviare promitto. Qualiter ergo ex prelibata fide idiotas erudire debeam et ipse in suscepta novitiorum ęcclesia conversari, rescripto paternitatis vestrę cautius[mm] flagito ut merear edoceri. Memet ipsum enim iterum iterumque sanctitatis vestrę fidei precibusque subnixe commendo commendatumque[nn] perpetualiter fore inhianter desidero.[nn] Dignam autem vestrę sublimitatis memoriam, quam tota per orbem frequentat ęcclesia, ego cum omnibus mihi subditis votis et orationibus celebrare non desisto. Quicquid etiam humani servicii, quod vestram deceat magnitudinem, ex me conferri possit, totum et ex toto pro libitu voluntatis vestrę liberaliter expendere, pater dilectissime, satago.

34.

Willigisus, archiepiscopus Maguntinus, auctoritate sedis apostolicae, asstipulantibus quoque assessoribus suis, venerabilibus episcopis Spirensi,[1] *Wormatiensi,*[2] *Pragensi,*[3] *Moraviensi,*[4] *pro manifesto paricidio Gozmarum (cantorem Aschaffen-*

33. *gg)* ‚sumpsit' *B.* — *hh)* ‚invisibilis' *B.* — *ii)* ‚facunda' *B.* — *kk)* ‚resurrexit' *deest B.* — *ll)* ‚perpetuo' *B.* — *mm)* ‚cautus' *B.* — *nn)* ‚commendatumque — desidero' *deest B.*

34. [1]) *Balderico 970—987.* — [2]) *Annone 950—978.* — [3]) *Ditmaro 975—982.* — [4]) *Nomen ignoratur; an idem sit, de quo Cosmas, Chron. Boh. lib. II, c. 21 annotavit:* „Fertur autem, quod fuisset in Moravia ante tempora Severi quidam episcopus, ut reor, nomine Wracen" ?

burgensem) ab officio et beneficio deponit et tonsuratum coenobio, quod est Nuenstat, ad poenitentiam transmitit. *Maguntiae 976 apr. 28.*

Gudenus, Cod. Dipl. Mogunt. I, pag. 352, num. 129 (ex libro primo registri litterarum eccl. Magunt. saec. XIV, in tabulario reg. Würzburgensi) = Dobner, Annal. Hagec. IV, pag. 245 (exc.) = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 96, num. 113. — Erben, Reg. I, pag. 31, num. 72 — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 119, num. 13. — Cf. Dümmler, Pilgrim v. Passau pag. 175, n. 12.

35.

Henricus II, dux Baioariorum, possessiones episcopatus Pataviensis in marchia orientali enumerat simulque Bohemorum colonorum in Austria et terminorum Moraviae mentionem facit. *(cca. 987)*

Exstat in codice antiquissimo episc. Pataviensis et in cod. III traditionum Patav. fol. 129v—130v in tabulario generali regni Bavariae Monachi.

Boczek, Cod. dipl. Mor. I. pag. 99, num. 114. — Erben, Reg. I, pag. 32, num. 74 (ex Monum. Boic. XXVIII, 2, pag. 86, num. 116 et pag. 208, num. 7). — Acta Austriae inferioris I: Codex canonicor. s. Ypoliti I, pag. 3, num. 2. — Cf. Hasenöhrl in Arch. f. österr. Gesch. 82, pag. 456. et Pekař in Český časop. hist. X, pag. 55.

Monumentorum Boicorum editores l. l. pag. 210 notitiam hanc non esse coaevam, sed exiens saeculum XII redolere censent; attamen in dubium revocare, quod continet, vix possumus.

Notum sit cunctis presentibus scilicet et futuris, qualiter Heinricus, strenuus Baioariorum dux, in marca Liutbaldi marchionis, congregatis omnibus tam episcopis quam comitibus primoribusque cum plebibus regni, publico placito habito populum terminalem pro facienda generaliter omnibus iusticia iurare fecit, quod iure uniuscuiusque proprium esset de illis prediis, que tunc sub ditione tenebantur dominica, et quid episcopatuum aut abbatiarum familie deberent marchioni, inter cetera autem que ad sanctum Stephanum prothomartirem sedemque Pataviensem iuste legaliterque pertinere deberent .... Deinde hec loca ad sedem Pataviensis ecclesie attinere sub proposita iusiuratione firmabant tempore pontificatus et presentia Pilgrimi episcopi: .... Persnicha [1] sicut Willihelmus in proprium possidebat, quod tempore presenti Boemani insidendo arabant; [2] deinceps Liliunhova [3] iuxta Tullonam, Egilinsteti, Zeizmannestetin et Abbatestetin [4] cum

35. 1) *Perschling.* — 2) *Hic Erben adnotavit: Memoratu digna de colonis Slavis est eiusdem ducis Henrici constitutio, edita a L. B. Hormayr in annalibus literar. Viennens. (Wiener literar. Jahrbücher) XXXIX, Intelligenzblatt 36, nec non coloniis slavicis, boicis et saxonicis in orientalibus partibus eiusdem dissertatio: ‚Die Sachsen in Innerösterreich,' in den Beiträgen zur Preisfrage des Erzherzogs Johann, in iisdem annal. literar. Vien. XL, Intelligenzbl.* — 3) *Frauenhofen a Tulln ad meridiem.* — 4) *Abstetten a Tulln ad occidentem.*

omnibus iure ad se respicientibus; postmodum autem a septem collibus ab occidente civitatis Zeizenmure[5] sursum ad australem plagam Chunihohestorf[6] et sic usque in cacumen montis Comageni[7] et ita usque ad Hangentenstein[8] et ita ultra Danubium usque ad Marevinos terminos[9] in latum et sursum in longum usque ad Mochinle[10] et Trebinse[11] et utramque ripam fluminis Danubii infra iam dictum terminum. . . .

36.

Otto III rex tertiam partem census, fisco regio singulis annis de Bohemia dersolvendi, ecclesiae archiepiscopali Magdeburgensi donat.

Merseburg 991 mai 1.

Autographum membr. in tabulario regio Berolinensi (A).

Monum. Germ. hist. Dipl. II, pars 2, pag. 478, num. 71. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 100, num. 115 (reg.) — Erben, Reg. I, pag. 33, num. 76. — Stumpf, Reg. 942.

(C) § In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto dei gratia rex. Omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum piae devotioni notum sit, quomodo nos §‖ ob interventum dilectae genitricis nostrae, Theophanu videlicet imperatricis augustae, ac votum et amorem cari fidelisque nostri Gisalharii, Magadaburgensis ecclesiae venerabilis archiepiscopi, ‖ qui sępius pio animo devotum nobis exhibuit servitium, ad ecclesiam sancti Mauricii martiris, quae in praelibata Magadaburg civitate videtur constructa et in eius honore consecrata, ‖ dedimus tertiam partem nostri census, qui nostro regio fisco per singulos annos persolvi debet de tota Boemia, in qualicumque re sit, sive in auro seu argento vel pecoribus aut in aliis aliquibus rebus magnis sive parvis, ea[a] videlicet ratione, ut sicut duae partes praedicti census omnibus annis sub regiam potestatem colliguntur, ita deinceps praefatus Gisalharius, Magadaburgensis ecclesiae honorandus archipraesul, suique successores tertiam partem census de omni Boemia, ut superius iam dictum est, in auro et argento vel pecoribus aut aliis rebus maioribus sive minoribus sub suum ius recipiant, et quod eis bonum et aptum videatur, ad suum et ecclesiae, cui praesident, usum per hanc nostrae donationis et auctoritatis concessionem liberam dehinc sine obstaculo et contradictione alicuius personae faciendi quod velint potestatem habeant, ut memoria

---

35. [5]) *Zeiselmauer vicus in distr. polit. Tullnensi.* — [6]) *Königstetten a Tulln ad orientem.* — [7]) *Wienerwald.* — [8]) *Mons inter Greifenstein et Höflein supra Danubium.* — [9]) *Fines Moravorum ad Maracham et Taiam fluvios in septentrionali parte Danubii infra et supra montem Mannhard (Monum. Boica XXVIII, 2 pag. 210, nota).* — [10]) *Nöchling in sinistra Danubii ripa.* — [11]) *Trübensee in districtu Kirchberg.*

36. [a]) *Hic post* ‚parvis' *et inferius post* ‚habeatur' *notarius primum litteras proxime sequentes sine ullo intervallo posuit, sed postea delevit et ad novorum enuntiatorum initia significanda iusto spatio adhibito eas iterum scripsit.*

nostri nominis et beatae memoriae avi nostri Ottonis eiusque ęquivoci nostri videlicet gen[itori]s,[b] imperatorum scilicet augustorum, in praefata Magadaburgensi ecclesia semper habeatur. Et[a] ut haec nostrae donationis [auc]toritas[b] praesenti ac futuro tempore firma stabilisque permaneat, hoc nostrae dominationis praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signari iussimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

§ Signum domni Ottonis (MF) gloriosissimi regis. §

§ Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archicapellani recognovi. §

Data kal. mai anno dominice incarnationis DCCCCXCI, indictione IIII, anno autem tercii Ottonis regnantis octavo.[c] Actum Mersaburg; feliciter amen.

Sigillum ex cera flavei coloris impressum, cuius descriptionem accuratissimam praebet Foltz, Die Siegel d. deutschen Könige u. Kaiser aus d. sächs. Hause, in Neues Archiv III, pag. 36 inter sig. Ottonis III num. 2.

37.

Edictum Boleslai, ducis Bohemiae, de separandis coniugiis illegalibus infra parentelam coniunctis, de ecclesiis aedificandis et decimis colligendis. *992.*

Ex codice ms. saec. XII monasterii s. Crucis in Valle nemorosa, num. 217.

Wattenbach, Beiträge z. Gesch. der christl. Kirche in Mähren und Böhmen, pag. 50. = Erben, Reg. I, pag. 33, num. 77. = H. G. Voigt, Adalbert v. Prag, pag. 268, nota 245.

Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXXII, domino Johanne XV papa in sacratissima sede beati Petri apostoli, imperante domino Ottone III rege augusto, ortante dei nutu domino episcopo II. sancte Pragensis ecclesię Adalberto monacho, dux Bolezlaus presentibus omnibus primatibus suis dedit prefato episcopo secundum statuta canonum separare ea coniugia, que infra parentelam contra sacram legem coniuncta[a] esse reperirentur, necnon etiam ecclesias per loca opportuna construendi et decimas congregandi licentiam dedit.

38.

Johannes XV. papa monasterium Brevnoviense, conditum ab Adalberto, episcopo Pragensi, tuendum suscipit et varia ei largitur privilegia, abbati vero mitrae, chirothecarum, sandaliorum, mappillae, balteique usum concedit.

Reate 993 mai 31.

36. *b) Membrana destructa. — c) Genuine notarius numerum nota exprimere voluit, sed nota ‚VI' quam iam posuit, statim inter scribendum deleta, numerale secundum cancellariae consuetudinem plane exscripsit.*

37. *a) ‚conincta' cod.*

Apographum insertum confirmationi regis Premizlai Ottakari I datae Pragae 1224 iul. 24, cuius autographum in tabulario monasterii Brevnoviensis asservatur (B).

Paprocký, Diadochos l. I pag. 349 (plura ibi omissa sunt) = Tres discursus iuris trium celeberrimor. in curia Romana advocatorum I. Ant. Flavii de Sanctis, II. Josephi de Prosperis, III. Dominici Ursaya in causa praetensae exemptionis pro rev^{mo} et cels^{mo} S. R. I. principe archiep. Pragensi contra rev^{mum} abbatem Brzevnoviensem (Pragae 1752 et 1756), Appendix pag. 1. — Ludewig, Reliquiae manuscr. omnis aevi diplomatum VI. pag. 53, num. 29. — Ziegelbauer, Epitome hist. monast. Brevnoviensis, pag. 17 et 252. — Dobner, Monum. hist. Boemiae VI. pag. 6, num. 3 (reg.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I. pag. 104, num. 119. = Migne, Patrol. lat. 137, pag. 847. — Erben, Reg. I, pag. 35, num. 80. — Jaffé, Reg. pontif. Roman.^{2} num. 3849. — Schramm, Reg. z. Gesch. d. Benedictinerabtei Břevnov-Braunau, in Studien u. Mitth. aus d. Benedictinerorden III, pars I. pag. 68.

Autographum bullae in papyro scriptum adhuc saeculo XIV in monasterio Brevnoviensi exstitisse, docent ea, quae in Pulkavae Chron. Bohemiae prima recensione cap. 24 leguntur: ‚Eodem tempore pius pontifex *[Adalbertus]* supplicavit domino apostolico, ut monasterium Brewnowiense, quod ipse suo studio in Boemia construxerat, ut pius pater sub manu sua teneret et omnia predia et decimas vel qualescunque eiusdem domus collaciones sua auctoritate confirmaret. Cuius supplicacioni dominus apostolicus libenter assensum prebuit et pro suo rogatu privilegium conscribi iussit, quod more solito sigillo suo auctorisavit. Quod privilegium, licet sit vetustate consumptum et in iuncis marinis conscriptum, tamen cum summa reverencia in eodem monasterio usque hodie pro testimonio servatur.‘ *(Fontes rer. Bohem. V, pag. 28). Bullae fides non satis est explorata. Saeculo XVII, cum inter archiepiscopum Pragensem et Otmarum Danielem Zincke, abbatem Brevnoviensem, (1770—1738) causa de exemptione ageretur, bullam spuriam esse demonstrabant advocati archiepiscopi; v. Tres discursus iuris . . . Veritatem bullae defendit Ziegelbauer op. cit. pag. 20 sq.; cf. et. Dobner, Annal. Hagec. IV, pag. 390. Erben l. l. eam cruce signavit, cum sibi quidem post multam annorum seriem, verumtamen vel e litteris iustis vel secundum relata fide digna conscripta esse videretur. Similiter Tomek in Časopis Musea král. Českého 1859, pag. 175 bullam spuriam et saeculo XIII ineunte demum ex memoriis antiquis confectam esse putat. Loewenfeld in nova Regestorum pontificum editione genuinam esse iudicavit. — Nota temporis vitiose* ‚pontificatus nostri deo propitio anno XV‘ *dicit, cum Johannem solum annos X, menses VII sedisse constet. Verba autem* ‚Script. p. m. Stephani scriniarii s. R. eccl.‘, *quae nisi ex vera tabula depromi nequiverunt, notam temporis non fictam, sed transscribentis errore tantum depravatam esse probant. Nec tamen totum bullae argumentum ab omni suspicione liberum esse crediderim, cum ea, quae hic de correctionis potestate super omnia s. Benedicti claustra in Boemia posterius construenda et de libertatibus a Boleslao duce concessis scribuntur, posteriore aetate interpolata esse mihi videantur. Denique etiam ea, quae de decimis provinciae Litomericensis, Belinensis et Decinensis bulla dicit, dubitationem quandam mihi afferunt.*

Johannes episcopus servus servorum dei, dilectis filiis Anastasio abbati et conventui venerabilis monasterii sanctorum Christi Benedicti, Bonifacii et Alexii in Brevnov[a] sito caritatem et fidem pacemque perpetuam. Solet sedes apostolica piis desideriis clementer annuere et honestis petencium precibus favorem benivolum impertiri. Cum igitur monasterium vestrum in ducatu Boemie

38. *a)* ‚Brevnovensi‘ *B.*

primum et novella sit plantacio, sicut venerabili fratre nostro Adalberto, Pragensi episcopo, fundatore eiusdem,[1] referente intelleximus, et dignum existat, ut idem monasterium, quod in temporalibus et in spiritualibus per dei misericordem providenciam iam ex parte florere dicitur, per sedem apostolicam honoretur, ipsius dilecti fratris nostri Adalberti, Pragensis episcopi, precibus inclinati, vobis, ut tu, fili abbas, et alii, qui pro tempore eidem monasterio prefuerint, mitra, cyrotecis, sandaliis, mappula baltheoque uti possitis, auctoritate presentium indulgemus; <et ut ecclesia vestra dignior seu maior aliis monasteriis habeatur, decernimus ipsam caput esse et magistram in correctione ac reformatione regularis discipline super omnia claustra ordinis sancti Benedicti post hec in Boemia construenda primumque locum post Pragensem episcopum tibi Anastasio abbati tuisque successoribus canonice succedentibus super omnes et in omnibus concedimus habere.> Ad hec monasterium vestrum sub beati Petri et nostra protectione ponentes, omnes ecclesias vestras, villas, agros, silvas, casas servos et ancillas, decimas quoque trium provinciarum Lvtomiricensis, Belinensis, Dechinensis et omnium hominum eiusdem monasterii a memorato fratre nostro Adalberto, episcopo Pragensi, cuius amore hec scribimus, monasterio vestro rationabiliter collatas tam in veteribus cultis quam in novalibus in posterum excollendis vobis et hiis, qui vobis successerint, auctoritate apostolica confirmamus. Preterea volumus et pro divino amore firmiter precipimus, ut dux, quisquis fuerit, ipsum sanctum monasterium patremque monasterii cum omnibus ad illud pertinentibus <et libertates a nobili duce Bolezlao, viro catholico, eidem liberaliter indultas> ita custodiat, diligat, manuteneat, ut presentis vite prosperitatem desideret et in futuro velit a benignissimo conditore nostro eterne beatitudinis bravium accipere. Post obitum vero abbatis nemo ibidem abbatem instituat, nisi quem ipsa congregatio communiter et concordi assensu elegerit, et tunc Pragensi episcopo, si catholicus fuerit, liceat auctoritate nostra ipsum electum caritatis officio consecrare, symonie scrupulo quolibet hinc inde penitus excluso. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis seu confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pavli, apostolorum eius, se noverit incursurum atque cum Jvda, qui suspensus medius crepuit, et cum omnibus reprobis eterne dampnationi perpetuo subiacere. Qui vero custodierint et observare voluerint, que premissa et

38. [1]) *Quae sanctus Adalbertus monasterio Brevnovensi donaverit, Pulkavae Chron. Bohemiae prima recensio his verbis narrat:* ‚Beatus quoque Adalbertus de suo patrimonio contulit eidem quam plura, scilicet villas Brziestie et Wikanie *[Bříství et Vykáň in distr. pol. Český Brod]* et alias villas et possessiones multas. Insuper famulos et servitores, scilicet pistores, sutores, coquos necnon famulos ad calefaciendas stubas aliosque operatores diversorum operum, que longum esset per singula enarrari. Et hec omnia, ut perpetuo eidem monasterio ipsi et heredes eorum subservirent‘ *(Fontes rer. Bohem. V, pag. 27.)*

conscripta in presenti sunt privilegio, a misericordissimo domino deo nostro delictorum suorum veniam et vitam consequi mereantur eternam.

BENE VALETE.

Scriptum per manum Stephani, scriniarii sancte Romane ecclesie.

Datum Reate per manum Dominici, episcopi Sabinensis, II kalendas iunii, indictione VI[ta], incarnationis dominice anno DCCCCXCIII, pontificatus[b] nostri deo propicio anno XV, mense VIII[o].

39.

Otto III., Romanorum rex, terminos episcopatus Misnensis describens mentionem facit finium Bohemiae. *Frankonofurt dec. 6—996.*

Monum. Germ. Diplomata II, pag. 595, num. 186 (ex autogr. tabularii reg. Dresdensis). Dies et locus notae temporis ad annum 995 pertinent.

. . . . Misnensi episcopatui terminum posuimus nominando fines et determinationes locorum sicut infra tenetur: ubi caput et fons aquae, quae dicitur Odera, inde quasi recta via usque ad caput Albiae, inde deorsum in occidentalem partem, ubi divisio et confinium duarum regionum Behim et Nisenin, ibidem ultra Albiam et per silvam in occidentalem partem usque ad caput Mildae et sic deorsum ambas plagas eiusdem fluminis scilicet prope occidentalem ripam Rochilinze[1] et sic usque dum Milta intrat in Albiam, nec non ob hoc diximus in occidentali plaga, quia multae villae pertinent ad orientales urbes, et sic sursum et ultra provinciam Nizizi ad eundem terminum sine dubio nec non in altera parte Lusizi et Selboli et sic usque ad civitatem Zulbiza,[2] illam videlicet infra eundem terminum et inde in aquam, quae dicitur Odera, et sic Odera sursum usque ad caput eius. — — Datum VIII. idus decemb. anno dom. inc. DCCCCXCVI, indictione VIIII, anno vero tercii Ottonis regnantis XIII, actum in Franconofurt; feliciter amen.

40.

Boleslaus III., dux Bohemiae, monasterio sancti Johannis in Ostrov, quod pater suus fundare coepit, quasdam villas et homines donat. *1000.*

Traditur in privilegio regis Premislai Otakari I. anno 1205 ian. 17 dato, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur.

---

38. *b) cum inferior pars chartae autographi verisimillime vitiata esset, sequentia transscribentis errore corrupta sunt. Quae in hunc fere modum corrigenda sunt:* ‚deo propitio pontificatus domni Johannis summi pontificis et universalis XV pape in sacratissima sede beati Petri apostoli VIII[o].'

39. 1) *Rochlitz.* — 2) *Zülpich.*

Piter, Thesaurus absconditus in agro seu monasterio Brzevvnoviensi pag. 152 = Boczek Cod. dipl. Mor. I, pag. 106, num. 120 = Erben, Reg. I. pag. 36, num. 84 et 85. — Dobner, Annal. Hagec. IV, pag. 456.

Scriptum hoc praecepti vigorem non sibi vindicare potest, nil est enim nisi simplex relatio a monasterio ipso in perpetuam rei memoriam facta. Relationis exordium annum 1000 adfert, sed eam serius, post Lamberti abbatis et Theadagi episcopi († 1017 iun. 11) mortem conscriptam esse, ipso dicendi modo proditur. — Privilegium regis Otakari, cui inseritur, falsum quidem esse constat (cf. Emler, Die Kanzlei d. böhm. Könige Přemysl Ottokars II u. Wenzels II, in Abhandl. d. kgl. böhm. Gesellsch. d. Wiss. VI Folge, 9 Bd., Nro. 2, pag. 6), sed de veritate scripti, quod proponimus, non est cur dubitemus.

Anno dominice incarnationis millesimo. Gracia dei dux Bolezlaus, filius sevi Boleslay, per omnia vere katholicus, amore fidei inflamatus, postquam multa ecclesiis dei utilia ordinavit seque viam universe carnis ingressurum persensit, fervens in spiritu caritatis locum quendam servis dei per quosdam nobiles invenit et eum in honore sancti Johannis Baptiste[1] et aliorum sanctorum confirmari precepit, preficiens ei quendam bone vite virum nomine Lantbertum, ordinis sancti Benedicti monachum ab Altaensi monasterio[2] evocatum, vere Israelitam, in quo dolus non erat; quem filio suo tercio Boleslao, satis industri viro, licet invalitudine corporis attactus, sollicite coram primatibus suis commendavit et eum abbatem vocari et esse precepit. Igitur glorioso duce Boleslao ex hac luce subtracto,[3] filius eius tercius Boleslaus, paterni precepti non immemor, predictum abbatem piis moribus ornatum tunc temporis episcopo Theadago commendavit et in sui presencia, prout pater postulaverat, eum ordinari precepit atque loci ipsius situm et amplitudinem in sui curam suscepit et, ut post patuit, omnium bonorum inceptor et stabilitor per semitam iusticie ardenter cucurrit, et ne quis tam boni propositi a diabolo deceptus destructor in futurum existeret, Pragensis ecclesie presulem adiit, hoc ipsum perpetuo anathemate cum Juda traditore et eius sequacibus innodandum esse peciit, cunctis tunc presentibus acclamantibus: amen. Hec sunt ville et alia bona, que contulit bone memorie Boleslaus dux: Wodochoty,[4] Zaiecye,[5] Blasin[6] cum circuitu silve. De familia autem has villas Sazawa,[7] Sedlce,[8] Myechinicy.[9] Piscatores autem Drazowichich,[10] Trebani,[11] Lahowicyh.[12]

40. [1]) *In Ostrov apud Davle.* — [2]) *Nieder-Altaich in Bavaria. Cf. Auctuarium Ekkehardi Altah. ad ann. 1010:* ‚Boleslaus dux Boemorum fundat monasterium in Ostrow, cui prefecit abbatem primum nomine Lambertum de Altha inferiori.' *(Mon. Germ. SS. XVII pag. 363).* — [3]) *Obiit a. 999, febr. 7; Cosmae Chron. Boh. l. I, c. 33.* — [4]) *Vodochody distr. pol. Roudnice (Raudnitz).* — [5]) *Zaječí vicus ap. Neveklov, distr. pol. Benešov (Beneschau).* — [6]) *Blažim distr. pol. Benešov.* — [7]) *Sázava vicus ubi fl. Sázava Moldaviae influit, distr. pol. Smíchov.* — [8]) *Sedlec ap. Beroun.* — [9]) *Měchenice prope Zbraslav, distr. pol. Smíchov.* — [10]) *Dražov, germ. Drasow, distr. pol. Příbram.* — [11]) *Třebáň Hlásná, germ. Vorder-Třebaň, distr. pol. Hořovice.* — [12]) *Lahovice vicus prope Zbraslav, distr. pol. Smíchov.*

41.

Henricus II. rex donat Henrico, marchioni (Austriae), praedium suum inter flumina „Durran Liezniccham[1] et Triezniccham[2] et insuper XX hobas inter Chambam[3] et Maraaho[4] eligendas ubicunque eius desideret optatio."

Haselbach 1002 nov. 1.

Monum. Germ. Diplomata III, pag. 25, num. 22 (ex autogr. tabularii c. r. aulici Vindobonensis). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 107, num. 121 (reg.) — Cf. Hasenöhrl in Arch. f. österr. Gesch. LXXXII, pag. 456; Thausing in Forschungen z. deutsch. Gesch. IV. pag. 358.

42.

Heinricus II. rex monasterio sanctae Mariae[1] in Pataviensi urbe constructo concedit et corroborat inter alia partem thelonei, quam in eadem civitate habuit, cum toto tamen Boemiensi theloneo eiusque utilitate in integrum.

Ratisbonae 1010 april. 19.

Monum. Germ. Dipl. III, pag. 251, num. 214 (ex autogr. tabularii regni Bavariae Monachi). — Erben, Reg. I, pag. 37, num. 87 (e Monum. Boic. XXVIII, 1, pag. 418).

43.

(DUBIAE FIDEI.)

Heinricus II. rex Eilikae, abbatissae monasterii sanctae Mariae Pataviae, concedit atque largitur „portionem silvę, quę vocatur Nortuuald in comitatu Adalberonis — in longitudine a fontę fluminis, quod dicitur Ilzisa[1] sursum usque ad terminum predictę silvę, qui separat duas terras Baioariam videlicet et Boemiam et ita usque ad fontem fluvii, qui dicitur Rotala[2]; in latitudine vero per decursus eorundem fluminum, scilicet Ilzisę et Rotilę, usque ad fluvium Danubii —, quicquid eiusdem silvę his finibus inclusum est."

Ratisbonae 1010 april. (19).[3]

Monum. Germ. Diplom. III, pag. 253, num. 217 (ex instrumento manu saec. XI exeunt. vel XII in. in forma diplomatis autographi confecto). — Erben, Reg. I, pag. 37, num. 88. (e Monum. Boic. XXVIII, 9, pag. 421).

Quae fides descriptioni terminorum, quam hic damus, adhibenda sit, incertum est; vide Bresslau in Neues Archiv XXII, pag. 178 sq.

---

41. [1]) *Die Dürre Liesing, fl. Austriae Inferioris.* — [2]) *Die Triesting, fl. Austriae Inferioris.* — [3]) *Der Kamp, fl. Austriae Inf. in sinistra Danubii ripa.* — [4]) *Die March; boh. Morava.*

42. [1]) *Kloster Niedernburg.*

43. [1]) *Die Ilz fl. Bavariae inferioris (Niederbayern) in sinistra Danubii ripa.* — [2]) *Die Rodl, fl. Austriae superioris in sinistra Danubii ripa.* — [3]) *Instrumentum perperam* ‚data IIII kal. mai' *[= 28 april.] indicat.*

44.

Berngerus, episcopus Pataviensis, oratorium, quod Guntharius[1] quidam servus dei et heremita longe ab habitatione hominum in Nordwalde[2] a fundamentis in honore sancti Johannis Baptistae construxit,[3] dedicat in honore sanctae ac victoriosissimae Crucis et sanctae dei genitricis Mariae et praecipue sancti Johannis praecursoris Christi. *1019 aug. 29.*

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 59. — Monum. Boica XI, pag. 142, num. 28 et XXVIII, 2, pag. 210, num. 8. = Erben, Reg. I, pag. 38, num. 92. — Dobenecker, Reg. Thuringiae I, pag. 142, num. 662.

45.

Hizzo, episcopus Pragensis, cum aliis suffraganeis ecclesiae Maguntinae[1] Benedicto VIII papae supplicat pro Aribone, archiepiscopo Maguntino, cui honor pallii iniuste erat interdictus. *[1024 post mai 13.]*

Hartzheim, Concilia Germ. III, pag. 63 = Jaffé, Bibl. rer. Germ. III, pag. 362, num. 25 = Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz.[5] II, pag. 708. — Will, Reg. archiep. Maguntin. I, pag. 153, num. 21.

---

44. [1]) *De eodem Gunthero in codice traditionum monasterii Inferioris Altahae (Nieder-Altaich) haec leguntur:* ‚Sanctus Guntherius monachus factus est anno MVI. MVIII heremum inhabitare cepit, ibique construxit cellam in Rinchnah, quam dedicari a Berngero Patauiensi episcopo procuravit anno MXIX. Post hec ipsius beati Gvntharii peticione Heinricus tercius tradidit cellam memoratam ecclesie Altahensi sub Rachmvndo abbate anno MXL. Post hec vixit V annos et in ulteriori heremo, que Preznich vocatur, moritur ac per Prezizlavum ducem sepeliendus deducitur ad monasterium Prevnovvense.‘ *(Monum. Boica XI pag. 26, num. 9). — Vide etiam Palacký, Dějiny[3] I, 1, pag. 307, 308; Hirsch, Jahrb. d. deutsch. Reichs unter Heinrich II, tom. II, pag. 33—41; Steindorff, Jahrb. d. deutsch. Reichs unter Heinrich III, tom. I, pag. 95 sq., 107 n. 8, 289; Dobenecker, op. cit. I, pag. 136, num. 629; Grauert, Rom und Günther der Eremit?, in Historisches Jahrbuch XIX (1898), pag. 249—287.* — [2]) *De silva Nordwalde, silva Nordica sive Bohemica fusius disseruit Hormayr in annot. 4 orationis suae academicae de Liutpoldo duce Austriae. 1831.* — [3]) *I. e. Rinchnach a Passau ad septemtriones. Chunradus II, imperator Romanorum, ecclesiae huic territorium quoddam dedit, cuius termini in diplomate Augustae 1029 ian. 1. dato accuratius describuntur; v. Monum. Boica XI, pag. 144, num. 30 et XXIX, 1, pag. 23, num. 330 = Erben, Reg. I, pag. 39, num. 94. Postea Heinricus III rex eandem ecclesiam monasterio s. Mauricii (Nieder-Altaich) donavit; v. diploma eius datum Augustae 1040, ian. 17 (ed. in Monum. Boic. XI, pag. 146, num. 31 et XXIX. 1, pag. 62, num. 350 = Erben, Reg. I, pag. 43, num. 105), de quo uberius disseruit Steindorff, l. l. pag. 388.*

45. [1]) *Scilicet: Burchardo Wormatiensi, Udalrico Curiensi, Werinhario Argentinensi, Eberhardo Bambergensi, Waltero Spirensi, Wiggero Vardensi, Meginhardo Wirzeburgensi, Heimone Constantiensi, Godehardo Hildesheimensi, Heriberto Rubilocensi, Branthone Halberstatensi episcopis.*

Epistola verisimillime scripta est in synodo, quam in locum dictum Hosteti iuxta Mogum [Höchst am Main] in vigilia ascensionis Domini i. e. 13 mai 1024 ab Aribone convocatam fuisse, scimus ex epistola eius Meginhardo I. episcopo Wirzeburgensi missa (ap. Jaffé, Bibl. rer. Germ. III, pag. 358, Epist. Mogunt. num. 23); cf. Hirsch-Bresslau, Jahrb. d. d. deutsch. Reichs unter Heinrich II, tom. III, pag. 288.

46.

Odalricus, dux Bohemiae, monasterio sancti Johannis in Ostrov quaedam in villis Svojšice, Nahoruby et Pořešice confert. *[1012—1037.]*

Traditur in privilegio Premislai Otakari I regis anno 1205 ian. 17. dato, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur (A).

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 152. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 116, num. 131. = Erben, Reg. I, pag. 42, num. 100.

De fide scripti, quod nihil est nisi simplex relatio ad perpetuam rei memoriam in ipso monasterio conscripta, non est dubitandum, quamquam privilegium, in quo traditur, spurium est.

Odalricus pie memorie dux oracionis causa ad[a] Ostrowiense cenobium hec donaria tradidit verbis interpositis, ut si umquam quis hominum ab hoc monasterio hec auferre moliretur, eterno vinculo cum Juda avaro et impio anatematis plecteretur: Swoysicyh,[1] Nahorubyech,[2] Poryesichyh.[3]

47.

Engildeo, nobilis vir, cum coniuge sua Gundrade episcopatui Pataviensi tradit talem proprietatem, qualem habuit inter fluvios Dumilicha[1] et Sabinicha[2] a termino Danubii usque ad Sclauinicum[3] terminum. *1037, dec. 5.*

Monum. Boica XXVIII, 2, pag. 84, num. 109 (e cod. antiquissimo traditionum eccl. Pataviensis) = Erben, Reg. I, pag. 42, num. 101.

48.

Bretislaus I., dux Bohemiae, beato Procopio, in abbatem coenobii Sazaviensis electo, partem fluminis Sazavae cum pratis et silva circumiacente, a patre suo Odalrico donatam, confirmat eique terram quandam et villam Skramníky et unum stagnum addit. *[post 1037.]*

46. *a)* ‚ab' *A.*
[1]) *Svojšice, germ. Swuschitz, vicus in distr. polit. Blatná.* — [2]) *Nahoruby vicus, distr. polit. Benešov.* — [3]) *Pořešice vicus, distr. polit. Sedlčany.*

47. [1]) *Diembach.* — [2]) *Sarmingbach.* — [3]) *I. e. Bohemicum; annotavit Erben.*

Confirmationis et donationis huius memoriam monachus Sazaviensis, Cosmae continuator, his verbis tradit: ‚Facta ergo celebri promotione *[beati Procopii ad abbatiam coenobii Sazaviensis]* Bracizlaus primo quidem donationem, quam pater suus eidem patri *[sc. Procopio]* adhuc ante susceptionem abbatiae fecerat, flumen videlicet subterfluens a Milobuz usque ad speluncam, quae vulgo Zacolnica dicitur, cum pratis et silva circumiacente, principali corroboravit auctoritate. Dein etiam hanc eandem donationem supervenientibus heredibus et eam suo iuri usurpative vendicare molientibus, nolens paterna cassare statuta, semet opposuit, litem diremit, et eidem patri Procopio omnem utilitatem in aqua et silva a praedictis terminis redonavit, agros vero et prata ex utraque parte adiacentia sub testimonio et confirmatione filii sui Wratizlai et principum suorum DC denariorum pretio redemit et abbati Procopio scriptis et legitimis testibus reconsignavit. Ad extremum quoque ex propria largitione terram, quae circa est, usque ad silvam Strnounic necnon villam Zcramnik[1] et unum stagnum et structuram lignorum ad piscandum, centum denariis comparatam, eidem abbati et suis successoribus pro remedio animae suae in perpetuum possidenda contradidit.‘ *(Fontes rer. Bohem. II, pag. 244). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 128, num. 142. — Erben, Reg. I, pag. 47, num. 114. — Cur Erben l. l. relationem hanc anno cc. 1052 adscripserit, nescio. Annus fundationis monasterii Sazaviensis incertus est; cf. Palacký, Dějiny[3] I, 1, pag. 290, nota 284 et Krásl, Sv. Prokop, pag. 83.*

49.

Severus, episcopus Pragensis, una cum multis Germaniae et Italiae episcopis synodo generali, iussu Henrici III. regis Papiae congregatae, interest.

1046 oct. 25.

Monum. Germ. Legum sect. IV: Constitutiones et acta publ. I, pag. 94, num. 48 (ex apogr. s. XVI. bibl. capit. Veronensis), — Cf. Steindorff, Jahrb. d. deutsch. Reichs unter Heinrich III, tom. I, pag. 307.

50.

Heinricus III., Romanorum imperator, ecclesiae in Hainburg[1] donat „decimum mansum rectamque fructuum decimationem totius regionis in finibus Ungarorum gladio ab hostibus[2] adquisitae in pago Osterriche, in comitatu [a] ex una parte Danubii inter Fiscaha[3] et Litacha,[4] ex altera autem inter Strachtin[5] et ostia Fiscaha[3] usque in Maraha[6] .... et tertiam partem utilitatis ullo modo de eadem urbe (Hainburg) provenientis cum omnibus pertinentiis.“

Hainburg 1051 oct. 25.

---

48. [1]) *Skramníky, vicus a Český Brod (germ. Böhmisch Brod) ad orientem.*

50. [a]) *in autographo spatium pro nomine supplendo vacuum relictum.*

[1]) *Ad Danubium supra Pressburg.* — [2]) *I. e. ab Ungaris, cf. Steindorff, Jahrb. d. deutsch. Reiches unter Heinrich III, tom. I, pag. 180 sq.; II, pag. 159, nota 1.* — [3]) *Die Fischa.* — [4]) *Die Leitha.* — [5]) *Strachotín, germ. Tracht, distr. polit. Hustopeč, germ. Auspitz; v. Thausing in Forschungen z. deutsch. Gesch. IV, pag. 363. — Meiller, Verzeichniss von Oertlichkeiten in Oesterr. unter d. Enns, pag. 167 hic Streipfing vel Stripfing (ab Angern ad meridiem) dici suspicatur. Pekař l. l. Strachtin rivi cuiusdam incerti nomen esse putat.* — [6]) *Morava, germ. die March.*

Monum. Boica XXIX, 1, pag. 103, num. 377 (ex autogr. tabularii generalis regni Bavariae Monachi) = Erben, Reg. I, pag. 46, num. 113 (frgm.) — Stumpf, Reg. num. 2415. — Cf. Hasenöhrl in Arch. f. österr. Gesch. 82, pag. 461, 463; Pekař in Český časop. hist. X (1904) pag. 56.

51.

Severus, episcopus Pragensis, cum aliis Germaniae et Italiae episcopis translationi sancti Wolfgangi, episcopi Ratisbonensis, adest.

Ratisbonae 1052 oct. 7.

Notae s. Emmerammi in Mon. Germ. Script. XVII, pag. 572: ‚Anno ab incarnatione domini MLII dompno papa Leone nono et Baldingo *[al. Balduino]*, Juvavensis ecclesie archiepiscopo, aliisque episcopis, Gebehardo scilicet Ratisponensis ęcclesię antistite et Severo Pragensis ecclesię episcopo et Hunperto sanctę Rufine ecclesię *[seu Silvae Candidae]* presule et Otkero, Perusine ecclesie episcopo et Gebehardo, Eistetensis ecclesię, qui postea papa effectus est, episcopo, simulque patriarcha Dominico Gradensis ecclesie presentibus et imperatore Heinrico tercio . . . translatum corpus sancti Wolfkangi episcopi.‘ *Translationem* ‚nonis octobris‘ *factam esse, annotat ibidem Jaffé ex necrologio s. Emmerammi ms. saec. XII. — Steindorff, Heinrich III, tom. II pag. 183 nomina hic exhibita e serie testium instrumenti de hac translatione confecti desumpta esse putat.*

52.

Bretislaus I., dux Bohemorum, monasterium sancti Johannis Baptistae in Ostrov dotat.

[1037—1055].

Donationis memoria traditur in privilegio Premislai Otakari I regis, 1205 ian. 17 dato, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur (A).

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 153 = Boczek, Cod. dipl. Mor. I. pag. 130, num. 146. — Erben, Reg. I, pag. 50, num. 119.

De memoriae huius fide confer ea, quae superius ad num. 40 et 46 adnotavimus.

Brecyslaus bone indolis tyro, postquam sedem paterni ducatus obtinuit, hec dona deo[a] et sancto Johanni Baptiste in[b] Ostrow pro remedio anime sue suorumque parentum tradidit Cvsowicyh[1] debitores mellis. Capellam quoque in spelunca sancti Johannis Baptiste[2] huic loco addidit. Insuper et custodes ipsius ecclesie Chrustimichich[3] et Nuncycyh;[4] villam cum hospitibus Sedlce.[5] Item aliam capellam in Veliz[6] cum omnibus apendiciis suis dedit; piscatores

52. *a)* ‚do‘ *sine titulo A.* — *b)* ‚in‘ *addidi.*

[1]) *Košovice vicus a Votice ad occidentem distr. polit. Sedlčany.* — [2]) *Sv. Jan pod Skalou, germ. St. Johann unter dem Felsen, apud Beroun, distr. polit. Hořovice.* — [3]) *Chrustenice vicus ab Unhošť ad meridiem distr. polit. Smichov.* — [4]) *Nučice vicus ab Unhošť ad meridiem.* — [5]) *Sedlec vicus a Beroun ad septemtriones.* — [6]) *Velis apud vicum Kublov prope Křivoklát (Pürglitz).* — [7]) *Dražov vicus, distr. polit. Příbram.*

Drazowycyh,[7] custodes eiusdem ecclesie Otrocynyewsy,[8] Cyrninye[9] terram ad quatuor aratra. Circuitum quoque silve, quod dicitur Zaton,[10] et capellam beati Johannis Baptiste cum omnibus ad eam pertinentibus. Domaslicyh[11] civitate eciam ebdomadam thelonei contulit cum capella beati Jacobi apostoli cum omnibus appendiciis suis.

53.

Heinricus III., Romanorum imperator, donat „cuidam Haderico tres mansos regales ex beneficio ipsius, duos videlicet iacentes inter Movriberg[1] silvam et fluvium, qui dicitur Bvlka,[2] tertium vero ultra eundem fluvium Bvlka iacentem in marchia Boemia in comitatu Adelberonis.“ *Ratisbonae 1055 mart. 3.*

Meiller, Regesten z. Gesch. d. Markgr. u. Herzoge Oesterreichs aus d. Hause Babenberg, pag. 7, num. 17 (ex autogr. tabularii monast. Zwettlensis) = Erben, Reg. I, pag. 50, num. 120 (frgm.) — Stumpf, Reg. num. 2464.

54.

Heinricus III., Romanorum imperator, ecclesiae sancti Stephani Pataviae „locum cuiusdam vici Poumgartun[1] nominatum cum omni utilitate, quae contra Boemos quoquo modo haberi et conquiri poterit, omnem terram intra subscriptos terminos inclusam, id est vallem ipsam Poumgartuntal[2] dictam sursum usque ad definitas notas Ungaricorum terminorum, deorsum usque ad praedium Henrici comitis, exinde in directum usque ad stratam Lauentenburch[3] ducentem, ipsamque usque ad predium Richuini“ in proprium tradit.

Berstadt[4] 1056 iul. 10.

Monum. Boica XXIX, 1, pag. 129, num. 391 (ex autogr. tabularii generalis regni Bavariae Monachi) = Erben, Reg. I, pag. 51, num. 123 (frgm.) — Stumpf, Reg. num. 2504. — Meiller, Reg. z. Gesch. d. Babenberg. pag. 202. — Cf. Büdinger, Oesterr. Gesch. pag. 449. Vide et. Steindorff, Heinrich III, tom I, pag, 109 nota 6.

55.

Spitigneus II., Bohemiae dux, ecclesiam collegiatam Litomericensem ad sanctum Stephanum fundat eique varia bona et proventus donat.

[circa 1057.]

---

52. [8]) *Otročín vicus ap. Křivoklát (Pürglitz).* — [9]) *Černín vicus prope Beroun.* — [10]) *Zátoň, germ. Ottau, vicus prope Krumlov (Krumau).* — [11]) *Domažlice, germ. Taus.*

53. [1]) *Mailberg in finibus Moraviae infra Znojmo, germ. Znaim.* — [2]) *Pulka fl. Austriae Inferioris in dextra fluminis Dyje (germ. Thaia) ripa.*

54. [1]) *Herren-Baumgarten.* — [2]) *Baumgartenthal.* — [3]) *Lundenburg, bohemice Břeclav.* — [4]) *Inter Frankfurt et Giessen.*

Exstat in tabulario capituli Litomericensis in triplici forma: prima in membrana manu saec. XI scripta (A), altera confirmationi Premislai Otacari I anno 1218 datae inserta est (B); tertiam formam instrumentum autographi instar manu, ut videtur, saec. XIV in. confectum praebet (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 134, num. 151 (reg.) — Erben, Reg. I, pag. 51, num. 124 (ex C cum lectionibus variis B). — Imaginem phototypicam A vide in tabula dissertationi nostrae O zakladaci listině kapit. Litoměřické (Rozpravy České Akademie 1901) adnexa. Imaginem formae C aeri incisam dedit Dobner, Annal. Hagec. V. ad pag. 352.

Dobner l. l. formam C genuinam esse, formam A mandatum, ad iudices provinciarum aliosque missum, esse perperam iudicavit. Post quem Palacký, Kritická úvaha i výklad základných listin kollegiatního chrámu Litoměřického (in Časop. Česk. Musea 1836 pag. 323 sq. = Radhost II, pag. 188 sq. = Drobné spisy II, pag. 123 sq.) formam C spuriam et saec. XIII demum ex antiquioribus quibusdam scriptis compositam esse declaravit; formam vero B relationem antiquam de ecclesiae Litomericensis fundatione, saeculo XI. confectam, esse censebat. Recentissime dissertatione nostra superius laudata formam A temporis aequalem esse memoriam fundationis ecclesiae Litomericensis, formam vero B bonorum eiusdem ecclesiae conscriptionem saeculo XII exeunte confectam, formam C saec. XIV ineuntis falsum esse probavimus. Vide etiam Český časopis hist. VIII, (1902) pag. 158—173. — Quo anno ecclesia Litomericensis fundata sit, haud constat. Slavik, Observatio hist. in pervetustum diploma Spitignei II (ms. tabularii capituli Litomericensis) memoriam antiquam secutus, anno 1057 fundatam esse dicit; cf. Frind, Kirchengesch. Böhm. I, pag. 131, nota 3. Annum 1058 compilator Vokounianus nominat (Fontes rer. Bohem. III, pag. 468 nota o), eiusque testimonium Dobner l. l. 351 adprobat.

A.

Cum domino volente Spitignevs [a] clarissimus ac religiosissimus dux ęcclesiam venerabilem in Christi nomine sanctissimęque virginis Marię ac Stephani proto‖martyris aliorumque sanctorum construxisset, familiam hanc [b] ad eandem predictam ęcclesiam pro remedio animę suę tali tenore est largitus, ut ab omnibus terrenis‖ negociis libera existeret, nisi tantum preposito et fratribus eiusdem ecclesię cuncta faceret necessaria. Igitur de omni arte ab omnibus suis civitatibus, sicut ad principis‖ decet ministerium, de familia destinavit virum cum uxore et filiis filiabusque

B.

Cum domino volente Spitignevs [a] clarissimus ac religiosissimus dux ecclesiam venerabilem in Christi nomine sanctissimeque virginis Marie ac Stephani protomartyris aliorumque sanctorum construxisset, familiam hanc ad eandem predictam ecclesiam pro remedio anime sue tali tenore est largitus, ut ab omnibus terrenis negociis libera existeret, nisi tantum preposito fratribusque eiusdem ecclesie cuncta faceret necessaria. Igitur de omni arte a quibusdam provinciis, sicut ⁂ [b] principis decet ministerium, de ministerialibus destinavit virum cum uxore et filiis filiabusque ad unam quamque pertinentem artem. Villas ⁂ XIIII hospitibus integras, sex vero ⁂ aratoribus cum omnibus necessariis, sci-

55. *A* *a)* ‚Spitignevs‘ *litteris maiusculis scriptum.* — *b)* ‚h‘ *eod. atramento supra lineam scriptum.*

55. *B* *a)* ‚Spitignevs‘ *litteris maiusculis scriptum.* — *b) scribae errore hic* ‚ad‘ *ommissum fuit;* ‚a‘ *iam scriptum erasum est.*

A.

ad unam quamque artem pertinentem. Villas quoque XIIII hospitibus deputatas, VI vero servientibus ac aratoribus cum omnibus necessariis, scilicet silvis ac aratris condonavit. Vineas quoque duas cum vinitoribus, quanti sufficerent ad excollendas eas, dedit. Puellas operatrices XXX. Equas quoque centum cum campo magno, totidemque oves; vaccas autem XXX et LXX sues. Vias duas, unam per silvam ad Hlmecs[1] octava ebdomada accipiendam predictę concessit ecclesię; alteram per aquam Vzthi,[2] que duci pertinuit, addidit. In ipsa vero civitate, qua prefata collocata est ęcclesia, quicunque huius patrię incolę sal vel alia quelibet per aquam advehunt, II partes preposito, terciam vero fratribus acomodavit. De parva navicula XV denarios, cuiuscunque sit, servi vel liberi, precepit dari. De magna autem II mensuras, preter illos, qui sal duci debent, et ipsos eciam medietatem persolvere iussit. Hospitum autem naves naviculasque sic ordinavit, ut de maxima nave II mensuras magnas, de mediocri unam, de parva, quot mensurę sint, tot denarios persolverent. Rusticos vero de ipsa civitate XII, de Belina[3] totidem ordinavit. Illos autem, qui pro-

B.

licet filiis[c] ac aratris ecclesiam ditavit. Vineas quoque duas cum vinitoribus, quanti sufficerent ad excollendas eas, dedit. Puellas XXX operatrices. Equas quoque C^tum^ cum campo eis destinato, totidemque oves, vaccas autem XXX et LXX sues. Vias vero duas, unam per silvam * Hulmez[1] decimam[d] ebdomadam accipiendam predicte concessit ecclesie, alteram quoque per aquam Vsti,[2] que duci pertinuit, addidit. In ipsa vero civitate, in qua prefata collocata est ecclesia, quicunque huius patrie incole sal alec[e] sive alia queque per aquam adveunt, II partes preposito, terciam que fratribus accomodavit. De parva navicula XV denarios, cuiuscunque sint,[f] servi aut liberi, dari precepit. De magna autem duas mensuras preter illos, qui sal duci debent, et ipsos eciam medietatem persolvere iussit. Hospitum autem naves naviculasque sic ordinavit, ut de maxima nave duas magnas mensuras, de mediocre unam, de parva quot mensure * tot denarii persolverentur. Rusticos vero de Lutomericensi provincia XII, de Belinensi[3] totidem ordinavit, Illos autem, qui proprie omni anno mel ex ortis solvere debent, VI constituit. Ex hiis igitur, que prediximus, videlicet vendicione hospitum[g] et de tributis nec non de viis et de apiariis * tercia pars sine offensione fratribus decreta est. Insuper eciam de grege equarum uno quoque anno poledrus pro tunica unicuique eorum destinatus est. Legalis autem decimacio ab hominibus ecclesie

55. *B* *c) ita B vice* ‚silvis'. — *d)* ‚decimam' *in loco raso obscuriore atramento alia, posterior, ut videtur, manus scripsit.* — *e)* ‚alec' *in loco raso alia posterior, ut videtur, manus obscuriore atramento scripsit.* — *f) ita B.* — *g) genuine* ‚ospitum' *scriba posuit, postea autem* ‚h' *eodem atramento addidit.*

55. [1]) *Chlumec, Chlum, germ. Kulm, a Chabařovice (germ. Karbitz) ad septemtriones, distr. pol. Ústí n. Labem (germ. Aussig).* — [2]) *Ústí n. Labem, germ. Aussig.* — [3]) *Bílina oppidum Bohemiae septemtrionalis, distr. polit. Teplice (germ. Teplitz).*

A.

prie omni anno mel ex ortis debent, VI constituit. Ex his ergo, quę prediximus, videlicet vendicionibus hospitum et de tributis de viis et apiariis, immo cunctis quęcunque huic ecclesię data sunt, tercia pars sine offensione fratribus decreta est. Insuper eciam de grege equarum per unum quemque annum poledrus pro tunica unicuique eorum destinatus est. Legalis eciam decimacio ab hominibus huic ecclesię pertinentibus non alii nisi preposito et fratribus persolvatur.[c] Nomina villarum: Cressicsi,[4] Prenee,[5] Popouo,[6] Zassadee,[7] Trebesicsi,[8] Repcicsi,[9] Tinecs,[10] Malseu,[11] Breza,[12] Ptacicsi,[13] Lubesevicsi,[14] Hvcsci,[15] <Bvsouici,[16] Hotsov.[d] [17] Fratribus[e] autem

B.

huic pertinentibus nulli alii nisi preposito cum fratribus persolvatur. Hec sunt nomina villarum, quas supra diximus: Cresici,[4] Pirne,[5] Zazade,[7] Trebesici,[8] Repcici,[9] Tinez,[10] <Zedlze,[h] [18] Dubech[19]> Popouo,[6] Ptachichi,[13] <Zlatina,[20]> Huchi,[15] Lubessouichi.[14] <Nomina villarum, in quibus rustici, qui mel solvunt atque ministeriales, qui ministeria una quaque ebdomada exhibent, notati[i] sunt. In Lutomericensi provincia Wzasadi[j] [7] Hoc campanarius cum terra, Cozel vinitor cum terra, Ztoyan vinitor cum terra, Zvan vinitor cum terra. Preter hos sutores, pellifices albi et nigri, fabri, carpentarii, calefactores stube. Sunt eciam in eadem villa hospites quam plures. Pocraticih[21] Dalese vinitor

55. *A c) sequitur spatium 23 mm continens. — d)* ‚Bvsouici, Hotsov' *alio pallido atramento alia, ut videtur, manu in loco raso correctum. — e)* ‚Fratribus — adiacentibus' *alia manu fortase saec. XIII ineuntis alio pallido atramento in loco raso scriptum.*

55. *B h)* ‚l' *ead. manus eodem atramento superscripsit. — i) ita B. — j)* ‚W' *pallido atramento ex simplici* ‚V' *correctum.*

[4]) *Křešice vicus a Litoměřice (Leitmeritz) ad orientem.* — [5]) *Brná, germ. Birnai, vicus prope Ústí nad Labem (Aussig).* — [6]) *Hodie non exstat.* — [7]) *Zásada antea vicus apud Litoměřice, nunc pars eiusdem oppidi.* — [8]) *An Travčice, germ. Drabschitz, vicus apud Litoměřice, hic dicatur, incertum est.* — [9]) *Řepčice Horní, germ. Ober-Rzepsch, vicus prope Litoměřice.* — [10]) *Týnec Horní, germ. Ober-Tenzel, ap. Litoměřice.* — [11]) *Utrum Malečov, germ. Malschen, distr. polit. Ústí nad Labem (Aussig), an Malíč, germ. Malitschen, distr. polit. Litoměřice, hic dicatur, diiudicare nequeo.* — [12]) *Březí, germ. Presei, vicus ab Ústí nad Labem (Aussig), ad meridiem et orientem.* — [13]) *Hodie non exstat; Frind, Kirchengesch. Böhm. I, pag. 133 nota 3 hic vicum Praskovice alias Prackovice (a Lovosice ad septemtriones) dici suspicatur; cuius sententiam adprobare non possum.* — [14]) *Liběšice, germ. Libschitz, vicus a Bílina ad meridiem et occidentem.* — [15]) *Chouč, germ. Kautz, a Bílina versus meridiem, distr. polit. Teplice (Teplitz).* — [16]) *Bohušovice, germ. Bauschowitz, vicus a Litoměřice ad meridiem.* — [17]) *Fortasse Chotěšov, germ. Chotěšau, a Litoměřice ad meridiem, distr. polit. Roudnice (Raudnitz); Palacký Chodžov al. Chožov prope Louny (Laun) esse putat.* — [18]) *Sedlec, germ. Selz, vicus a Litoměřice versus orientem.* — [19]) *An Dubice, germ. Dubitz, ab Ústí n. L. (Aussig) versus meridiem sit, nescio.* — [20]) *Slatina, vicus a Libochovice ad septemtriones.* — [21]) *Pokratice, vicus a Litoměřice ad septemtriones.*

A.

in predicta ecclesia commorantibus addimus circuitum silvę ante urbem cum agris ibidem adiacentibus[e] et poduine.[f] >

B.

cum terra, Cecen vinitor cum terra, Dras vinitor cum terra. Sitinichih[22] Bachuha vinitor cum terra. Naboschi[23] Mach carpentarius cum terra. Trebutichich[24] rustici duo: Ŗozroy et frater eius Ostas cum terra. Ternovas[25] terra fabri nomine Cis. Nuchnicih[26] Malic cum terra et aliam habens Lucove. Copisteh[27] terra hospitalis ad aratrum. Ŗaduyne[28] Hotese rusticus cum terra. Yscri[29] Cen rusticus cum terra. Naztranem[30] Cacuca rusticus cum terra. Peschaz[31] Bikût rusticus cum terra et alia Zernozecheh[32] terra rusticalis. Lubohovaz[33] Jurata piscator cum terra. Zalezleh[34] Ostas rusticus cum terra et aliam habens Prosmiceh.[35] Natleni[k] [36] hospitalis terra ad aratrum. Nauulconine[37] rusticus cum[l] terra ad aratrum. Lucoucih[38] Platiuoy sutor niger cum terra, et aliam habet Ŗaduyne.[39] Dlascouicih[40] rusticus Ŗozroy cum terra ad II aratra. Hotesoue[41]

55. *A f)* ‚et poduine' *alia manus posterior (s. XIII) in loco raso addidit.*

55. *B k)* ‚eni' *in spatio vacuo relicto alia, ut videtur, manus addidit. — l)* ‚cū' *alia manus minoribus litteris superscripsit.*

22) Žitenice, germ. Schüttenitz, vicus a Litoměřice ad septemtr. et orientem. — 23) Locus ignotus. Frind, l. l. pag. 139 vicum hunc in valle ‚Boschke' dicto inter Litoměřice et Trnovany situm fuisse putat. — 24) Třeboutice, vicus a Litoměřice versus orientem. — 25) Trnovany, vicus a Litoměřice ad septemtr. et orientem. — 26) Nučnice (Velké), germ. Gross-Nutschnitz, a Litoměřice ad merid. et orientem. — 27) Kopisty německé, vicus quondam a Litoměřice ad meridiem, ubi nunc Terezín, germ. Theresienstadt, situm est. — 28) Radujeň, Radoň, vicus a Štěti, germ. Wegstädtl, ad septemtriones. — 29) Locus ignotus. Prius nomen hoc minus recte ‚Uscri' legebatur, quod Erben, Reg. pag. 795 Ústí explicandum esse putat. Frind l. l. pag. 139 Ouštěk, germ. Auscha, interpretatur. — 30) Locus ignotus. — 31) An Píšťany, vicus a Litoměřice ad occidentem? — 32) Žernoseky Velké, germ. Gross-Czernosek, vicus a Litoměřice occidentem versus. — 33) Libochovany, vicus a Litoměřice ad septemtr. et occidentem. — 34) Fortasse Zálezly a Litoměřice ad septemtriones. — 35) Prosmyky, vicus a Litoměřice ad occidentem. — 36) Fortasse Tlučeň, germ. Tlutzen, vicus a Litoměřice ad septemtr. et occidentem. 37) Hodie non exstat. — 38) Lukavice, germ. Lukowitz, vicus ab Ouštěk, germ. Auscha, ad septemtr. et occidentem. — 39) vide not. 28. — 40) An Dlažkovice prope Lovosice? — 41) Chotěšov, germ. Chotěschau, a Libochovice ad septemtr. et orientem.

A. | B.

hospitalis terra ad duo aratra. Brennaz[42] Jacob nutritor equorum cum terra. In provincia Belinensi[43] na Vzti[44] Crisan, cui campus qui dicitur Breznik datus fuit; quem pro remocione dux prefatus sibi adoptavit, predicto ministeriali in villa eadem terram rusticalem ad aratrum mutuavit. Poruc piscator cum terra in eadem villa. Ternovaz[45] Tesec custos apum cum terra ad aratrum. Costelech,[46] Conoiedi,[47] Tribrusco,[48] Dubrauiz[49] dimidia villa. Copist[50] rusticus cum terra. In provincia Bolezlauensi[m] [51] Hotetoue[52] Zikac faber habens terram ad aratrum. Brizak[53] Iztbezza minister habens terram ad aratrum. Bozni[54] Damianus cocus habens terram ad aratrum. In Satcensi[55] provincia Hotsoue[56] Preztan campanarius habens terram ad aratrum. Lescah[57] Deton custos apum habens terram ad aratrum. Lubne[58] Prauez carpentarius habens terram ad aratrum. In provincia Boyzensi[59] Drazouicih[60] Radek custos apum cum filio Zuoyen et cum terra omnibusque ap-

55. *B m)* ‚Bolezlaū‘ *B.*

55. [42]) *Brňany a Litoměřice ad meridiem.* — [43]) *vide not. 3.* — [44]) *Ústí n. L., germ. Aussig.* — [45]) *Trnovany, germ. Turn, prope Teplice (Teplitz).* — [46]) *Utrum Kostelec prope Libochovice an Kostelec, germ. Weisskirchen, apud Ouštěk (Auscha) hic dicatur, diiudicare nequeo.* — [47]) *Konojedy ab Ouštěk (Auscha) ad septemtriones.* — [48]) *Třibrsko, hodie Třebutičky, germ. Trzebutschka, prope Ouštěk (Auscha).* — [49]) *Fortasse Doubravice, germ. Tauberwitz, vicus a Litoměřice ad septemtr. et orientem.* — [50]) *Kopisty, germ. Kopitz, vicus a Bílina ad occidentem prope Most (Brüx).* — [51]) *Boleslav Stará, germ. Alt-Bunzlau, oppidum in dextra Albiae ripa.* — [52]) *Chotěschov, germ. Kuttental, vicus prope Nové Benátky (Neu-Benátek).* — [53]) *Dřísy, vicum prope Brandýs n. L. (Brandeis a. d. Elbe) hic dici suspicatur Frind l. l. pag. 140.* — [54]) *Boseň, germ. Bosin, vicus prope Mnichovo Hradiště (Münchengrätz).* — [55]) *Žatec, germ. Saaz, oppidum in dextra fl. Ohře (germ. Eger) ripa.* — [56]) *Chotěšov, germ. Kotěschau, vicus prope Žatec.* — [57]) *Lešky, germ. Leschkau, vicus non longe a Podbořany (Podersam).* — [58]) *Fortasse Hlubany, germ. Lubau, vicus prope Podbořany.* — [59]) *De hac provincia vide Palacký, Dějiny*³ *I, 2, pag. 245 et 402.* — [60]) *Dražejovice, germ. Dražowitz, vicus apud Sušice (Schüttenhofen).*

A.

Ex his ergo omnibus quicunque diabolo suadente aliquid minoraverit penas cum eodem eternas sustinebit. Amen. Amen. Amen.

<De[g] villa Desecripi[62] datus est quidam homo nomine Zlaton cum filiis et fratre ad legem eiusdem ęcclesię. Quod testificantur Blag comes, Matuvs, Petrus, Dama, Zvda, Sbor, Suoiata, Turdmir, Crivecs, Johannes pincerna, Zasin, Buda, Zagor comes, Krec villicus.[g] Nomina[h] rusticorum, qui sunt de ista civitate: Gosten, Idzenik, Ottassa, Maur, Mali, Dobrac cum fratre Bozen, Bic, Svd.[h] Hęc[i] autem Christo volęntę addita sunt: . . . .[k] dedit bonum patrimonium, Groznata circuitum Ceaslau, Lagouicih[63] Henricus dux terram, quam Sdęszlavs dędęrat ęi. Guclinvs Bocudicih[64] dedit terram. Pauel dal gest

B.

pendiciis. Siuohoschi[61] Quetek cocus cum terra. Ad ipsum vero castrum Lutomericense sunt pistores et molendinarii, quorum nomina sunt hec: Stromata, Nerad.> Ex hiis * omnibus quicunque diabolo suadente aliquid minoraverit, penas cum eodem eternas in perpetuum paciatur. Amen.[n]

55.*A* *g)* ‚De villa — villicus' *alia manus addidit, quae primae manus scripturam imitari conata est.* — *h)* ‚Nomina — Svd' *alia manus posterior alio atramento in loco raso scripsit. Vestigiis prioris scripturae diligenter investigatis, hic genuine scriptum fuisse puto:* ‚. . . . d . . . g . . . ass . . . patrimonium [circu]itum Csaslau, La[g]ouicih Henr[ic]us dux terram, quam Sdislaus dederat ei, Gucslin[us] Pocudicih terra[m], Vlah de Dolan etiam dedit animat[ores . . .' — *i)* ‚Hęc — Sedlatu' *in dorso membranae alia manus saec. XIII scripsit.* — *k) spatium fere 55 mm. continens erasum.*

55.*B* *n)* ‚Amen' *litteris maiusculis scriptum.*

— [61]) *Živhošť, Žiwohoust, vicus apud Neveklov, distr. polit. Benešov (Beneschau).* [62]) *Locus ignotus.* — [63]) *Lahovice apud Zbraslav.* — [64]) *Pokutice, germ. Pokatitz, vicus apud Kadaň (Kaaden).*

A.

Ploscouicih[65] zemu. Wlah dal gęst Dolas[66] zemu bogu i suiatemu Scepanu se duęma dusnicoma[l] Bogucęa a Sedlatu[l] >.

56.

Spitigneus, dux Bohemorum, monasterio sancti Johannis Baptistae in Ostrov villam Třebenice et quosdam homines in villa Jirčany donat. [1055—1061.]

Memoriam donationis praebet privilegium Premislai Otakari I. regis, anno 1205 ian. 17 datum, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur.

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 153 = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 135, num. 154. — Erben, Reg. I. pag. 54, num. 126.

De memoriae huius fide confer ea, quae superius ad num. 40 et 46 adnotavimus.

Inter hec Spitigneus, dux Bohemorum, villam Trebenicyh[1] pro remedio anime sue suorumque addidit, Hercaz[2] eciam quosdam homines, qui ter in anno scutellas et cetera utensilia solvant.

57.

Nicolaus II. papa Spitigneo II., duci Bohemiae, licentiam portandi mitram pro censu annuo centum librarum argenti concedit. [1059—1060.]

Litterae ipsae deperditae sunt, sed testimonium huius concessionis exstat in card. Deusdedit Coll. can. lib. III, c. 150, Cod. ms. saec. XII bibl. Vatic 3833 fol. 92; ubi haec leguntur: ‚Item in quodam tumulo *[ita cod. vice* ‚tomulo'*]* Lateranensi inter cętera: Speciocneus, dux Boemię, accepit licentiam a papa Nicolao sibi portandi mitram et promisit se daturum omni anno C libras argenti de terra sua sub nomine census' — *Dobner, Annales Hagec. V, pag. 359. — Martinucci, Deusdedit Coll. can. pag. 333. — Jaffé, Reg. pontif.² I, num. 4452. — Cf. Palacký, Dějiny I, 1, pag. 317; Bachmann, Gesch. Böhmens I, pag. 246. — Dobner, Kritischer Beweis, dass die Mütze (Mitra), welche der römische Pabst Alexander II dem böhm. Herzog Wratislaw verliehen, nichts anderes als eine Chormütze oder sogenannte bischöfliche Chorkappe gewesen sei (in Born, Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen III, pag. 131 sq.) Vide etiam Krofta in Český časop. hist. X, pag. 32 not. 1.*

58.

Heinricus IV., Romanorum rex, cuidam servienti suo, „Otnant dicto, partem cuiusdam silvae infra hos terminos constitutam, videlicet ubi Swrbaha[1] fluit in Crumbanaba,[2] et sursum ubi oritur Crumbanaba, et ubi oritur Swrbaha, et inde

---

55. *A l)* ‚ma' *eod. atramento superscriptum.*

[65]) *Ploškovice, germ. Ploschkowitz, vicus a Litoměřice ad septemtr. et orientem.* — [66]) *I. e. in Dolany.*

56. [1]) *Třebenice a Zbraslav ad meridiem, distr. polit. Smichov.* — [2]) *Jirčany Dolni, vicus a Jílové (germ. Eilau) ad septemtriones, distr. polit. Král Vinohrady (Kgl. Weinberge).*

58. [1]) *Höllbach, alias etiam Schwurbach, fl. Bavariae septemtrionalis.* — [2]) *Die Fichtel-Naab (krumme Waldnaab) fl. Bavariae.*

ubi oritur Trewina,[3] *et deorsum*[a] *Trewina usque in illam viam, quae procedit de Egire*[4] *et per eandem viam usque in Swrbaha, et deorsum Swrbaha usque in Crumbanaba in comitatu Heinrici comitis, in pago Nortgove, et in marchia Napurg sitam, cum omnibus pertinentiis . . . et cum omni debito, quod incolae illius marchiae ad Napurg de toto praedio eiusdem Otnandi in praefata marchia hactenus soliti erant persolvere,“ in proprium dat atque tradit.*

Ratisbonae 1061 febr. 13.

Autographum in tabulario generali regni Bavariae Monachi (A).

Monum. Boica XXIX, 1, pag. 148, num. 400 = Erben Reg. I, pag. 54, num. 128. (frgm.) — Gradl, Monum. Egrana I, pag. 5, num. 8. — Stumpf, Reg. num. 2591. — Nomina explicat Chl. Frh. v. Reitzenstein in Archiv f. Oberfranken VIII, pag. 13 sq.

59.

Severus, episcopus Pragensis, apud papam intercedit pro clerico quodam reo et poenitente. *[1031 iun. 29—1067 dec. 9.]*

Apographum in cod. ms. saec. XI bibliothecae reg. Monacensis num. 4605 (quondam Benedictoburano) fol. 18v—19.

Pez, Thesaurus anecdotorum VI, ps. I, col. 245, num. 59. (ad an. cc. 1067) = Erben, Reg. I, pag. 55, num. 132, (ad a. cc. 1065) — Jos. Truhlář in Časopis Musea kr. Českého LIX (1885) pag. 266.

Domno apostolico[1] mihi in eternum patrono Seuerus, humilis episcopus Pragensis ęcclesię, cordis ex medulla quicquid in se valet servitus ulla. Igitur quia ab urbe longe positi sumus, indigemus sepe vestri consilii adiutorio; et ideo quod presentia corporali perficere non valemus, decet nos vel infimis apicibus intimare, quod vestrę paternitati volumus patefacere. Etenim clericus iste, etsi iam[a] presbyterii fuerat consecratus ordine, sed suadente diabolo humani generis inimico grave commisit peccatum, voluntarię et lacrimabiliter est manifestum. Et timuit enim miser homo quod fecit et ex toto corde poenitentię locum quesivit. Quem statim vestrę almitati vestroque medicamini sanandum direximus. Fuerat quippe isdem prefatus clericus hoc anno infra menia urbis Rome tempore paschali requirens a vobis pęnitentiam sibi dari. Sed quia eius verbis fuistis incredulus, idcirco eum vobis, ut iustum est, cum testimonio litterali transmittimus, quo[b] vestro iudicio et misericorditer sanetur et penitentia a nobis sibi iniuncta

58. *a)* ‚deosum‘ *A.*
[3]) *Trebnitzbach (apud Redwitz).* — [4]) *Eger. Non flumen, sed locum hic significari putat Gradl l. l.*

59. *a)* etiam‘ *cod.* — *b)* ‚quo‘ *supra lineam eodem atramento correctum pro* ‚ut‘ *genuine posito.*
[1]) *Alexandrum II hic dici, cur censeat Pez eumque secutus Erben, nescio.*

precepto auctoritatis vestrę confirmetur, ita ut non desperet propter magnitudinem criminis, sed aspiciat salutem latronis in hora[c] mortis Christi misericordiam consequentis.[2]

60.

Alexander papa II. Vratislao, duci Bohemorum, significat, se legatos in Bohemiam missurum esse, qui eum cum fratre episcopo reconcilient. [1073.]

Pez, Thesaurus anecd. VI, I, pag. 246, num. 60 (ex cod. quodam membr. in 8°. biblioth. s. Emmerammi Ratisbonae manu coaeva scripto, qui nunc latet) = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 411. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 141, num. 163. = Migne, Patrol. lat. tom. 146, pag. 1366. = Erben, Reg. I, pag. 58, num. 139. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 4696.

Meyer v. Knonau, Jahrb. Heinrich IV. u. V., tom. II, pag. 192, epistolam hanc ad annum 1073 pertinere putat. Erben l. l. eam anno 1071 asscripsit.

Alexander episcopus servus servorum dei, carissimo in Christo filio W.,[1] Boemiorum inclyto duci, salutem et apostolicam benedictionem. Nobilitatis tuae cor et animum ea devotione erga reverentiam sanctae Romanae ecclesiae institutum esse cognovimus, ut habita in te plena dilectione causis tuis, quotiens ad nos referuntur, quantum iustitia comitante valemus, nostrae apostolicae auctoritatis curam undique impendere cupiamus. Itaque de lite, quae inter te et fratrem tuum[2] episcopum protracta est, et pro qua compescenda iam aliquotiens utrique scripsimus, valde soliciti sumus. Et quanquam officii nostri sit per universam ecclesiam pacem et concordiam cum dei adiutorio seminare, tamen inter vos foedus amicitiae tanto ardentius convenire cupimus, quanto germanum odium non modo vestris honoribus, verum etiam saluti periculosius obesse perpendimus, praesertim cum utriusque quaerimonias et de extinguenda lite vestra deprecatorias meminerimus saepe nos accepisse litteras. Unde sicut per nuntios tuos te desiderare intelleximus, in partes illas ad haec et caetera negotia pertractanda idoneos mittere legatos destinavimus, quos si opitulante deo illuc usque venire contigerit, iam nunc te commonitum esse volumus illorum consiliis ac decretis sic adquiescere, sic favere, prout nostrae erga te benivolentiae debito et exequendis ecclesiae dei utilitatibus congruit. Praeterea sicut carissimum filium te ammonemus, ut humanae conditionis memor cogites, quam haec vita fragilis est et incerta, buidve in futuro examine districto iudici omnes conscientias tuas perscrutanti responsurus sis et hos honores caducos et transitorios ita gerere ac transire studeas, ut pro his incomparabiles divitias et indeficientem regni dei gloriam

59. *c) ‚h‘ eodem, ut videtur, atramento supra lineam adscriptum.*

[2]) *Epistolae huic alia in codice praecedit, qua neque auctor neque is ad quem mittitur, nominatim adfertur. Truhlář, qui primus eam l. l. edidit, etiam hanc epistolam a Severo episcopo scriptam esse opinatur. Quae quidem viri docti sententia haud quaquam verisimilis esse videtur; quam ob rem epistolam libro nostro intexere non placuit.*

60. [1]) *Wratizlao II.* — [2]) *Jaromirum alias Gebhardum episc. Pragensem.*

non amittas. Inter omnia vero et prae omnibus hoc hortamur, hoc rogamus, ut ecclesias et monasteria, quae in tua potestate sunt posita, ab iniuriis protegas et ut ii, qui ad sacrosancta mysteria electi sunt, caste et religiose deo serviant, quantum possis studium ac diligentiam habeas. Plura tibi in scriptis miserimus, nisi quod futuros legatos ea melius viva voce indicaturos esse putavimus.

61.

Alexander II. papa Vratislao, duci Bohemiae, usum mitrae concedit.

[1061—1073].

Litterae concessionis huius deperditae sunt; exstat solum mentio in litteris Gregorii VII, Romae 1073 decb. 17 datis. Vide inferius num. 64.

62.

Gregorius VII. papa Vratislaum II., ducem Bohemiae, et eius fratres collaudat, quod Bernardum et Gregorium, legatos apostolicos, bene receperint. Quibus ut Jaromir, episcopus Pragensis, obtemperet, eos niti vult.

Laurenti 1073 iul. 8.

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 11—12. Lib. I, ep. 17.

Harduinus, Acta conciliorum VI, pars I. pag. 1208. = Dobner, Annales Hagec. V. pag. 422. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I. pag. 143, num. 166. — Erben, Reg. I. pag. 59, num. 141. — Jaffé, Bibl. rer. German. II (Monumenta Gregoriana), pag. 29. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 4788.

Gregorius[a] episcopus servus servorum dei, Wratizlao, Boemię duci, et fratribus suis [1] salutem et apostolicam benedictionem. Quia ob devotionem et reverentiam beatorum apostolorum Petri et Pauli,[b] principum apostolorum, legatos nostros, Bernardum videlicet et Gregorium, qui ab hac sancta et apostolica sede ad vestras partes directi sunt,[2] debitę caritatis benivolentia suscepistis et eos, ut vestram condecet magnificentiam, honorifice tractatis, omnipotenti deo gratias agimus. Proinde nostrę benivolentię vobis vicem rependimus. Quoniam enim antecessorum nostrorum neglegentia et patrum vestrorum, qui hoc fieri postulasse debuissent, agente incuria, apostolicę sedis nuntii ad partes vestras

62. a) ,Gregorius' *caracteribus maiusculis rubricatum. Epistolae huic inscriptio rubricata praefixa est:* ,Duci Boemie XVII.' — b) ,Petri', ,Pauli' *caracteribus maiusculis scriptum.*
[1]) *Conrado et Ottoni.* — [2]) *Quomodo legati partes suas perfecerint, Cosmas, Chron. Boh. lib. II, cap. 30 refert. Qui quoniam unum tantum legatum novit (quem in c. 29 Rudolphum apocrisiarium et consilarium Gregorii papae nominat) multi rerum Bohemicarum scriptores binas tum in Bohemiam venisse legationes deputant. Sed Krofta, Kurie a církevní správa zemí českých v době předhusitské, in Český časop. hist. X (1904), pag. 32 sq. recto haud dubie iudicio usus, Cosmam falsum legato nomen attribuisse quaeque de Rudolpho traderet, aut ad Bernardum et Gregorium legatos aut ad alterum ex iis referendum esse demonstravit.*

raro missi sunt, quidam vestrorum hoc quasi novum aliquid existimantes et non considerantes sententiam domini dicentis: ‚qui vos recipit, me recipit‘,[3] et ‚qui vos spernit, me spernit,‘[4] legatos nostros contemptui habent; ac proinde, dum nullam eis[c] debitam reverentiam exhibent, non eos, sed ipsam veritatis sententiam spernunt.[d] Unde, ut clarius luce patet, eius veritatis sententiam ad cumulum suę damnationis adeo in[e] se exagerant, ut merito, dum pusillos domini scandalizant, molas asinarias collo[f] suspensas, in profundum perditionis, nisi resipuerint, prolabantur.[5] Quorum frater vester Jarmir, Bragensis episcopus, olim noster amicus, his nostris legatis, Bernardo[g] scilicet et Gregorio,[g] ut auditu percepimus, in tantum rebellis extitit, ut, si ita est sicut dicitur, Symonis magi vestigia contra apostolorum principem imitatus fuisse videatur. Quapropter rogamus nobilitatis vestrę prudentiam, ut et nostros legatos et fratrem vestrum predictum episcopum conveniatis et per vos et ex parte nostra fratrem vestrum attentius hortemini, quatenus legatorum nostrorum monitis debitę obędientię aurem inclinet, et quicquid iustitię sibi suggesserint . . . . . ,[h] vel ex eis preiudicio pregravari, nulla sibi ab hac ecclesia audientia denegabitur. Si vero neutrum horum facere acquieverit, et sententiam legatorum nostrorum de suspensione sui officii in eum promulgatam firmabimus et durius contra eum scilicet usque ad internitiem[i] gladium apostolicę indignationis evaginabimus; sicque fiet, ut ipse et per eum plures alii experiantur, quantum huius sedis auctoritas valeat. Inviti enim ad hoc compellimur, neque audemus huiusmodi presumptionem dissimulare. Per Ezechielem nanque[k] prophetam sub interminatione nostri interitus impellimur dicentem: ‚Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, ipse iniquus in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram‘;[6] et alibi: ‚Ve illi, qui prohibet ab eo, qui peccat et incorrigibilis perseverat‘.[7] Vos autem et de his et de aliis[l] sic agite, ut[m] et temporalis vobis gloria a domino augeatur et perpetuę beatitudinis habundantiam per interventum apostolorum perenniter possidere possitis. Data Laurenti VIII idus iulii, indictione XI.

63.

Sigifridus I., archiepiscopus Maguntinus, Gregorio VII. papae constituto gratulatur. Queritur, quod Alexander II. papa, ipsius auctoritate neglecta, Jaromirum, episcopum Pragensem, excommunicaverit. Excusat valetudinem causae esse, cur Romam non accedat. *[1073 c. septb.]*

---

62. *c)* ‚eis‘ *deest in cod., addidit Jaffé.* — *d)* ‚spernant‘ *cod.* — *e)* ‚in‘ *deest in cod.* — *f)* ‚collo‘ *ex* ‚colla‘ *iam in cod. correctum.* — *g)* ‚Bernardum‘ — ‚Gregorium‘ *cod.* — *h) hic quaedam excidisse patet, quare puncta interposui.* — *i) ita cod. pro* ‚internecionem‘. — *k) ita cod.* — *l)* ‚de his et aliis et aliis‘ *cod.* — *m)* ‚ut‘ *deest in cod.*

[3]) *Matth. X. 40.* — [4]) *Luc. X, 16.* — [5]) *Cf. Matth. XVIII, 6.* — [6]) *Cf. Ezech. III, 18; XXXIII, 8.* — [7]) *Haec unde sint, nescio.*

Apographum in codice epistolari Udalrici Babenbergensis: in cod. ms. saec. XII. bibl. caes. aulicae Vindobonensis num. 398 fol. 53v—54v (V), in cod. ms. saec. XII. monasterii Zwettlensis num. 283, pag. 88—91 (Z) et in cod. ms. saec. XII. bibliothecae Guelferbytanae num. 1024 fol. 33—34 (G).

J. G. Eccard, Corp. hist. medii aevi II num. 130. = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 420. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 145, num. 168. = Erben, Reg. I, pag. 60, num. 143. — Jaffé, Bibl. rer. German. V, pag. 84, num. 40. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 197, num. 81.

Epistola haec notis omnibus chronologicis caret. Erben l. c. eam anni 1073 spatio definit. Jaffé vero, cui verba epistolae Gregorii VII papae, anno 1074 mart. 18 datae (infra num. 68): ‚in littteris tuis, quas de causa Jaromiri Pragensis et Johannis Moraviensis episcoporum nobis direxisti,‘ *ad epistolam nostram spectare videbantur, eam circa mensem februarium anni 1074 scriptam esse coniicit. Quam opinionem non sine iusta ratione Dünzelmann, Die chronologischen Noten des Registrum Gregorii VII, in Forschungen zur deutschen Gesch. XV, pag. 523 confutat et epistolam circa mensem septembrem anni 1073 confectam esse demonstrat. Eum approbat Beyer, Über die Datierung einiger Briefe im Registrum Gregorii VII und im Codex Udalrici, in Forschungen zur deutsch. Gesch. XXI pag. 413 et Meyer v. Knonau, Jahrb. Heinr. IV u. Heinr. V. tom. II, pag. 303, n. 201. Eandem fere aetatem proponit Kröger, Gesch. Böhmens von 1041—1086, pag. 46, nota 3, qui eam non ante mensem augustum anni 1073 scriptam esse censet. — Conf. etiam Palacký, Dějiny 3 I, 1, pag. 329; Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz. III 5 pag. 1130; Bretholz, Gesch. Mährens I, pag. 208, nota 1.*

Reverentissimo patri novo Gregorio,[a] sacerdocio primę sedis apostolicę infulato, S.,[1] Moguntine dispensator ecclesię, sedulam benivolentię servitutem et debitam obediencię subiectionem. Semper quidem desiderio desiderabamus, eum apostolicę sedis presulem esse, qui vita et moribus, verbis et[b] exemplis ad salutem preesset et prodesset sanctę dei[c] ecclesię. Nunc vero, quoniam[d] melliflui facti sunt cęli, solito dulcius distillantes rorem gratię dei, divina miseratio votis nostris solito cumulatius satisfecit et eum, quem maxime optabamus, eidem[e] sanctę Romanę ecclesię prefecit, qui nobis semper dexter stetit in omnibus negociis, numquam nobis defuit vel[f] nostris. Unde totis precordiorum medullis gratias agimus[g] deo altissimo, qui cathedram Petri, caput[h] scilicet ecclesiarum, vestro, mî reverende pater, illustravit et ornavit[i] sacerdocio; humili supplicatu orantes et deprecantes, ut, qui primicias[j] apostolatus vestri perfudit oleo leticię pre participibus[k] vestris,[2] gratiam et pacem multiplicet ecclesię suę cunctis[l] diebus vestris. Optamus autem promereri, ut peculiarem gratiam apud vos obtineamus et a vestra paternitate specialem nobis provenire clementiam, non solum ea ca-

63. *a)* ‚Gregorio reverentissimo patri novo‘ *G.* — *b)* ‚et‘ *omiss. V, Z.* — *c)* ‚dei‘ *omiss. G.* — *d)* ‚quando‘ *G.* — *e)* ‚eundem‘ *G.* — *f)* ‚in‘ *V, Z.* — *g)* ‚agamus‘ *G.* — *h)* ‚capud‘ *V.* *i)* ‚ordinavit‘ *G.* — *j)* ‚miticias‘ *G.* — *k)* ‚pi‘ *ead. manu superscr. V.* — *l)* ‚suę cunctis‘ *omiss. G.*

[1]) *Sigifridus I. 1060—1084.* — [2]) *Cf. Hebr. 1, 9:* ‚unxit te deus — oleo exultationis prae participibus tuis.‘

ritate, quam universali debetis ecclesię, sed etiam eo gratię privilegio, quod semper sancta sedes vestra Moguntinę impendit ecclesię ut pia mater speciali filię. Hac ergo[m] freti gratia, in omnibus, que nobis obviant, ad vos[n] recurrimus, et quicquid nobis adversatur, ad vos[n] velut membra ad caput referrimus. Unde humiliter inclinamus[n*] vestrę sanctitati, quod sub antecessore vestro pię recordationis papa A.[3] contigit nos, ut salva reverentia dixerimus, iniuste preiudicium pati et inclementer deturbatos esse ab eo iure, quod sacri canones et patrum scita metropolitanis iubent servari. Denique eidem sanctissimo patri de fratre et suffraganeo nostro Pragensi episcopo[4] sinistra relatione suggestum est et, me ignorante, ab inimicis apud eum accusatus est. Unde et hactenus[o] insolitum ab[p] eo exiit edictum, ut eundem fratrem et coepiscopum nostrum, nec inter fratres suos canonice[q] prius auditum, nec canonice ad se vocatum, nec inobedientię culpa denotatum, non solum ab officio suo suspenderit,[r] sed etiam rebus et reditibus suę ecclesię omnino spoliaverit et exstruserit;[r] ita ut missis nunciis publice nunciari fecerit in[s] clero et populo, ut eum quasi excommunicatum habentes nichil, quod episcopi esset, vel quererent vel acciperent ab eo.[5] Quod factum si apostolicam deceat mansuetudinem, si decretorum servet auctoritatem, vestram non preterit sanctitatem.[t] Debuit namque iuxta decreta canonum ad nos primum causa deferri et ille,[u] ad concilium vocatus, intra provinciam inter fratres suos audiri. Ego vero et fratres mei deberemus ad apostolicam sedem velut ad caput nostrum referre, si tanta res esset, ut per nos nec posset nec deberet terminari. Nunc autem frater noster et coepiscopus, á sede sua vagus et profugus et, ut diximus, rebus et reditibus ecclesię suę iniuste spoliatus et exstrusus, indignum patitur preiudicium; et omnibus fratribus et coepiscopis nostris magnum inde provenit scandalum, et episcopale nomen et officium, quod apud deum et homines sanctum est, intolerabile patitur obprobium. Porro ecclesia illa iam multis diebus pastorali caret amministratione et, vivente pastore vidua, episcopali vacat benedictione; nisi quod episcopus ille,[6] qui expulsionis et perturbacionis huius auctor est, eius sibi usurpat officium et, quod omnibus conciliis et decretis maxime cautum est, consecrando et confirmando eundem circuit episcopatum. Quod maxime ob hoc periculosum est, quod gens illa catholicę fidei novella est plantatio et nondum radicata et fundata in christianismo, et facile ad antiquum paganismi revolabit errorem, si inter pastores suos tantam viderit durare dissensionem. Quapropter ego et omnes fratres mei, vestigiis vestrę sanctitatis affusi, oramus et obsecramus . . . . .[v] primum ecclesię

63. *m)* ‚igitur‘ *G.* — *n)* ‚ad vos‘ *om. G.* — *n*) an* ‚indicamus‘ *corigendum sit?* — *o)* ‚actenus‘ *G.* — *p)* ‚ex‘ *G.* — *q)* ‚canonice‘ *om. G.* — *r)* ‚suspendit — spoliavit et extrusit‘ *G.* — *s)* ‚in‘ *om. G.* — *t) Quae subsequuntur, in G desunt.* — *u)* ‚ille‘ *om. V.* — *v) Quamquam in codd. (V, Z) lacuna non est, excidisse tamen hoc loco quaedam verba patet.*
[3]) *Alexandro II.* — [4]) *Jaromiro (Gebhardo).* — [5]) *Conf. Cosmae Chron. Lib. II, cap. 30. (Fontes rer. Boh. II, pag. 106).* — [6]) *Johannes episcopus Olomucensis.*

rationes nec non maligni huius temporis inclamare inportunitates. Habebam quoque de quibusdam agere vobiscum ipse presens, que nec litteris intexere nec nuncio, etiam alicui fidelissimo, habeo aperire. Quapropter presentes fratres cum litteris meę excusationis ad vos dirigo, qui vobis suggerant: quod ad vos non veni, non esse temeritatis, sed inevitabilis et supremę necessitatis. Noverit autem sancta paternitas vestra, quod non est homo in terra me vobis fidelior et ad omne preceptum vestrum implendum devotior; nec adventum meum ad vos aliquod posset negocium retardare, si tantum iuvarer virium valitudine. *etc.*[x]

64.

Gregorius VII. papa Vratislao II, duci Bohemiae, asserit mitrae usum ab Alexandro II. concessum. Negotia a legatis suis non confecta curae sibi fore spondet. *Romae 1073 dec. 17.*

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 24. Lib. I, ep. 38. Harduinus, Acta concil. VI, ps. I, pag. 1226. = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 425. = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 144, num. 167. — Erben, Reg. I, pag. 59, num. 142. — Jireček, Cod. iuris Bohem. I, pag. 19, num. 11. — Jaffé, Bibl. rer. Germanic. II, pag. 56. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 4812.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Wratizlao, duci Boemię, salutem et apostolicam benedictionem. Longa iam temporis intervalla transacta sunt, ex quo et nobilitas tua beato Petro,[b] apostolorum principi, non modicę devotionis animum spopondit et studium, et tibi in apostolica sede inter cęteros principes larga benignitas, pre multis etiam singularis et egregia fuit astricta caritas. Cuius rei fidem et indicium ex benivolentia domni et antecessoris nostri Alexandri[b] papę satis percepisse potes, qui petitionibus tuis nonnunquam sine sua et filiorum sanctę Romanę ecclesię sollicitudine et labore condescendit et ad signum intimę dilectionis, quod laicę personę tribui non consuevit, mitram quam postulasti direxit. Neque vero nos in nostris temporibus tantę dilectionis gratiam providente domino labefactari volumus; immo, si quid est, in quo comitante iustitia firmius conglutinari valeat, hoc nostra apud deum sollicitudo impetrare valde desiderat. At te quidem, erga apostolicam reverentiam quam sis in votis constans, quam in promissis perseverans, non modo pro dignitate, verum etiam pro salute tua fideliter oportet adtendere; scriptum est enim: ‚Vovete et reddite‘.[1] Quę autem illa[c] vel qualia sint, a tui ipsius conscientia satis te commonitum

63. *x) in sequentibus archiepiscopus papam rogat, ut contra Thuringos sibi succurrat.*

64. *a) rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. Epistolam praecedit haec inscriptio rubricata:* ‚XXXVIII. V. duci Boemie.‘ — *b) caracteribus maiusculis scriptum.* — *c) scilicet:* promissa.

[1]) *Psal. LXXV, 12.*

esse putamus. Causas vero et negotia, quę, in partibus illis ad audientiam discussionemque legatorum nostrorum [2] perlata, peccatis impedientibus congrua determinatione diffiniri non poterant, sicut officii nostri cura nemine nos rogante compellit, ad eum, quem iustitia postulaverit, finem adiuvante domino perducere procurabimus. Porro quę ipsi inde statuerunt, interim, donec ad nos negotia perferantur, immota manere volumus atque apostolica auctoritate precipimus. Deus autem omnipotens, qui bonorum omnium dator et auctor est, talem vos in votis vestris et actibus esse faciat, ut, cum ante cęlestes iudices, videlicet Petrum [b] et Paulum, [b] in futuro examine veneritis, nulla vos in illorum oculis, nisi quę remuneratione digna sit, conscientia denotare vel ostentare valeat. Data Rome XVI kalendas ianuarii, indictione XII.

65.

Gregorius VII. papa Jaromiro, episcopo Pragensi, significat, Vratislao II, duci Bohemiae, quid mandaverit, eumque die XIII m. aprilis Romae esse iubet. Episcopatus Moraviensis possesiones interim tangi vetat.

Romae 1074 ian. 31.

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano, fol. 27. Lib. I, ep. 44.

Harduinus, Acta Concilior. VI, ps. 1, pag. 1230. = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 429. = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 148, num. 170. — Erben, Reg. I, pag. 61, num. 145. — Jaffé, Bibl. rer. German. II, pag. 62. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 4821.

Gregorius [a] episcopus, servus servorum dei, Jeromiro, Bragensi episcopo.[1] Quamquam inobędientia tua et culpa, quam in contemptu legatorum sanctę Romanę ecclesię perpetrasti, preces tuas, te absente et nondum parato satisfacere, recipi non meruerit, tamen ne ex apostolica, licet iusta, districtione absentationis tuę moram vel occasionem diutius defendere possis, necessitatem, qua te urgeri in epistola tua conquestus es, et impedimentum ad nos veniendi removere decrevimus. Itaque presenti auctoritate tibi restituimus et tenenda concedimus, quęcunque a legatis nostris, Bernardo videlicet et Gregorio, preter episcopale [b] officium tibi interdicta sunt, quoniam te, expoliatum rebus ecclesię tuę, inopia rerum necessariarum obędientiam debitę satisfactionis non posse exequi, sicut supra diximus, conquerendo excusas. Atque hoc idem fratri tuo Wratizlao duci per epistolam nostram notificavimus, ammonentes eum, ut de consuetis decimis et redditibus ecclesię tuę nihil in potestate sua tibi denegari patiatur aut subtrahi. Ammonemus igitur et ex parte apostolorum Petri et Pauli [c] et nostra per eos

---

64. [2]) *Bernardi et Gregorii, diac. eccl. Rom.; v. supra num. 62.*

65. *a) rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. — b) corr. ex ‚epalē' titulo posteriore eraso. — c) nomina caracteribus maiusculis scripta.*

[1]) *Nota salutationem non inconsulte ac fortuito ommissam.*

apostolica tibi auctoritate precipimus, ut nullis excusationibus absentiam tuam ulterius defendens, in ramis palmarum[2] apostolica adire limina non pretermittas, cognoscens fratrem tuum a nobis esse commonitum, ut Johannem, Moravensem episcopum, itidem ad nos venire commoneat et ex sua parte tales ad nos nuntios dirigat, quibus in nostra possimus examinatione diffinire dissensionum causas.[d] Interim vero de possessionibus Moravensis episcopatus nihil te tangere volumus et precipimus, ne et ipse aliqua molestiarum excusatione presentiam suam conspectui nostro subtrahat. Prescriptum vero terminum adventus tui tu ipse ita mature fratri tuo duci indicare curato, ut Moravensem episcopum et suos legatos una tecum ad apostolicam sedem dirigere possit. Data Rome II kalendas februarii, indictione XII.

66.

Gregorius VII. papa Vratislao II., duci Bohemiae, mandat, ut Jaromiro, episcopo Pragensi, Romam vocato, omnia per legatos apostolicos adempta praeter episcopale officium restituat. Monet, ut cum eodem Romam vel ipse adeat vel episcopum Moraviensem legatosque mittat. *Romae 1074 ian. 31.*

Apographum exstat in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 27v—28. Lib. I, ep. 45.

Harduinus, Acta Concil. VI, ps. 1, pag. 1231 = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 429 = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 147, num. 169. — Erben, Reg. I, pag. 61, num. 144. — Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, pag. 63. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 4822.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Wratizlao, duci Boemiorum, salutem et apostolicam benedictionem. Frater tuus Jeromirus, Bragensis episcopus, conqueritur, se expoliatum ecclesię suę rebus, inopia rerum necessariarum pro reddenda ratione eorum, quę sibi intenduntur, ad apostolicam sedem venire non posse. Quod quamquam eius inobędientia et tergiversatio valde promeruerit, tamen, ne hanc[b] absentationis suę occasionem pretendere possit, volumus atque precipimus, ut in integrum sibi restituantur, quęcunque a legatis nostris, Bernardo videlicet et Gregorio, preter episcopale[c] officium interdicta sunt, et preter ea, pro quibus Johannes Moravensis super eum clamat episcopus. Qua in re tuam maxime admonemus prudentiam, ut de consuetis decimis vel redditibus ecclesię nihil ei in tua potestate denegari patiaris aut subtrahi, nec aliquam sibi contrarietatem facias, per quam, ut ad nos venire non possit, impedimenta sibi obsistere iterum conqueratur. Eo autem tempore, quo ipse, sicut per epistolam

65. *d)* ‚dissensionum causas' *supra lineam addidit manus alia.*
2) = *april. 13.*
66. *a) nomen rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. Epistolae praefigitur inscriptio rubricata:* ‚XLV. V. duci Boemię' — *b)* ‚n' *superscriptum.* — *c) genuine* ‚epalē', *sed titulus posterior cancellatus.*

nostram commonitus est, apostolicam sedem adire debuerit, te quoque, si fieri posset, presentem fore maxime cuperemus. Quod si rerum aut temporis eventus prohibuerit, nobilitatem vestram multum admonemus, ut episcopum Moravensem presentiam suam nobis exhibere commoneatis, et preterea de vestris fidelibus tales ad nos nuntios dirigatis, cum quibus rerum veritate[d] solerti indagatione perquisita et undique explorata, favente divina clementia omnes dissensionum causas abscidere et, quicquid ęquum fuerit, determinata sententia statuere valeamus. Data Rome II kalendas februarii, indictione XII.

67.

Gregorius VII. papa Ottonem et Conradum, Vratislai II, Bohemiae ducis, fratres, ne ecclesiae Olomucensi iniurias inferant, hortatur.

Romae 1074 mart. 18.

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 34.v Lib. I, ep. 59.

Harduinus, Acta concilior. VI, ps. 1, pag. 1240 — Balbin, Miscell. hist. Boh. dec. I, lib. VI, pag. 10, num. 7. = Dobner, Annales Hagec. V. pag. 430. = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 149, num. 171. — Erben, Reg. I, pag. 62, num. 146. — Jaffé, Bibl. rer. Germanic. II, pag. 78. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 4836.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Ottoni et Chuonrado, fratribus Wratizlai, ducis Boemiorum, salutem et apostolicam benedictionem. Meminisse debet nobilitas vestra, quod de causa Olomucensis ecclesię iam ante apostolica monita accepistis, ne iustitiam eius aliqua occasione minueretis neque molestantibus eam aliquod adiutorium preberetis. Nunc iterum vos ammonemus et paterna caritate rogamus, ne aliquam contrarietatem eidem ecclesię faciatis, sed pro reverentia sanctę Romanę ecclesię, cuius apostolicis privilegiis munita est, amorem et pię devotionis studia erga illam exhibeatis, et, quantum vestrę potestatis est, iura et pertinentias eius a vobis et vestris inviolata conservari studeatis. Hec enim est causa, in qua et divinę remunerationis gloriam et apostolorum certa presidia ac nostrę dilectionis plenitudinem vobis lucrari et aptissime possitis astringere. Sin autem, quod non optamus, aliter feceritis, procul dubio hęc eadem vobis corrumpere et in contrarium, quod absit, vertere poteritis. Data Rome XV kalendas aprilis, indictione XII.

68.

Gregorius VII. papa Sigifridum, archiepiscopum Maguntinum, tum de negligentia obiurgat, quod litis inter Jaromirum Pragensem et Johannem Mora-

66. *d)* ,veritate' *in loco raso scriptum.*

67. *a) nomen rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. Epistolae* ,*sequens inscriptio rubricata praefigitur:* ,O. et C. fratribus ducis Boemie LVIIII.'

viensem episcopos curam antea non egerit, tum de arrogantia, quod eiusdem causae, cum ad apostolicam sedem delata sit, diiudicationem affectet.

Romae 1074 mart. 18.

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 34v—35v Lib. I, ep. 60. Coletius, Concil. XII, pag. 280 = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 150, num. 172. — Erben, Reg. I, pag. 62, num. 147. — Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, pag. 78. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 200, num. 95. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 4837.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Sigifredo, Maguntino archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit ad aures nostras quędam de te indigna relatio, cui nequaquam fidem adhibuissemus, nisi quod in litteris tuis, quas de causa Jeromiri Bragensis et Johannis Moraviensis episcoporum nobis direxisti, idem in animum tuum te induxisse intelleximus; videlicet ut negotium, quod ipsi habent ad invicem, totiens iam ad apostolicam delatum audientiam, a nostro iudicio ad examen tui arbitrii transferretur. Qua in re quoniam evidenter apparet, quam parum consultores tui iura apostolicę auctoritatis intelligant vel adtendant, fraternitatem tuam, ut nobiscum canonicas traditiones et decreta sanctorum patrum percurrat, invitamus; in quibus presumptionis suę fastum denuo recognoscens, culpam in se ipsa neglegentię pariter deprehendat et ausus. Nam, cum primum Johannes, Marovensis[b] episcopus, ecclesię, cui preest, iura defendere volens multis iniuriis ac contumeliis, flagellis etiam, ut audivimus, afficeretur et tamen iustitiam non posset consequi, tua religio nullam inde solicitudinem, nullam in discutienda causa fatigationem suscepisse dinoscitur. Verum, postquam apostolica sedes, accepta prefati episcopi querimonia, sępe per epistolas, aliquotiens etiam per legatos, causam iusto fine[c] determinare et litem compescere desudaverat, tunc demum evigilans sollertia tua negotium animadvertit, suis hoc discussionibus referendum esse iudicavit: et fratrem, per apostolica suffragia ad portum iustitię et quietis enatantem, in profundum credo renovandę contentionis et laborum retrahere voluisti. Quamquam igitur hinc officii tui incuria illinc suscepta adversus apostolicam sedem, accusante te, arrogantia merito in te commoveri deberemus, utentes tamen apostolica mansuetudine, placido te ammonemus affatu,[d] ne ulterius tam inordinata, tam inconsulta presumas; apostolica iudicia, non dico tibi, sed nec ulli patriarcharum aut primatum retractandi licentiam fore existimes; ne contra sanctę Romanę ecclesię iura[e] quicquam tibi attribuere vel moliri cogites, sine cuius habundanti clementia nec in loco quidem tuo, ut tu ipse nosti, subsistere potes. Nos etenim adiuvante deo per auctoritatem beati Petri, sicut iam diu in apo-

68. *a) nomen rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. Epistolae haec inscriptio rubricata praefixa est:* ‚Maguntino archiepiscopo. LX.' — *b) ita cod.* — *c) genuine* ‚finē', *sed abbrev. signum cassatum.* — *d) ita correxit Jaffé;* ‚affectu' *cod.* — *e)* ‚iura' *supplevi.*

stolica sede decretum est, inter prefatos episcopos litem iuste decidere et Olomucensi[f] ecclesię, quę sui iuris sunt, decernere et corroborare procurabimus. Data Rome XV kalendas aprilis, indictione XII.

69.

Gregorius VII. papa Vratislao II, duci Bohemiae, promittit se ecclesiae cuidam [fortasse Vissegradensi], cum perfecta fuerit, reliquias et privilegia expetita concessurum esse. Addit de litteris ad Sigifridum, archiepiscopum Maguntinum, missis. *Romae 1074 mart. 18.*

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 35.v Lib. I, ep. 61.

Harduinus, Acta concil. VI, ps. 1, pg. 1242. — Balbin, Miscell. hist. Bohem. dec. I. lib. VI, pag. 10, num. 8. = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 436. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 151, num. 173. — Erben, Reg. I, pag. 63, num. 148. — Jaffé, Bibl. rer. German. II, pag. 80. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 200, num. 96. — Jaffé, Reg. pontif. 2 num. 4838.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Wratizlao, duci Boemię, salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, afflatus igne divino, studia devotionis erga sanctam et apostolicam ecclesiam habere cępisti, silere nos caritas in te diffusa non patitur, quin ardorem divinę servitutis de die in diem ferventius te concipere frequenti exortatione moneamus. Illa etenim vota apud deum premia merentur et gloriam, quę per gradus bonorum operum ad cacumen plenitudinis tendunt et semper in bono desideria ampliora concipiunt. Quapropter, karissime fili in Christo, bona, quę deo inspirante mens et devotio tua proposuit, ad effectum perfectionis extendere stude, quatenus apostolica benivolentia nulla tibi labefactata segnicię pro meritis tuis ampliori semper te dilectione comprehendat. De reliquiis et privilegio, unde nos rogasti, cum nuntiis tuis[b] finita et perfecta ecclesia[1] consecrationis consilium a nobis quesierit, voluntati tuę satisfacere benigne procurabimus. Sigifredum vero archiepiscopum Moguntinum de presumptione, quam in causa Jeromiri, Bragensis episcopi, habuit, per epistolam nostram[2] duriter increpavimus, interdicentes ei, ne ulterius se huiusmodi ineptia[c] et fatuitate occupare incipiat. Adtamen, si quid adversus[d] te temerario iudicio fecerit, preventu apostolicę auctoritatis tutus atque defensus, donec iterum ad te nostra

69. *f) super* ‚Olomucensi' *scripsit alia manus* ‚id est Marovensi'.

69. *a) nomen rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. Epistolae haec inscriptio rubricata praefixa est:* ‚Duci Boemie LXI'. — *b)* ‚missis' *excidisse censet Jaffé.* — *c) ita corr. Jaffé;* ‚inertia' *cod.* — *d) corr. ex* ‚adversum'.

[1]) *Dobner eumque secutus Erben ecclesiam Wissegradensem hic dici putat; v. et. Tomek, Dějepis města Prahy I,2 pag. 32, not. 18.* — [2]) *Vide epistolam praecedentem, num. 68.*

legatio perferatur, pro nihilo ducas magisque sibi ad periculum quam tibi futurum esse non ambigas. De cętero apostolicis benedictionibus semper te munitum esse gaudeas. Data Rome XV kalendas aprilis, indictione XII.

70.

Gregorius VII. papa Vratislao II., duci Bohemiae, Jaromirum, episcopum Pragensem, de iniuriis in Johannem, Moraviensem episcopum, purgatum, commendat, eique praeposituram et castrum sancti Venceslai restitui vult. Episcoporum de possessione quadam litem scribit in futura synodo compositum iri, ad quam legatos mitti a duce cupit. *Romae 1074 apr. 16.*

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 43v — 44v Lib. I. ep. 78. Harduinus, Acta concil. VI, pars 1, pag. 1254. = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 432. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 152, num. 174. — Erben, Reg. I, pag. 63, num. 149. — Jaffé, Bibl. rer. German. II, pag. 98. — Jaffé, Reg. pontif.[2] num. 4859.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Wratizlao, Boemiorum duci, salutem et apostolicam benedictionem. Frater tuus Jarmirus, Bragensis episcopus, ad apostolorum limina veniens conspectui nostro ea qua oportuit se humilitate presentavit, et de obiectis sibi quędam confitens congruam inde satisfactionem obtulit, quędam vero denegavit et in hunc modum se purgando removit: videlicet, quod ipse Johannem, Marovensem episcopum, non percusserit neque servientes eiusdem episcopi decapillari aut barbas eorum abradi preceperit, aut occasione subterfugiendi synodum indutias per legatum suum petierit. Nostrę igitur dilectioni plene reconciliatum, et restituto sibi omni episcopali officio, ad propriam sedem cum litteris nostris et apostolico cum sigillo remisimus; commendantes eum tuę nobilitati, ut, omni inter vos odio et inimica emulatione sublata, fraterno corde eum diligas et episcopalem in eo dignitatem, sicut dignum est, veneranter inspicias, et quęcunque iuris ecclesię sibi commissę sunt vel quolibet modo ad eum iuste pertinent, tam tu ipse ei concedas quam omnes, qui sub tua potestate sunt, sine contradictione sibi reddere facias. De causa vero, quę inter eum et Marovensem episcopum tam diu protracta est, propter illius absentiam ita statuimus, ut in futura synodo ambo episcopi aut ipsi ad nos veniant aut tales nuntios mittant, quibus presentibus et causam ex utraque parte rationabiliter exponentibus, nos sine omni ulterius dilatione puram super hac re iustitię diffinitionem inferre et contentionem eorum decidere deo favente possimus. Ubi etiam legatos tuos interesse multum cupimus, quatenus et ipsi tua vice ad indagationem veritatis nos adiuvent et testes nostrę diffinitionis existant.

70. a) *Rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. Epistolae haec inscriptio rubricata praefigitur:* ‚Duci Boemie. LXXVIII.'

Terram vero, unde inter episcopos lis est, Moravensem episcopum interim tenere decrevimus. Preter hęc supra memoratus frater tuus conqueritur super te, ut de prepositura et castro sancti Wenzlai[1] debitam sibi potestatem et iustitiam pęnitus auferas. Unde excellentiam tuam paternis affectibus rogamus et ammonemus, ut, si te iniurias ei in hac re irrogare cognoscis, respectu divini timoris, cui rationem de factis tuis in districto iudicio redditurus es, gratuita bonitate tua ad iustitiam redeas et fratri, quę sua sunt, sine omni contrarietate dimittas. Sin vero clamor eius inter vos sedari nequeat, in prefato termino futurę synodi[b] legatos tuos vel hac de causa ad nos transmittere non praetermittas, quatenus, inquisita et percognita veritate ex utraque parte, quod iustum fuerit valeamus decernere et aliquando fraterna pace et concordia vos opitulante deo coniungere. Data Rome XVI kalendas maii, indictione XII.

71.

Gregorius VII. papa Jaromirum, episcopum Pragensem, graviter reprehendit, quod fide fracta et contra suum praeceptum bona quaedam occupaverit, de quibus inter eum et Johannem, episcopum Moraviensem, lis est; quae episcopo Moraviensi reddi iubet. Hortatur, ne pacem cum Vratislao II. duce conciliatam perturbet, utque cum episcopo Moraviensi Romam aut ipse veniat aut legatos mittat.

Romae 1074 sept. 22.

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 53v—54v Lib. II, ep. 6. Harduinus, Acta concil. VI, ps. I, pag. 1266. = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 440. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 155, num. 176, = Erben, Reg. I, pag. 64, num. 150. — Jaffé, Bibl. rer. German. II, pag. 118. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 4879.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Geromiro,[b] Bragensi episcopo, quod non meretur, salutem et apostolicam benedictionem. Venientem te hoc anno ad apostolicam sedem, apostolica utentes mansuetudine, multo benignius multoque mitius, quam facta tua mererentur, suscepimus[c] atque tractavimus. Sed tu more tuo malum pro bono reddens, contempta nostra caritate et apostolica auctoritate, contra interdictum nostrum de bonis et rebus, unde inter te et Johannem, episcopum Marovensem, lis est, te intromittere ausus es et, quod valde nobis molestum est, nostra concessione te id fecisse, mentitus es. Nos equidem meminimus sic decrevisse: ut episcopus Marovensis terram et

---

70. b) ‚synodus' *cod.*

1) *Jireček in Památky archeologické VIII, pag. 56, sicut iam antea Dobner, Annales Hagec. V, pag. 448 sq., minus recte sub hoc nomine castrum Podivin in Moravia suspicatur; quam sententiam contemnit Kröger, Gesch. Böhmens vom Friedensschluss Bretislavs, pag. 50, n. 1; Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, pag. 99, n. 1 castrum Pragense hic dici censet.*

71. a) ‚Gregorius' *rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. In margine sinistro alia, ut videtur, manus adnotavit:* ‚Bragensi episcopo'. — b) *ita in cod. genuine scriptum erat, quod manus quaedam posterior in* ‚Geboardo' *mutavit.* — c) ‚te suscepimus' *cod.*

alia, de quibus inter vos discordia erat, usque ad futuram synodum cum omni pace et quiete tenere deberet. Hoc in litteris nostris[1] fratri tuo duci[2] expresse significavimus. Hoc tu ut nullatenus impedires, in manum nostram promittendo firmasti, sed ut verbum inde mutaremus hoc, cum multum instares, neque precibus neque pretio impetrare potuisti. Porro in novissimis quasi quasdam novas querelas super fratre tuo Wratizlao duce, quod fraudulenter te fecisse nunc cognoscimus, afferens, videlicet eum de quodam castro sancti Venzlai et de prepositura iustitiam tuam tibi contradicere, hoc tantum effecisti, ut eum in epistola nostra moneremus, quatenus, si se iniuriam tibi fecisse cognosceret, pro nostro, immo pro amore dei, quod ęquum esset, inde faceret. Hac igitur occasione et de nobis mendacium finxisti et nostra decreta subvertisti. Sed queso, non erubescis aut non times, quod pro talibus causis non solum ordinis tui periculum tibi imminet, sed ex fraterno odio nec christianitatis quidem in te suscepta gratia manet? Precipimus ergo tibi ex parte beati Petri[d] et nostra apostolica auctoritate, ut castrum, quod tam fraudulenter cępisti, et alia omnia, quę in lite sunt, prefato Marovensi episcopo reddas, et tu ad difiniendam causam, sicut statutum est, aut ipse Romam venias aut idoneos legatos mittas; atque hoc ita tempestive Marovensi episcopo notifices, quatenus et ipse pariter se vel legatos suos ad iter preparare valeat. Preterea, sicut nobis relatum est, pacem, quę inter te et fratrem tuum ducem convenit, multis modis perturbare non desinis, precipue cum suos absque canonica culpa et legali iudicio excommunicas. Quod quidem tibi maxime periculosum est, quoniam, sicut beatus Gregorius dicit, qui insontes ligat, sibi ipsi potestatem ligandi atque solvendi corrumpit. Unde te ammonemus, ut anathematis gladium nunquam subito neque temere in aliquem vibrare presumas, sed culpam uniuscuiusque diligenti prius examinatione discutias. Et si quid est, quod inter te et homines sępefati fratris tui emerserit, cum eo in primis, ut suos ad iustitiam compellat, fraterne et amicabiliter agas; et si ęquitatem tibi denegaverit, aut temeritatem suorum aliqua dissimulatione contra te, quod non credimus, intumescere sine vindicta permiserit, nobis indicare non te pigeat; et prestante domino huius querele occasionem sollicitis ammonitionibus sine mora decidere procurabimus. Data Rome X kalendas octobris, indictione XIII.

72.

Gregorius VII. Vratislao II, duci Bohemiae, gratias agit, quod sub nomine census centum marcas argenti miserit. De suis ad Jaromirum episcopum litteris nuntiat. Monet, ut bona episcopo Moraviensi ablata restitui cogat.

Romae 1074 sept. 22.

71. d) ‚Petri' *caracteribus maiusculis scriptum.*

1) *Vide litteras proxime praecedentes.* — 2) *Vratislao II.*

Apographum in registro Gregorii VII. in tabulario Vaticano fol. 44v—45. Lib. II, ep. 7.

Harduinus, Acta concil. VI, ps. 1, pag. 1268. = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 439. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 154, num. 175. — Erben, Reg. I, pag. 65, num. 151. — Jaffé, Bibl. rer. German. II, pag. 119. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 4880.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Wratizlao, duci Boemiorum, salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos nuntius vester, qui magne devotionis et fidelitatis vestrę exhibitionem nobis retulit et, quę beato Petro[b] sub nomine census misistis, videlicet centum marchas argenti ad mensuram vestri ponderis, fideliter presentavit. Quod quidem gratanter accepimus; sed caritatem vestram multo ardentius amabiliusque, quasi quibusdam animi brachiis ad vos usque porrectis, amplectimur, qui mentem vestram et desiderium magis ac magis erga reverentiam apostolicę sedis accendi perpendimus. Beatus autem Petrus,[b] quem vos diligitis et cui celsitudinem potentię vestrę humiliatis, copiosa vobis procul dubio retributionis munera preparabit et suo vos munimine tam in presenti quam futuro seculo lętificabit. De cętero grates vobis habemus, quod obędientes nostris monitis, cum fratre vestro Geromiro, Bragensi episcopo, pacem fecistis; quem nos quidem hoc in anno apostolicę sedi presentatum longe misericordius quam sua mereretur culpa tractavimus. Verum ille, indebitam nobis vicem rependens, mox ut domum reversus est, sicut nos non dubia relatione cognovimus, de castro quodam[1] et aliis rebus, unde litem habet cum Johanne, Marovensi episcopo, contra interdictum nostrum et contra sui ipsius in manus nostras datam promissionem etiam de nobis mentiendo, quasi id sibi concesserimus, se intromittere ausus est. De quo mendacio et fraude quod et qualiter paucis eum corripiendo preceperimus, in transmisso tibi exemplo litterarum,[2] quas ei direximus, plene cognoscere potes. Unde et tuam nobilitatem ex parte beati Petri[b] et nostra apostolica auctoritate rogamus et precipiendo monemus, ut nequaquam eum de tanta deceptione ulterius gaudere sinas. Sed nisi ipse, sicut ipse in litteris nostris iussus est, castrum et alia, quę in lite sunt, Marovensi episcopo sine mora reddat, tua eum virtute eicias et restitutis omnibus iam sępe dicto Marovensi episcopo, ipsum et bona ecclesię, cui preest, pro amore dei et redemptione animę tuę ab iniuriis et impiorum hominum oppressione defendas. Hoc autem ea spe et intentione tibi procurandum mittimus, ut omnipotens deus te et honores tuos divina virtute defendat et, suffragante beato Petro[b] apostolo, a peccatorum tuorum te absolutum vinculis ad gaudia ęterna perducat. Data Rome X kalendas octobris, indictione XIII.

---

72. *a) rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. In margine adnotatur:* ‚Duci Boemiorum.' — *b) nomen caracteribus maiusculis scriptum.*

¹) *Podivin in Moravia.* — ²) *Vide epistolam praecedentem (num. 71).*

73.

Gregorius VII. papa Johannem, episcopum Moraviensem, ab episcopo Pragensi iniuriis affectum, consolatur. Addit de epistolis suis ad Jaromirum et Vratislaum missis. *Romae 1074 sept. 22.*

Apographum in registro Gregorii VII. in tabulario Vaticano fol. 55. Lib. II, ep. 8.

Harduinus, Acta concil. VI, ps. 1, pag. 1266. = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 442. = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 157, num. 177. — Erben, Reg. I, pag. 66, num. 152. — Jaffé, Bibl. rer. German. II, pag. 121. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 4881.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Johanni, Marovensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Caritatem tuam, frater, erga nos promptam et sinceram esse cognoscentes, debitas tibi grates rependimus tuisque fatigationibus fraterno corde compassi sumus. Scimus equidem, quanta fraude Bragensis episcopus te circumvenit. Qui tamen non solum ad tuas,[b] sed, de nobis mentiendo et quasi ex nostra concessione rapacitatem suam roborando, ad nostras etiam iniurias patenter erupit. Qua de re quam graviter commoti simus vel quid inde censuerimus, hic nuntius tuus viva voce tibi indicare poterit et tu ipse in litteris, quas duci, et exemplo litterarum, quas eidem episcopo misimus, pleniter cognoscere potes. Et tu quidem nimis simpliciter egisti, quod nos contra decreta nostra surgere et sententiam nostram tam leviter mutare putasti, qui[c] ea omnia, quę inter te et illum in lite sunt, usque ad futuram synodum et totius dissensionis vestrę discussionem tuis possessionibus decrevisse, presens[d] intellexeras. Nunc igitur apostolica auctoritate iussus atque suffultus, castrum et si quę alia[e] prefatus episcopus tibi abstulit, sine mora repetas. Illum nanque admonuimus, firmiterque tibi ea omnia sine contradictione reddere precepimus. Ducem vero rogavimus, ut, si episcopus nobis non obędiret,[f] eum de castro expelleret et, restitutis tibi omnibus, pro amore dei te et bona ecclesię, cui prees, deo adiuvante defenderet. Hoc enim indubitanter scias, quia neque in hac neque in alia re ad defensionem iustitię tuę apostolica tibi, providente deo, sollicitudo[g] deerit vel auctoritas. Omnipotens deus in tua sacerdotali vigilantia et officio sibi gratum sacrificium et tibi statuat ęternę felicitatis premium. Data Rome X kalendas octobris, indictione XIII.

74.

Sigifridus I., archiepiscopus Maguntinus, omnibus suffraganeis et abbatibus provinciae suae, quomodo legati apostolici contra clericos concubinarios proces-

73. *a) nomen rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. In margine dextro adnotatur:* ‚Marovensi episcopo' — *b) ex* ‚suas' *iam in cod. corr.* — *c) an* ‚quem' *vel* ‚qui nos' *corrigendum sit, dubitat Jaffé.* — *d) Kröger, Gesch. Böhmens von 1041—1086, pag. 49 nota 2* ‚presens' *in* ‚prorsus' *corrigere vult.* — *e)* ‚si qua aliqua' *cod.* — *f) sequitur iterum* ‚ut' *in cod.* — *g) in cod. sequitur* ‚non'.

serint, nuntiat et mandat, ut sacerdotes, qui concubinas suas non dimiserint, ad se mittantur. *[1074—1075.]*

Concilia Germaniae (ed. Hartzheim) III, pag. 175 (ex apographo e vetusto quodam cod. ms. bibliothecae metropol. Maguntinae ab Schannatio descripto, H) = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 456 (frgm.) = Moser, Gesch. der päbstlichen Nuntien in Deutschland, I, pag. 540. = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 161, num. 181, = Erben, Reg. I, pag. 67, num. 154. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 203, num. 109.

Hefele, Conciliengesch. V, 2. ed. pag. 53, encyclicam hanc aut ad papam non perlatam aut ab eo saltem non approbatam esse, optimo haud dubie iudicio arbitratur. — Vide etiam Binterim, Pragmatische Gesch. der deutschen Concilien III, pag. 435.

Sigefridus, Moguntinus archiepiscopus, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, in provincia sua constitutis, salutem in eo, sine quo salus esse non potest. Placuit domino papae, ut mitteret quosdam de curia pro reformando ecclesiarum statu et maxime manifesta cohabitatione mulierum clericis prohibenda. Illi autem diligenter executi, quod eis iniunctum fuerat, quibusdam per suspensionem aliis per excommunicationem praeceperunt, ut concubinas dimitterent et ulterius non admitterent; sed parum in aliquibus profecerunt. Nos igitur videntes, quod occasione huius mandati facti sunt plurimi transgressores, scandalumque, quod exinde ortum est, et infamiam clericorum, quae secuta est, significavimus domino papae. Unde ipse nobis dedit in mandatis, ut, quia multitudo est in causa, propter quam detrahendum est severitati, talibus misericorditer consulamus. Inde est, quod mandamus vobis, qui subditos habetis, ut quemcunque inveneritis cauteriatam[a] habentem conscientiam eo, quod tali vitio laboraverit et concubinas a se non removerit, eum ad nostram praesentiam transmittatis, ne indigne accedens ad altare dei iudicium sibi manducet et bibat. Interdicimus enim, sicut nobis iniunctum est, cum tali auctoritate apostolica dispensare.

75.

Gregorius VII. papa Johannis Moraviensis et Jaromiri Pragensis episcoporum litem discernit ea lege, ut bona, de quibus inter eos contentio erat, per medium dividantur, donec alteruter causam documentis clariorem demonstraverit. *Romae 1075 mart. 2.*

Apographum in registro Gregorii VII. in tabulario Vaticano fol. 78v—79. Lib. II, ep. 53. Harduinus, Acta concil. VI, ps. I. pag. 1302. — Balbin, Miscell. hist. Bohem., decad. I lib. VI, pag. 8, num. 6. = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 447. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 158, num. 178. — Lünig, Cod. Germaniae dipl. I, pag. 955. — Erben, Reg. I, pag. 67, num. 155. — Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, pag. 171. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 4934.

74. *a)* ‚cautilatam‘ *H.*

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei. Quoniam ad memoriam semperque dilucidandam causarum negotiorumque veritatem nihil aptius, nihil durabilius quam scripturarum paginas ęstimamus, qualiter lis et discordia, quę inter confratres nostros, videlicet Johannem, Moravensem episcopum, et Geboardum Bragensem, de quibusdam decimis et curtibus diu pertractata est, tandem per pactionis convenientiam in apostolica sede determinata sit, per litteras nostras non modo presentibus, sed et futuris notum fieri volumus. Hęc enim causa, cum in secundo nostri pontificatus anno, residentibus una nobiscum in basilica Salvatoris multis fratribus, convocatis etiam et coram positis supra dictis episcopis, ad audientiam nostram et totius ibidem congregati concilii perlata sit, diu et multum inquisita atque rimata, tanta ambiguitate et perplexionibus involuta videbatur, ut ad sinceram veritatis et iustitię explorationem per ea, quę tunc adhibita sunt indicia, perduci non posset. Verum, ne illorum altercatio absque pacis interventu diutius aut fraterna odia aut aliqua periculosa hinc vel illinc studia accenderet, cum consilio fratrum nostrorum causam ita ex ęquo dirimi constituimus, ut omnia, de quibus inter eos contentio foret, per medium dividerentur, et hic unam, ille alteram partem interim absque omni inquietudine tenerent, donec si apertiora indicia sive scripto aut congruis testibus invenire possent, diligentissime investigarent. Ad quod faciendum, ne forte suscitandę litis infinita alterutri daretur occasio, terminum quoque eis decem annorum prefiximus, ut qui certis approbationibus ad iustitiam se pertingere posse confidit, infra prelibatum terminum proclamandi et consequendi ius ecclesię sųę licentiam et potestatem habeat; et si alterum horum vel utrosque, quod non optamus, interim obire contigerit, successores eorum in eadem pactione et constitutione permanere debeant. Ex ea autem parte, a[b] qua prefatus terminus aut sub silentio aut non ostensa veritatis et iustitię, propter quam clamet, approbatione transductus fuerit, nullus deinceps locus, nulla proclamandi occasio aut super hac re renovandę questionis licentia supersit. Hoc igitur modo prenominatos episcopos in nostra presentia pacificatos, et prescriptę diffinitioni gratum, ut videbatur, adhibentes assensum, ad propria cum apostolica benedictione et fraterna caritate dimisimus. Hoc ab omnibus inviolatum et perpetuo inconcussum fore apostolica auctoritate precipimus atque sancimus. Data Rome VI nonas martii, indictione XIII.

76.

Gregorius VII. papa Vratislaum II., ducem Bohemiae, rogat, ut Friderico nepoti aut patrimonium aut aliud beneficium tribuat. Monet, pacem colat, maximeque cum Pragensi et Olomucensi episcopis. Romae 1075 apr. 17.

---

75. a) *rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. In margine sinistro alia manus adnotavit:* ‚Moravensi et Bragensi episcopis'. — b) ‚a' *addidit Jaffé.*

Apographum in registro Gregorii VII. in tabulario Vaticano fol. 89 v—90. Lib. II, ep. 71. Balbín, Miscell. l. VIII, pag. 3. — Harduinus, Acta concil. VI, ps. I, pag. 1316. = Dobner, Annales V, pag. 450. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 159, num. 179. — Erben, Reg. I, pag. 68, num. 156. — Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, pag. 193. — Jaffé, Reg. pontif.[2] num. 4953.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, Wratizlao, Boemiorum duci, salutem et apostolicam benedictionem. Fredericus,[1] nepos vester et Romanę ecclesię fidelis, nos humillimis precibus flagitavit, quatinus tuę nobilitatis prudentiam rogaremus, ut beneficium, quod sibi pater suus[2] reliquid,[b] eum permitteretis habere et in omni pacis quietudine possidere. Cuius supplicibus orationibus flexi nobilitatis vestrę serenitatem obnixe rogamus, ut, si scitis eum habere iustitiam, tum quia os tuum et caro est, ductus proprietate sanguinitatis, tum quia ad refugium apostolicę miserationis confugit, aut beneficium illud sibi reddatis, aut concambium tribuatis, quod sibi sit acceptabile et tui condeceat generis dignitatem. Quodsi iustitiam non videtur habere, rogamus tamen, ut pro caritate et reverentia beati Petri, apostolorum principis, cuius presidia humiliter postulavit, aliquod sibi beneficium, quo possit honeste vivere, tribuatis. Non pigeat itaque nobilitatem tuam in hoc nostras preces audire beatumque Petrum in hoc tibi debitorem facere, quoniam nos parati sumus favere tibi, in quibus possumus iustitia duce. Preterea monemus, ut studeatis terram vestram et vestri honoris regimen firmissimę pacis federe undique premunire, scilicet ut nullius litis scandalum in tuo regimine versari permittas, precipue inter te et fratres tuos, et Bragensem[3] et Holomucensem[4] episcopum; quoniam sicut, qui discordie et litibus vacant, procul dubio diaboli sunt filii, sic qui paci dant operam,[c] filii dei vocantur, ipsa veritate attestante, quę ait: ‚Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur'.[5] Omnipotens deus mentem tuam illuminet sicque te faciat per bona transire temporalia, ut merearis adipisci[d] ęterna. Data Rome[e] XV kalendas maii,[e] indictione XIII.

77.

Gregorius VII. papa Bohemos ad pacem, castitatem, beneficentiam, hospitalitatem, decimas dandas honorandasque ecclesias adhortatur.

Romae 1075 apr. 17.

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 90. Lib. II, ep. 72.

---

76. *a) rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. In margine sinistro haec inscriptio rubricata adiecta est:* ‚Boemiorum duci. LXXI.' — *b) ita cod.* — *c)* ‚opera' *cod.* — *d)* ‚addipisci' *cod.* — *e) ex* ‚XVIII kl. iunii.' *iam in cod. correctum.*

1) postea II patriarcha Aquiliensis, de quo vide Palacký, Dějiny[3] I, 1, pag. 322, nota 325 et Meyer v. Knonau, Jahrbücher Heinrich IV u. Heinr. V, tom. II, pag. 459 nota 18 et tom. III, pag. 582 nota 72. — *2) Spytihněv II dux Bohemiae.* — *3) Jaromirum.* — *4) Johannem I.* — *5) Matth. V, 9.*

Balbín, Miscell. I, lib. VIII, pag. 2. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 160, num. 180. — Erben, Reg. I, pag. 68 num. 157. — Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, pag. 194. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 4954.

Gregorius[a] episcopus servus servorum dei, universis in Boemia constitutis maioribus atque minoribus salutem et apostolicam benedictionem. Ex consideratione sedis, cuius licet indigni administrationem gerimus, debitores sicut scitis sumus fidelibus et infidelibus: fidelibus, ut quod bene proponunt perseveranter teneant; infidelibus, ut ad creatorem suum, credendo et preterita facinora penitendo,[b] convertantur. Unde, quia relatione episcoporum patrię vestrę limina apostolorum visitantium[c] accepimus, quosdam vestrum per viam mandatorum dei incedere, quosdam vero non nullis periculis male vivendo subiacere, studuimus vos paterna caritate commonere, quatenus et boni meliores fiant et, qui reprehensibiliter vivunt, inreprehensibiles se exhibeant. Primum scilicet vos exhortamur,[d] ex toto corde et ex tota anima et ex omni virtute vestra deum et proximum sicut vosmet ipsos diligere: pacem, sine qua nemo deum videbit, inter vos constituere; non solum clericos, sed et laicos castitatem servare; decimas deo, a quo tam vitam quam vitę sustentationem suscipitis, fideliter dare; ecclesiis vestris debitum honorem impendere; elemosinis atque hospitalitati devote insistere. Hęc et hiis similia, quę ad salutem animarum vestrarum pertinent, licet pontifices vestros sufficienter scire vobisque[e] insinuare non ignoremus, tamen quia verba nostra ex reverentia beati Petri[f] constat vos carius atque avidius recipere, ipsa vestra audiendi aviditas, quę ab aliis dari possunt, nos documenta dare compellit, ut tanto sollicitius vobis debitum reddamus exhortationis, quanto beatum Petrum in eadem nostra exhortatione devotius adtenditis. Vos igitur, dilectissimi, carnalia desideria fugite, ad cęlestia et semper duratura patrię cęlestis gaudia mentes erigite; beatum Petrum, cui a deo potestas principaliter et in terra et in cęlo[g] ligandi atque solvendi data est, devotissimi servitii fidelitate debitorem vobis[h] facite, quatenus post dissolutionem terrenę habitationis nostrę, cui cotidie volentes nolentesque propinquatis, nec multo post in vermes et cinerem redigendi, eius prestantissimum ante districtum iudicem patrocinium sentiatis. Data Rome XV kalendas maii,[i] indictione XIII.

78.

Henricus IV., Romanorum rex, Sigehardo, patriarchae Aquilegiensi, et ecclesiae eius comitatum Istriae in perpetuam proprietatem donat, petente Bertha

77. *a) rubro colore caracteribus maiusculis scriptum. In margine dextro rubricata inscriptio adiecta est haec:* ‚Universis in Boemia constitutis maioribus atque minoribus. LXXII.' — *b)* ‚puniendo' *cod., correxit Jaffé.* — *c)* ‚visitatium' *cod.* — *d)* ‚exhortamur' *omissum in cod.* — *e)* ‚vobis' *cod.; Jaffé corrigit:* ‚ac vobis'. — *f)* ‚Petri' *caracteribus maiusculis scriptum.* — *g)* ‚et in c.' *in cod. excidisse videtur; addidit Jaffé.* — *h)* ‚vobis' *addidit Jaffé.* — *i) ex* ‚XVII kl. iunii' *iam in cod. correctum.*

regina et nonnullis familiaribus suis, inter quos etiam Gebehardus, episcopus Pragensis, et Vratislaus, dux Bohemiae, nominantur.

Norimbergae 1077 iun. 11.

Tangl in Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XI, pag. 273, nota 155. — Stumpf, Reg. 2802.

Eadem die Henricus rex Sigehardo patriarchae etiam marchiam Carniolae donavit alio diplomate (ap. Tangl l. l. pag. 274, nota 156; Stumpf, Reg. 2803), in quo iidem petentes occurrunt. Utrumque diploma Gebehardus, Pragensis episcopus et cancellarius, vice Sigefridi archicancellarii recognovit; cf. Meyer v. Knonau, Jahrb. d. deutsch. Reiches unter Heinr. IV u. V, tom. III, pag. 42, not. 69.

79.

Otto, dux Moraviae, una cum uxore sua Euphemia monasterium sancti Stephani (Gradicense) prope Olomuc fundat eique possessiones et reditus diversos assignat.

1078 febr. 3.

Apographum vidimatum, anno 1769 oct. 6 ex authentico descriptum, in tabulario terrae Moraviae Brunnae, in codice chartaceo collectionis Cerronianae II Nr. 121 signato, qui inscribitur „Diplomatarium Moraviae IV," fol. 1—2 (B). — Apographum confirmationi Premislai Otacari II regis, anno 1270 aug. 21 datae, insertum, cuius exemplar praebet M. Siebenaicher, Historica relatio de conditoribus . . . monast. Gradicensis, cod. ms. tabularii terrae Brunnae fol. 18^v (C). — Transsumptum vidimatum, ex antiquo Libro privilegiorum monasterii Gradicensis anno 1756 iun. 2 extractum, in tabulario caes. reg. aulico Vindobonensi (D). — Copia simplex saec. XVIII in tabulario terrae Moraviae Brunnensi, collect. Boczekii num. 3820bis (E).

Zu Recht-Gegründete Justification deren von Seiten des Klosterstifts Hradisch s. ord Praemonstrat. innhabenden Beneficiorum curatorum [s. l., anno 1760; ex autographo] fol. E 2 (F.) — Piter, Thesaurus absconditus, pag. 184 (G) = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 473. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 162, num. 182 = Erben, Reg. I, pag. 69, num. 160.

Boczek l. l. apographo e codice saec. XIII monasterii Gradicensis a Friebek descripto se usum esse affirmat; quod autem non satis probabile est, cum non nisi editionem Dobnerii repetat, scribendi tantum ratione in scribarum antiquorum orthographiam immutata. — De privilegii fide non esse dubitandum demonstrat Teige, Zpráva o pramenech dějin kláštera Hradištského (Věstnik kr. České společnosti nauk 1893, XII) pag. 22 sq. Quae sententia tantum de breviore illa forma valet, quam Piter l. l. primus publici iuris fecit. Alteram vero eamque longiorem formam, quae in apographis B—E et in editione principi (F) exstat, verbis ‚Nakel — sub omni consuetudine sua' *interpositis serius esse amplificatam iam Dudík, Mährens allg. Gesch. II, pag. 392, not. 1, recte agnovit. Quae interpolatio ex additamento adulterino litteris donationis Venceslai, ducis Moraviae, anno 1126 datis, (v. num. 110.) subiecto, ad verbum descripta est, qua de causa minoribus typis imprimenda erat. — Monasterii fundationem iam anno 1077 inceptam esse Annales Gradicenses et Opatovicenses his verbis tradunt:* ‚Anno MLXXVII pater patrie, Otto, dux Morauie, cum * coniuge grata, nomine Eufemia, hoc in tempore construxit monasterium * prope urbem Olomuc sancti * Stephani in honore pro eterne

retribucionis munere contemptoribus mundi deo ad serviendum, auro et argento et omnibus ornamentis bene ditatum' *(Fontes rer. Bohem. II, pag. 390). Qua in relatione ea, quae typis distinctis expressimus, ex Ottonis ducis privilegio deprompta sunt.*

In nomine sancte[a] et individue trinitatis. Otto dei gracia id[b] quod est. Prudencia antiquorum sapientum et consuetudo obtinuit, ut, si quisquam cuiuslibet persone in propria patria quid stabilire velit quidve stabile fore decreverit, id sub principum et episcoporum atque abbatum omniumque comitum ceterorumve[c] nobilium testimonio debeat memorie commendare et sub huiusmodi cyrographo.[d] Quam consuetudinem racionabilem considerans, ego dux Otto hoc scriptum fieri postulavi ad recordacionem et confirmacionem presentis temporis et futuri. Omnibus ergo christianis, presentibus, absentibus et futuris, notum esse desidero, quod ego pro eterne retribucionis munere cum mea mihi[e] grata coniuge, Eufemia[f] nomine, monasterium domino cooperante construxi in honore[g] salvatoris nostri domini[h] Jesu Christi et sancti prothomartyris Stephani[1] situm prope urbem[i] Olomuc[j] secundum prefatam consuetudinem, idque utrique dotavimus iuxta nostrum posse, ego ex mea possessione, ipsa vero ex propria dote, agris, pascuis, pratis, silvis, aratoribus, vinitoribus, bobus,[k] ovibus, porcis, iumentis et ceteris subsequentibus necessariis. Hec sunt autem nomina villarum, quas dedimus sancto Stephano in obsequium[l] ibi deo serviencium fratrum: Prima, que cognominatur Kisselowici,[m][2] secunda Roschin,[n][3] tercia Gaychyn,[o][4] quarta Ugezd Lasene,[p][5] qui[q] terminatur rivulo Lodinica.[r][6] Preterea data est curia, que vocatur[s] Uzobren,[t][7] cum sibi adiacentibus villis sub omni tributo et consuetudine, sicut antea solvebat sue domine. Data est et silva, que vocatur Lubochca.[u] <Nakel[v][8] ea condicione, ut qui eam inhabitare deliberant, tributum et decimas beato[w] Stephano solvant, ceteris vero ad imperium ducis bella exercentibus sive urbem aut pontem parantibus seu qualibet necessitate[x] laborantibus, quod prefati cenobii pater iusserit, faciant. Ustyn[9] ad tria aratra,

79. *a)* ,sanctae' *C. ubi etiam inferius semper* ,ae' *pro simplici* ,e' *ponitur.* — *b)* ,gr. etc. id' *B, C, E, F.* — *c)* ,ceterorumque' *G;* ,coeterorumque' *C, ubi etiam inferius* ,coeteris' *scribitur.* — *d)* ,chyrographo' *C.* — *e)* ,michi' *B, E.* — *f)* ,Euphemia' *C, G.* — *g)* ,nomine' *B—F.* — *h)* ,domini nostri' *G.* — *i)* ,urbem' *deest B—F.* — *j)* ,Olomucz' *C;* ,Olomucen' *B, E, F;* ,Olomucem' *D;* ,Olomucens'. *G.* — *k)* ,bubus' *D, G.* — *l)* ,obsequio' *B, F, G.* — *m)* ,Kisselowiczi' *E, F;* ,Kysselowiczi' *B;* ,Kselovicz' *C;* ,Kseloviczi' *D.* — *n)* ,Roshin' *B;* ,Rochchin' *G.* — *o)* ,Gayczin' *B—F;* ,Haychyn' *G.* — *p)* ,Vgezd' *C;* ,Lassene' *C, D.* — *q)* ,quae' *C, G.* — *r)* ,Lodynicza' *G.* — *s)* ,nominatur' *G.* — *t)* ,Vzobren' *G;* Uzroben' *B.* — *u)* ,Luboczka' *G.* — *v)* ,Nackel' *B, F;* ,Nakel — omni consuetudine sua' *deest G.* — *w)* ,sancto' *C, E.* — *x)* ,quaelibet necessaria' *C.*

¹) *Hradiště, alias Hradisko, germ. Hradisch.* — ²) *Kyselovice, vicus a Kroměříž (Kremsier) ad septemtr.* — ³) *Fortasse Roštín, a Zdounky ad meridiem, distr. pol. Kroměříž.* — ⁴) *Hejčín, germ. Hatschein, vicus prope Olomouc.* — ⁵) *Fortasse Lašťany, a Sternberg meridiem versus.* — ⁶) *Loděnice.* — ⁷) *Úsobrno, germ. Hausbrunn, a Jevíčko (Gewitsch) ad merid. et orientem, distr. polit. Moravská Třebová (Mährisch-Trübau).* — ⁸) *Náklo, germ. Nakel, vicus prope Litovel (Littau).* — ⁹) *Ústín ab Olomouc occidentem versus.*

Stychowiczi[y] [10] ad I, Sarowiczi[11] ad I, Gradcane,[12] Tieseticzi,[z] [13] Zlobiczi,[14] Bezmirow,[15] Obiedkowiczi,[16] Celcziczi[aa] [17] ad I aratrum, Prusi[18] ad II, Sussiczi[19] ad I, Bunoviczi,[bb] [20] Luboss,[21] Popowiczi,[cc] [22] Zelechowiczi,[23] Zadlowiczi;[24] Topolaz[dd] [25] ad II, Tesalczi,[26] Zirowiczi[ee] [27] ad I aratrum, Scennicze,[ff] [28] Gnevotine[29] ad I aratrum, Rusca,[30] Wrzesoviczi,[gg] [31] Uneticzi,[32] Chomutowiczi[hh] [33] ad I aratrum sub omni consuetudine sua.> Datus est etiam de Olsaua[ii] [34] sextus denarius et de ponte Bratislauie[kk] [35] civitatis sextus denarius, de via vero, que ducit ad Poloniam iuxta civitatem Gradecz,[ll] [36] sextus denarius et de moneta decimus denarius. Data sunt et duo vivaria piscium, nomen unius[mm] Wydoma[nn] et nomen alterius Tekalecz.[oo] De familià vero Suda cum filio, Tesata[pp] cum filio, Milei cum filiis, Krziscen[qq] cum filio, Bezen[rr] cum tribus filiis, Miross[ss] cum fratre Ostoi, duo molentes, duo pistores, duo coqui,[tt] duo stubarum calefactores, duo fabri, duo sutores, duo scutellarum et cyphorum[uu] artifices, duo figuli, duo operarii.[vv] Et hoc sciendum est, quia ex hiis,[xx] quos enumeravimus, alii servi, alii sunt precio introducendi. Quatuor piscatores, septem aratra cum aratoribus; hii[xx] omnino introducendi sunt precio, et pro capite singulorum dandum est precium trecentorum denariorum ea condicione, ut, si aliquando velit aliquis eorum de servitute exire, reddat precium, quod datum est pro se, et alius ex eo precio introducatur eodem

79. *y)* ,Stychowicz' *C.* — *z)* ,Tuseticzi' *C, D, E.* — *aa)* ,Czelcziczi' *B.* — *bb)* ,Bunowizci' *C.* — *cc)* ,Popoviczi' *C.* — *dd)* ,Topolan' *C.* — *ee)* ,Ziroviczi' *C.* — *ff)* ,Sceumizce' *C.* — *gg)* ,Wrzesovicze' *C.* — *hh)* ,Chomutoviczi' *C.* — *ii)* ,Olsana' *B—F;* ,Obzawa' *G.* — *kk)* ,Bratislavie' *B;* ,Brecyslave' *G.* — *ll)* ,Hradech' *G.* — *mm)* ,uni' *B, F.* — *nn)* ,Widonia' *B—F.* — *oo)* ,Tekaletz' *G.* — *pp)* ,Tessaca' *G.* — *qq)* ,Krzisten' *C;* ,Kryscen' *G.* — *rr)* ,Busen' *G.* — *ss)* ,Myros' *G;* ,Mnoss' *[Mn alio obscuriore atramento in loco raso correctum] E;* ,Amoss' *B, F.* — *tt)* ,coci' *G.* — *uu)* ,scyphorum' *C, D, E;* ,cyffonum' *G.* — *vv)* ,apparii' *G; correcturam* ,apiarii' *proponit Dobner.* — *xx)* ,his' — ,hi' *C.*

[10]) *Stichovice a Prostějov (Prossnitz) ad occid.* — [11]) *Žárovice a Prostějov (Prossnitz) ad occid.* — [12]) *Hradčany prope Brodek (Prödlitz) distr. pol. Prostějov.* — [13]) *Těšetice ab Olomouc versus occid.* — [14]) *Zlobice a Kroměříž ad occid.* — [15]) *Bezměrov a Kroměříž ad septemtr. et occid.* — [16]) *Obědkovice a Kojetín ad septemtr. et occid., distr. pol. Kroměříž.* — [17]) *Čelčice a Kojetín ad septemtr. et occid., distr. pol. Přerov.* — [18]) *Prusy a Přerov meridiem et orientem versus.* — [19]) *Sušice a Přerov ad septemtr. et or.* — [20]) *Bohuňovice, germ. Boniowitz, ab Olomouc ad septemtr., distr. pol. Sternberg.* — [21]) *Libuše a Sternberg ad meridiem et occid.* — [22]) *Popovice prope Přerov.* — [23]) *Fortasse Želechovice prope Unčov, distr. pol. Litovel (Littau).* — [24]) *Fortasse Žadlovice apud Loštice, a Mohelnice (Müglitz) meridiem versus.* — [25]) *Topolany ab Olomouc ad occid.* — [26]) *Tážaly ab Olomouc ad meridiem.* — [27]) *Fortasse Žeravice a Přerov ad septemtr. et occid.* — [28]) *An Senice (Gross-Senitz) a Litovel ad meridiem?* — [29]) *Hněvotín, germ. Nebotein, ab Olomouc occidentem versus.* — [30]) *Fortasse Hruška a Kojetín ad occidentem.* — [31]) *Březovice. Qui vicus huius nominis hic dicatur, diiudicare nequeo. Villas ,Rusca' et ,Wrezouici' monasterio Gradicensi Otto dux iunior (III) dedit pro anima filiae suae Svatavae († cc. 1151) teste privilegio Vladislai I regis, Pragae 1160, iun. 16 dato.* — [32]) *Locus ignotus.* — [33]) *Chomoutov, germ. Chomotau, ab Olomouc ad septemtr.* — [34]) *Olšava fluvius in sinistra fluminis Morava (March) ripa.* — [35]) *Břeclav, germ. Lundenburg, oppidum in finibus Austriae Inferioris.* — [36]) *Hradec, germ. Grätz, oppidulum Silesiae ab Opava (Troppau) ad meridiem.*

ordine. Date sunt et decem vacce cum bubulco, centum porci cum subulco, ducente oves cum duobus opilionibus et filiis eorum, quatuor vinitores cum filiis suis, quadraginta eque cum tribus emissariis et cum duobus agazonibus per nos.[yy] Quod vero remanet in potestate uxoris mee Eufemie[zz] in omni substancia vel suppellectili[a] et ex sua dote, sic vult dividere: si fuerit ei filius cum ista[b] filia, que nunc est, Bohuslaua[c] nomine, post mortem eius mediam partem dividant inter se, altera vero pars fiat sancto Stephano pro remedio anime sue; si autem filius deerit, et[d] Bohuslaua[c] viro tradita fuerit, cum armentis et ovibus et ceteris animalibus eorumque pastoribus et cum vinitoribus et aratoribus et reliquis variis opibus habeat totum sanctus Stephanus. Ut autem mee concessionis donum sequenti evo permaneat inconvulsum, nominatim attestari feci testimonio aliquorum:[e] Wratizlao[f] duce, Johanne[g] episcopo, abbatibus: Meginardo,[h 37] Vito,[38] capellanis: Zwatoboro,[i] Benedicto, Petro,[k] Benedicto, comitibus: Zmulo,[l] Preda, Milota, Bozeporo et aliorum, quorum nomina commemorare longum est. Istis autem testibus de prenominata facultate testimonium perhibentibus, si quis aliquid subtrahere presumpserit, sit anathematizatus[m] dei omnipotentis anatemate[m] et sancti prothomartiris[n] Stephani et Johannis[g] episcopi, eiusdem ecclesie dedicatoris, excommunicatione. Acta[o] sunt hec anno incarnationis dominice millesimo septuagesimo octavo, epacta[p] IIII,[q] concurrente VII, indiccione I. Hoc autem privilegium Johanni,[g] primo eiusdem ecclesie[r] abbati, datum est III nonas februarii in consecratione ecclesie. Amen.

80.

Vratislaus, dux Bohemorum, fundationem monasterii sancti Stephani (Gradicensis) prope Olomuc confirmat additque ei villam Uherce. *1078 febr. 5.*

Exstat in transsumpto capituli Olomucensis dd. Olomucii 1527 nov. 27, quod insertum est originali confirmationi Ferdinandi III dd. Lincii 1645 dec. 18, in tabulario terrae Moraviae Brunnae, pag. 3—4 (B1); idem transumptum capit. Olomucensis exstat adhuc in apographo simplici saec. XVII, quod in tabulario iam dicto, Collect. Cerroni II, num. 121, fol. 219 sq. asservatur (B2). Aliud apographum in Siebenaicher, Historica relatio (ms. eiusdem tabularii) fol. 20. continetur. (D).

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 186 (C). = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 475. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 164, num. 183. = Erben, Reg. I, pag. 70, num. 161. — Vide etiam Teige, Zpráva o pramenech dějin kl. Hradištského pag. 23.

---

79. *yy)* ‚per nos' *ommissum G.* — *zz)* ‚Ephemie' *(sine dubio typi errore pro* ‚Euphemie') *G;* ‚Evphemie' *C.* — *a)* ‚supellectili' *C, D, G.* — *b)* ‚ista' *deest G.* — *c)* ‚Bohuslava' *B—E;* ‚Bohuzlawa' *G.* — *d)* ‚quando' *G.* — *e)* ‚antiquorum' *B—F.* — *f)* ‚Wratislao' *B—F.* — *g)* ‚Joanne' — ‚Joannis' — ‚Joanni' *C.* — *h)* ‚Maynrado' *G.* — *i)* ‚Swatoboro' *B—F.* — *k)* ‚Pcero' *B, E, F;* ‚Procero' *C, D.* — *l)* ‚Zmilo' *G.* — *m)* ‚anatematizatus' — ‚anathemate' *C.* — *n)* ‚protomartyris' *C.* — *o)* ‚Data' *G.* — *p)* ‚epactarum' *G.* — *q)* ‚IIII' *deest C.* — *r)* ‚loci' *G.*

[37]) *Břevnoviensi abbate (1043—1089).* — [38]) *Abbate Sazaviensi, sancti Procopii successore.*

In nomine sancte et individue[a] trinitatis patris, filii et spiritus sancti. Gratia dei dux Boemorum[b] Wratislaus omnibus in Christo fidelibus tam presentibus quam futuris. Pax, charitas et salus a deo patre omnipotente[c] et domino Jesu[d] Christo filio eius et spiritu sancto in perpetuum multiplicetur.[e] Promulgandum totius christiane religionis etati in commune[f] omnium notitie tradimus, et ut quod[g] nostris sit actum temporibus non lateat, literis[h] memorie commendamus. Denique Ottone, nostro videlicet fratre charissimo proprioque germano, Morauie provincie[i] principe, nos requirente,[j] ut eius, quam in honore[k] Christi et beati prothomartyris Stephani erexerat, dedicationi interessemus ecclesie in suburbio Olomucensis civitatis, consensum prebuimus ibique cum summa fraternitatis diligentia[l] honorifice recepti[m] et habiti sumus. Unde eius annuentes precibus per hanc, quam a deo nobis provectioris etatis et dignitatis hereditarie datam possidemus potestatem, dominii nostri decreto[n] confirmationem abbatie in iam prefata ecclesia, quam ut diximus ipse[o] tam proprie pro remedio anime quam coniugis sue[p] dilecte, Euphemie[q] nominate, construxerat rebusque optime ex propriis ditaverat, statuimus. Quapropter coram deo vivo et vero sub testimonio totius Christi ecclesie cum ipsius episcopo[r] provincie, Johanne[s] dicto, placita obclusione per apostolici iuris sibi attinentem dignitatem, et tam clericis quam laicis faventibus per hunc nostrum principalem institutum[t] obtestamur omnes nostros successores vel terrae primates et universum populum nunc et in posteris[u] retro temporibus nostro principatui subiacentem nulli eorum quoquo modo licere hec, que a nobis sanctione sancte ecclesie concessa sunt, refringere vel in quoquam convelli.[v] Si quis autem temerator huius rei aut contemptor extiterit, eternis condemnationibus subiaceat innodatus et sanctos dei, quorum reliquie ibidem requiescunt, sibi in presenti et in[x] futura vita sciat contrarios et in inferno inferiori[y] concremandus[z] suam cum Juda proditore portionem defleat perpetuo. Huius[aa] quoque propositi nostri modum supra sanctum[bb] dicte ecclesie altare manuscriptum posuimus, spondentes, quod ipsius fraternitate poscente promisimus cuncta inibi pertinentia sue coniugi et soboli inviolabiliter perpetuo[cc] possidenda servare. Nos autem ecclesie, quantum[dd] ex nostra parte, addimus villam, que vocatur Vgerczy,[ee] [1] tria aratra cum aratoribus duobus, decem equos. Rei

80. a) ‚sanctae et individuae' *B1, B2, D, ubi etiam inferius semper* ‚ae' *pro simplici* ‚e' *ponitur.* — b) ‚Bohemorum' *C. D.* — c) ‚char. a deo et salus a patre omnipotente' *D.* — d) ‚d. nostro Jesv' *D.* — e) ‚multipliciter' *C.* — f) ‚communi' *D.* — g) ‚quid' *D.* — h) ‚his lit.' *D.* — i) ‚provincie' *deest D.* — j) ‚requirente' *deest B1, B2, C.* — k) ‚honorem' *D.* — l) ‚diligencia' *B1, B2.* — m) ‚suscepti' *C.* — n) ‚decretum' *B1, B2, C;* ‚decretum et' *D.* — o) ‚ipse' *om. D.* — p) ‚suae' *deest D.* — q) ‚Evphemiae' *D;* ‚Eufemiae' *B1, B2.* — r) ‚episcopi' *B1, B2, C, D.* — s) ‚Joanne' *B1, B2, D.* — t) ‚institutum' *deest C.* — u) imposteris' *B1, B2.* — v) ‚in quocunque convellere' *D.* — x) ‚in' *om. C.* — y) ‚inferiore' *D.* — z) ‚condemnandus' *C.* — aa) ‚Huis' *D.* — bb) ‚sanctorum' *B1, B2, C.* — cc) ‚perpetim' *B1–D.* — dd) ‚quam' *D.* — ee) ‚Vgezty' *B1, B2;* ‚Ugetztes' *C.*

[1]) *Ubi vicus hic situs sit nescio.*

autem obfirmande gratia[ff] testes adnotavimus, quorum nomina sunt haec: Zuatobor,[gg] Breunouensis[hh] abbas Meynardus[ii] et Vitus abbas,[kk] Benedictus, Petrus, Ben,[ll] Preda,[mm] et[nn] alii, commemorare nomina quorum longum est. Hec charta scripta est anno dominice incarnationis millesimo septuagesimo octavo, nonas februarii.[2]

81.

Gregorius VII. papa Vratislaum II., ducem Bohemiae, cum excommunicatis conversantem vituperat. Vetat linguam Slavicam in procurandis sacris adhiberi. De legatis a se mittendis addit. *Romae 1080 ian. 2.*

Apographum in registro Gregorii VII in tabulario Vaticano fol. 178—179. Lib. VII, ep. 11.

Harduinus, Acta concilior. VI, ps. I, pag. 1434. = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 481. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 166, num. 187. — Erben, Reg. I, pag. 70, num. 162. — Jireček, Cod. iuris Bohemici, I, pag. 20, num. 12. — Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, pag. 392. — Jaffé, Reg. pontif.[2] num. 5151. — Cf. Palacký, Dějiny[3] I, 1, pag. 355; Meyer v. Knonau, Jahrb. d. deutsch. Reiches unter Heinr. IV u. Heinr. V, tom. III, pag. 324 sq. num. 157.

Gregorius[a] episcopus servus servorum dei. Wratizlao, Boemiorum duci, salutem et apostolicam benedictionem. Huiusmodi salutationis nostrę consuetudinem, scilicet apostolicę benedictionis, eam[1] tibi mittentes, non sine hesitatione modo servavimus, propterea quod videris excommunicatis ipse communicare. Quicunque enim bona ecclesiarum invadunt, id est sine certa licentia episcoporum vel abbatum diripiunt vel ab aliqua persona accipiunt, non solum ab apostolica sede hoc tempore, verum etiam a multis sanctis patribus, sicut in scriptis eorum repperimus, ...[b] Verum utcunque se res habeat, saluti tue interne[c] providere non modo ex antiqua tui dilectione monemur, verum etiam ex suscepti honoris immo laboris intuitu profecto compellimur, eoque magis, quod multorum profectui tua sublimitas esse potest exemplum. Neque enim hoc

---

80. *ff)* ‚gratia obfirmantes' *B1—C.* — *gg)* ‚Swatobor' *C, D.* — *hh)* ‚Bruunensis' *B1;* ‚Brnunensis *B2 ubi* ‚u' *et* ‚e' *correxit alia manus alio atramento;* ‚Brunensis' *C.* — *ii)* ‚Meguardus' *B,1 B,2* ‚Maynradus' *C.* — *kk)* ‚addimus et rei obfirmandae gratia testes adnotavimus, quorum nomina sunt haec; in villa quae vocatur Ugerczy tria aratra cum aratoribus duobus, decem equos donavimus; testes Swatobor, Brunensis abbas Marquardus et Vitus abbas . . .' *D.* — *ll)* ‚Ben' *deest D.* — *mm)* ‚Praeda' *B1, B2;* ‚Breda' *D.* — *nn)* ‚item' *B1, B2, C.*

[2]) *Autographum privilegii huius sigillo ducis, in membranae latere sinistro impresso, munitum fuisse, exordium transsumpti a capitulo Olomucensi, anno 1527 facti, refert; vide Teige, Zpráva pag. 25.*

81. *a) caracteribus maiusculis rubro colore scriptum. Praefigitur litterae rubricata inscriptio haec:* ‚Duci Boemiorum.' — *b) Hic* ‚condemnantur' *vel simile excidisse patet, quare puncta interposui.* — *c) an* ‚eterne' *corrigendum? Jaffé.*

[1]) *Scilicet salutationem.*

tibi relinquitur vel dicere vel cogitare: ‚Meum non est, alienam vitam vel mores in spiritualibus exquirere sive distringere'; procul dubio nanque[d] tantorum reus existis, quantorum vias ab interitus precipitio poteras volens[e] reflectere. Illud quoque vigili mente pertractes, oportet: ne honorem tuum divino honori seu pecuniam preponas iustitię; neu, quod in te cinerem a subdito, tibi consimili, fieri non sine gravi animadversione patereris, in creatorem tuum et omnium presumi ęquanimiter feras. Indubitanter etenim non dei sed diaboli membra et falsi christiani convincuntur, qui suas iniurias persecuntur usque ad sanguinem, et dei contumelias negligunt usque ad oblivionem. Divitias autem, potentia tua quas habet, non ob meritum datas, sed ob sollicitudinem putare debet sibi commissas. Denique non tantum secularibus honeri[f] videtur inopia, quantum spirituales viros gravant divitię, simul etiam diffusa potestas. Perpendunt quippe, si ille, cui una ovis sub necis suę conditione committitur, non solum centum eodem pacto non cuperet recipere, verum etiam illam, ne aliquo casu dispereat, haud sine timore sollicitus est observare, quod sibi tanto sit inremissius vigilandum magisque timendum, quanto super plures curam seu potestatem accipiunt. His ita perspectis, ad maiorem te mentis vigilantiam presentis seculi fugacitas invitat; et cum illud, quod in hac luce magis diligitur, vita scilicet presens, ad occasum furtim festinet, profecto, quo magis ad districti examinis diem propinquas, eo amplius ad ęterna promeditanda et adipiscenda te sana ratio mittit. Hec itaque nostra monita sive mandata volumus immo iubemus, ut ante suę mentis oculos excellentia tua sępius ponat et crebrius legendo, audiendo meditetur; non quod elegantius scripta nequeas in sanctorum paginis invenire, sed quia hęc ad te specialiter ex nobis, immo ex beato Petro missa sunt, et ista frequentius recogitando poteris deo propitiante ad potiora cognoscenda exurgere. Quia vero nobilitas tua postulavit, quod[g] secundum Sclavonicam linguam apud vos divinum celebrari annueremus officium, scias nos huic petitioni tuę nequaquam posse favere. Ex hoc nempe sępe volventibus liquet, non immerito sacram scripturam omnipotenti deo placuisse quibusdam locis esse occultam:[2] ne, si ad liquidum cunctis pateret, forte vilesceret et subiaceret despectui aut, prave intellecta a mediocribus, in errorem induceret. Neque enim ad excusationem iuvat, quod quidam religiosi viri hoc, quod simpliciter populus querit, patienter tulerunt seu incorrectum dimiserunt; cum primitiva ecclesia multa dissimulaverit, quę a sanctis patribus postmodum, firmata christianitate et religione crescente, subtili examinatione correcta sunt. Unde, ne id fiat, quod a vestris imprudenter exposcitur, auctoritate beati Petri inhibemus, teque ad honorem omnipotentis dei huic vane temeritati viribus totius resistere precipimus. De legato autem nostro, quem mitti ad se devotio tua poposcit, noveris item, nos preces tuas ad presens commodę efficere minime potuisse. Tamen in hoc anno divina favente

81. *d) ita cod.* — *e)* ‚nolens' *perperam corrigit Jaffé.* — *f) ita cod.* — *g)* ‚quo' *cod.*

[2]) *Coniuge sic:* ‚Ex hoc nempe scripturam occultam esse placuisse deo, liquet.'

clementia tales procurabimus invenire personas, quę et negociis vestris valeant utiliter deputari et necessitudines vestras plenius cognoscentes ad notitiam nostram deducere. Ut ergo tute possimus ad vos legatos nostros dirigere, necesse arbitramur et volumus, ut filium nostrum Fredericum[3] et hunc Felicem[4] ad nos iterum studeas aut horum alterum mittere, quatinus ita possint, quo destinabimus, secure venire. Data Rome IIII nonas ianuarii, indictione III.

82.

Heinricus IV., Romanorum rex, cuidam fideli suo, Chitele dicto, tres villas in pago Chutici,[1] in comitatu Ekberti II, marchionis Misniae, donat, petente Berta coniuge sua, Sigifrido episcopo Augustensi et Vratislao duce Bohemorum.

Ratisbonae 1081 mart. 18.

Apographum autographi instar manu s. XII delineatum in tabulario regio Dresdensi.

Stumpf, Acta imperii adhuc inedita (Reichskanzler tom. III) pag. 77, num. 74. — Imago phototypica ap. Sybel et Sickel, Kaiserurkk. in Abbildungen, fasc. II, tab. 25. — Stumpf, Reg. 2828.

De notis temporis et diplomatis fide confer ea, quae commentatus est Posse, Die Markgrafen v. Meissen u. das Haus Wettin, pag. 188, not. 102. (= Cod. dipl. Saxoniae regiae I Hauptth., tom. I, pag. 101 not. 102). — Bresslau in Kaiserurkk. in Abbild. Text, pag. 36—37, diplomatis argumentum adulteratum esse censet. Cum autem notae temporis et petentium nomina ex iusto quodam documento Heinrici IV depromptae sint, excerptum nostrum hic intexere placuit. — Vide etiam Meyer v. Knonau, Jahrb. d. deutsch. Reiches unter Heinr. IV. u. Heinr. V. tom. III, pag. 350 sq. et not. 5.

83.

Vratislaus, dux Bohemiae, monasterio sancti Johannis Bapt. in Ostrov villas Krňany, Všetice et Nové Sedlo donat. *[1061—1085 iun. 15].*

Memoria donationis traditur in privilegio Premislai Otakari I regis anno 1205 ian. 17 dato, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur (A).

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 153. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 189, num. 204 — Erben, Reg. I, pag. 81, num. 177.

De fide memoriae cf. ea, quae superius ad num. 40 et 46 adnotavimus.

Wratislaus, dux Bohemorum, succedens in paternum solium, non mediocriter cepit insudare, qualiter locum beati Johannis Baptiste, quod est Ostrow, dilataret, et ob memoriam sui antecessorumque suorum multa utilia in diversis

81. [3]) *Filium Spitignei II, ducis Boh.* — [4]) *Serius episcopum Misnensem.*
82. [1]) *De pago Chutici vid. Cod. dipl. Sax. I Hauptth., tom. I. pag. 189.*

locis contulit, id est: villam Chrynany,[1] aliam quoque villam Wsetycyh,[2] villam quoque, que[a] dicitur Nouesedlo.[3]

84.

Wezilo, archiepiscopus Maguntinus, apud Clementem III antipapam excusare conatur Vratislaum, regem Bohemiae et Poloniae, quod titulum regis assumpserit. *[1085 post iun. 15.]*

Pez, Thesaurus anecdot. VI, 1, col. 288, num. 73 (e codice ms. quondam bibl. s. Emmerammi Ratisbon. nunc deperdito). = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 507. = Bielowski, Monum. Poloniae hist. I, pag. 374. (ad a. c. 1087). = Erben, Reg. I, pag. 71, num. 165. — Will., Reg. archiep. Magunt. I, pag. 222, num. 17.

De tempore cf. Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz. III,5 pag. 1181, qui epistolam hanc primus recte explicavit. Vide etiam Lewicki, Wratysław II czeski królem polskim (Sprawozdanie c. k. gimnazyum v Przemyślu 1876) pag. 7 sq.; Meyer v. Knonau, Jahrbücher d. deutsch. Reiches unter Heinr. IV. u. Heinr. V, tom. IV, pag. 167 nota 12, 13,

Domno venerabili C.[1] ac vere sanctissimo primae sedis antistiti W.,[2] id quod est gratia dei, debitam ut summo sacerdoti subiectionem et sedulam ut tanto patri devotionem. Altissimus ille dominorum[a] dominus, qui coelestis militiae ordines ita disposuit, ut alter alteri praeemineat et ad obsequium conditoris minor dignitas maiori pareat, ipse in ecclesia sua ita distinxit coelos suos opera digitorum suorum, ut sicut stella differt ab stella in claritate, ita alter alterum praecedat excellentiae dignitate. Hanc autem graduum officiorumque diversitatem ita ad unam reducit concordiam unitas charitatis, ut sicut in sanctis angelis ita et hic non sit invidia imparis claritatis. Quia ergo idem altissimus vos, mi reverende pater, constituit in hac arce praelationis, ut vice magni illius Petri sitis caput totius ecclesiasticae potestatis, iure se vobis inferior omnis ordo submittit, merito membrorum articulata connexio vobis ut capiti obedit. Unde noverit excellentia vestra, quam intimo affectu nos respicimus sanctissimum apostolatum vestrum et peculiari reverentia, et ut vestrae sanctitatis auctoritas inter seculi turbines incolumi tranquillitate componatur, cottidianam deo orationum et supplicationum offerimus instantiam. Significavit autem nobis rex Boloniorum,[3] ut ita

83. *a)* ‚que' *ab ipso scriptore suppletum A.*

[1]) *Kňany prope Neveklov, distr. pol. Benešov (Beneschau).* - [2]) *Všetice prope Neveklov.* — [3]) *Ubi vicus hic quaerendus sit, nescio,*

84. *a)* ‚deorum' *Pez.*

[1]) *Clementi III.* — [2]) *Wezilo archiep. Magunt. (1084—1088). Pez eumque secuti ceteri editores sigillo W. Wratislaum, Bohemiae regem, significari perperam suspicantur.* — [3]) *Köhncke, Wibert von Ravenna, pag. 115, nota 1 hic* ‚rex Boemiorum' *corrigendum esse putat. Quae emendatio supervacanea est, cum Wratislaum, regem Bohemiae, etiam titulum regis Poloniae accepisse illa acclamatio doceat, quam Cosmas lib. II, c. 38 refert:* ‚Wratizlao regi tam Boemico tam Polonico, magnifico et pacifico, a deo coronato vita, salus et victoria.' *(Font. rer. Boh. II, pag. 118).*

dicamus salva vestri reverentia, immo humiliter implorat familiari devotione, quia offendisset vestrae serenitatis clementiam magis hac sola nominis simplicitate, quam alicuius importunitatis conscientia. Et quia sperat nostrae humilitatis sedulitatem speciali respectu erga vos profuturam sibi et utilem, desiderio desiderat nos pro eo porrigere dignam satisfactionis excusationem. Intimamus itaque paternitati vestrae de eodem supplici vestro, nostro filiolo, quia quicquid in hac re factum est, ex praecepto filii vestri, domni imperatoris, et totius regni consensu et astipulatione definitum est. Nec immerito. Quis enim in praesenti tribulatione se opposuit tot et tantis periculis pro imperiali incolumitate, pro regni sublimitate, pro singulari vestrae apostolicae sedis reverentia et stabilitate? Omnis ordo, omnis dignitas, omnis denique religio inimicorum pedibus attrita fuisset, nisi eius fideli ac fiduciali constantia in omnibus et prae omnibus viriliter restitisset. Pater sancte, hoc cogitate, id adtendite, et in hoc concordant omnia iudicia, quia si copia suppeteret, ipsum fore dignissimum ampliori honore et gratia. Non ergo loquatur dominus noster contra servum suum durius vel aspere, quia utilis est ipse deo et ecclesiae necnon domno imperatori ac vestrae excellentiae. Imploramus igitur vestram benivolentiam, ut huius rei negotium in nostram deponatis diligentiam. Quia ecce coram deo utilem et obedientem vobis et ecclesiae vestrae habebitis eum in omni vestri beneplacito. Qui vos praevenit in benedictione dulcedinis, ponat super vos coronam aeternae beatitudinis.

85.

Hartwicus, archiepiscopus Magdeburgensis, Vratislao regiam dignitatem congratulatur eumque rogat, ne Bennonem episcopum, in synodo Maguntina damnatum, in sedem Misnensem recipi patiatur. *[1085 post iul. 13.]*

Pez, Thesaurus anecdotor. VI, 1, col. 289, num. 74. = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 535. = J. Chr. Adelung, Directorium, pag. 70, num. 189 (reg.) = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 178, num. 196. = Erben, Reg. I, pag. 77, num. 174. = Cod. dipl. Saxoniae regiae II Hauptth., I, pag. 40, num. 36 = Cod. Sax. regiae I Hauptth., I, pag. 347, num. 158.

De tempore epistolae cf. Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaisz.5 III, pag. 1181. Circa mensem iulium vel augustum anni 1086 scriptam esse putat Langer, Bischof Benno von Meissen, in Mitth. d. Vereins f. Gesch. d. St. Meissen I, fasc. 5, pag. 20. Cf. Meyer von Knonau, Jahrb. d. deutsch. Reiches unter Heinr. IV. u. V., tom. IV, pag. 166 nota 11 et pag. 53 nota 97.

Domno W.,[1] regi gloriosissimo, armis et fide erga imperatorem nostrum, quodque his excellentius est, pietate erga deum praestantissimo, H.,[2] dei gratia Magadaburgensis archiepiscopus, manu domini auxiliari et brachio eius confir-

85. [1]) *Wratislao.* — [2]) *Hartwicus, prius abbas Hersfeldensis, anno 1085 iul. 13 in archiepiscopum consecratus.*

mari. Ex quo primum virtutum tuarum notitia tanquam suavissimo odore afflati sumus, semper occasionem quaerentes fuimus, qua studium nostrum erga tuum obsequium probaremus. Interim placuit deo pro earundem virtutum merito adiutorium super potentem ponere et electum de plebe sua exaltare. Et nos revelata divinitus nobis auricula, cum Samuele implevimus cornu nostrum oleo exultationis ad unguendum electum domini prae participibus suis.[3] Parati quidem fuimus, sed cum non admissi, tractare supervacuum putavimus. Hoc autem pro certo sciat dignitas tua, quia extremi non sumus inter eos, qui fastigium virgae tuae honorant et qui pro statu regni tui deum assiduis precibus interpellant. Notum autem facimus excellentiae tuae, Benonem, quondam Misinensem episcopum, sed in synodo Mongontina[4] damnatum, ad nos venisse perhibentem se a domno papa reconciliatum esse. Cuius verbis intendere indignum duximus, tum quia nullum certae reconciliationis signum a domno apostolico attulerit, tum propter Felicem tuum, immo nostrum, qui eius sedi iam canonice successit. Et nunc audivimus eundem Benonem per suos fautores modis omnibus conari de improviso antiquae surrepere sedi. Quapropter tuae sit providentiae conatum eius anticipare, nec dare cornu peccatori, ne eo reprobato, qui ob gratiam tui est inthronizatus,[5] ille recipiatur, qui iustis ex causis in Mogontina synodo est damnatus.[6] Pistorem, super quo nos rogasti, misimus tibi cum instrumentis suis et munusculis nostris, quae tuae dignitati quidem non sunt congrua, sed tamen secundum paupertatem nostram pensanda. De caetero pro salute tua et pro stabilitate regni tui levantes orationem ad dominum, dicimus assidue: ‚Domine, salvum fac regem et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.‘ [7]

86.

Henricus IV., Romanorum imperator, episcopatus Moraviae cum Pragensi episcopatu reconciliationem confirmat et antiquos episcopatus Pragensis terminos accurate perscribit. *Ratisbonae 1086 apr. 29.*

Apographum autographi instar manu saec. XII delineatum in tabulario generali regni Bavariae Monachi (B). Alterum apographum imperfectum exstat apud Cosmam, Chron. Boh. lib. II, cap. 37 (C.)

Goldast, De regni Bohemiae . . . iuribus ac privilegiis . . . commentarii (Frankf. 1627) App. pag. 18 (ex C). — Lünig, Teutsches Reichsarchiv, VI^b pars spec. continuatio I, Fortsetzg. 1, pag. 230, num. 231 (ex C). — Balbin, Miscell. hist. Boh. dec. I, lib. VI, pag. 11,

85. [3]) *Cf. Hebr. I, 9: ‚unxit te deus . . . oleo exultationis prae participibus tuis.‘* — [4]) *1085 exeunte mense aprili et ineunte maio habita; v. Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag, 220, num. 7.; cf. Meyer v. Knonau op. l. IV, pag. 21 sq. et 548 sq.* [5]) *I. e. Felix.* — [6]) *I. e. Benno. Petitio haec frustra fuit, nam Bennonem iam ante annum 1088 ad episcopatum suum reversum esse patet ex Cosmae Chron. lib. II, c. 40.* — [7]) *Psalm. XIX, 10.*

num. 9 (ex C). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 172, num. 192 (ex C). — Köhler, Cod. dipl. Lusatiae sup. I, pag. 13, num. 6 (ex C). — Erben, Reg. I, pag. 73, num. 167 (ex C). — Jireček, Cod. iuris Bohem. I, pag. 21, num. 13 (ex C). — Stumpf, Acta imperii (= Reichskanzler III), pag. 79, num. 76 (ex B) = Kalousek, Druhá kopie cís. listiny dané 29 dub. 1086 in Zprávy o zasedání kr. České spol. nauk, 1883, pag. 114.

De diplomate inter viros doctos ambigitur. Fidem negat Bachmann, Cosmas und die Urkunde K. Heinrichs IV, in Mittheil. d. Instit. f. österr. Gesch. XXI, 1900, pag. 209 sq., qui diploma a Jaromiro episcopo confectum esse perperam contendit. — Gravior nondumque ad finem perducta est controversia de antiquorum episcopatus Pragensis finium descriptione, quae Cosma auctore ex antiquo quodam documento a Jaromiro episcopo in synodo Maguntiae anno 1085 prolato recepta est. Descriptionis huius veritatem primus in dubitationem vocavit Bandtkie, Erläuterung d. Urk. K. Heinr. IV über d. Vereinigung d. Bisthümer Prag u. Olmütz 1086, in Schlesisch. Provinzbl. 1831, pag. 395. Documentum a Jaromiro prolatum, ad quod finium descriptio est revocanda, falsum esse demonstrat etiam Dümmler, Piligrim v. Passau, pag. 174 sq. Cuius quidem sententiam novis additis argumentis receperunt Zeissberg, Miseco I (Mieczysław), der erste christliche Beherrscher der Polen, in Arch. f. österr. Gesch. XXXVIII, pag. 25 sq. et Loserth, Der Umfang d. böhm. Reiches unter Boleslav II, in Mitth. d. Instit. f. österr. Gesch. II, 1881, pag. 15 sq. Quae Loserth contra diploma protulit, refutat Kalousek, O rozsahu říše české za Boleslava II, in Sborník historický I, 1883, pag. 1 sq. et 97 sq., ubi etiam locorum nomina, quae in diplomate occurrunt, optima adhuc ratione explicantur. [Aliam nominum interpretationem dedit Palacký, Dějiny,[3] I, 1, pag. 252, nota 245]. Gravissima commentationis suae argumenta Kalousek etiam germanice prosecutus est in Sitzungs-Ber. d. kgl. böhm. Ges. d. Wiss. 1883, pag. 26. Nuper Bretholz, Mähren und das Reich H. Boleslavs II, in Arch. f. österr. Gesch. LXXXII (1895) pag. 137 sq., descriptionem finium narrationi cuidam de vita s. Adalberti depromptam esse putavit; cuius opinionem contemnit Kalousek in Český časop. hist. II (1896), pag. 47. Quae postea viri docti contra finium descriptionem protulerunt, confutat Kalousek, Kontroversy souvislé se založením biskupství Pražského, in Český časopis hist. I, pag. 75 sq. et O listině císaře Jindřicha z roku 1086, ibid. VIII, pag. 257 sq. Tamen Potkański, Przywilej z 1086 roku, in Kwartalnik histor. XVII, 1903, pag. 1 sq., denuo descriptionem nullo modo genuinam esse posse probare conatur. Commentationum, quae ad controversiam referuntur, uberiorem conspectum dedit Pekař, K sporu o zakládací listinu biskupství Pražského, in Český časop. hist. X, pag. 45 sq.; qui sub finem descriptionis illam partem, quae sit a verbis „Inde ad orientem“ *ex Jaromiri episcopi falso originem ducere iudicat.*

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Henricus,[a] divina favente clementia Romanorum tercius[b] imperator augustus. Regio nomini et imperatorię dignitati congruere ‖ novimus, ut ęcclesiarum dei utilitatibus ubique opitulantes dampna vel iniurias earum, quacumque necesse fuerit, propulsemus. Quapropter universis dei nostrique[c] fidelibus tam futuris quam presentibus ‖ notum esse volumus, qualiter noster[d] Bragensis[e] episcopus Gebehardvs[a] sepe confratribus suis et coepiscopis cęterisque principibus nostris ac novissime nobis conquestus est, quod Bragensis episcopatus, qui ab ‖ inicio per totum Boemię ac Marauię[f] ducatum unus[g] et integer constitutus et tam a papa Benedicto quam a primo Ottone[a]

86. *a) litteris maiusculis scriptum B. — b)* ‚tercius‘ *deest C. — c)* ‚nostrique regni‘ *C. — d)* ‚fidelis noster‘ *C. — e)* ‚Pragensis‘ *C. — f)* ‚Moravię‘ *C. — g)* ‚unū‘ *B.*

imperatore sic confirmatus est, postea sine[h] antecessorum suorum suoque[i] consensu sola dominantium potestate subinthronizato[k] intra terminos eius novo episcopo divisus esset et imminutus. Qui[l] cum Mogontię[m] coram legatis apostolicę sedis, presentibus nobis ac[n] plerisque regni nostri obtimatibus, eandem querimoniam intulisset, ab archiepiscopis Wezelino[a] Mogontino, Sigewino[a] Coloniensi, Eilberto[a] Treuerensi, Liemaro[a] Bremensi, ab episcopis quoque Theoderico[a] Wirdinensi, Cǒnrado[a] Traiectensi, V̊dalrico[a] Eistetensi, Ottone[a] Ratisponensi cum assensu laicorum: ducis Boemiorum Wratizlai et fratris eius Cv̊nradi,[a] ducis Friderici,[a] ducis Liudaldi,[a] palatini comitis Rabodonis[a] et omnium, qui ibidem convenerant, primitiva illa parrochia cum omni terminorum suorum ambitu Bragensi sedi est adiudicata.[o] Termini autem eius occidentem versus hii sunt. Tugust[1] quę tendit ad medium fluminis Chub,[2] Zedlza et Lusanę et Dazana, Liutomerici, Lemuzi usque ad mediam silvam, qua Boemia limitatur. Deinde ad aquilonem hi sunt termini: Pssouane, Chrouati et altera Chrowati, Zlasane, Trebouane, Pobarane, Dedosize usque ad mediam silvam, qua Milcianorum[p] occurrunt termini. Inde ad orientem hos fluvios habet terminos: Bug[3] scilicet et Ztir[4] cum Gracouua[5] civitate provintiaque, cui Uuag[6] nomen est, cum omnibus regionibus ad predictam urbem pertinentibus, quę Gracouua est. Inde Ungrorum limitibus additis usque ad montes, quibus nomen est Triti,[7] dilatata procedit. Deinde in ea parte, quę meridiem respicit, addita regione Morowia usque ad flumen,[q] cui nomen est Wag, et ad mediam silvam,[r] cui nomen est Mǒre,[a 8] et eiusdem montis eadem parrochia tendit, qua Bauuaria limitatur. Mediantibus itaque nobis et communi principum[s] aspirante suffragio peractum est, ut dux Boemie Wratizlavs[a] et frater eius Cvonradvs[a] supradicto Bragensi episcopo fratri suo parrochiam iudiciario ordine requisitam ex integro reprofiterentur et redderent. Proinde nos rogatu[t] eiusdem episcopi racionabiliter inducti, Bragensis episcopatus redintegrationem nostrę imperialis auctoritatis edicto illi et succesoribus eius confirmamus et stabilimus, inviolabiliter decernentes, ne ulla post hac cuiuslibet condicionis persona vel ulla societas hominum Bragensi ęcclesię quicquam sui iuris in[u] prenotatis terminis alienare presumat. Cuius redintegrationis et confir-

86. *h)* ‚sine' *deest C.* — *i)* ‚suoque' *deest C.* — *k)* ‚h' *eod. atramento superscriptum B.* — *l) in loco raso correctum ex* ‚Quod' *B.* — *m)* ‚Mogontinę' *B, [ubi* ‚ę' *ex* ‚o' *corr.];* ‚Maguntię' *C.* — *n)* ‚ac' *ead. manu superscriptum B.* — *o)* ‚adiud' *in loco raso B.* — *p)* ‚c' *ex* ‚i' *eod. atram. corr. B.* — *q)* ‚fluvium' *C.* — *r)* ‚medias silvas' *B.* — *s) ex* ‚principiū' *radendo corr. B.* — *t)* ‚rogati' *B.* — *u)* ‚im' *B.*

[1]) *Domažlice, germ. Taus.* — [2]) *Chamb, boh. Chub vel Kouba, fl. Bavariae.* — *De sequentium provinciarum Bohemiae situ vide ea, quae disserit Kalousek in Sborník historický I (1883), pag. 98 sq.* — [3]) *Bug, fl. Galiciae.* — [4]) *Styr, fl. Galiciae orientalis.* — [5]) *Krakov, germ. Krakau, urbs Galiciae.* — [6]) *Regio apud Váh, germ. Waag, fl. Hungariae, qui ap. Komárno (Komorn) Danubio influit.* — [7]) *Tatry, germ. Tatra, montes Hungariae septentr.* — [8]) *Montes ap. Mailberg in Austria Inferiore, a flumine Bulka meridiem versus.*

mationis auctoritas ut omni evo stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscribi,[v] quam, sicut infra apparet, manu propria roborantes inpressione sigilli nostri iussimus insigniri.

§ Signum[x] domni Henrici tercii Romanorum imperatoris augusti. § *(M. et S. sp.)*

§ Herimannus cancellarius vice Wezelonis[y] archicancellarii recognovit[z] § *(S. R.[aa])*.

Data III kalendas maii, anno ab incarnatione domini MLXXXVI, indictione VIII, anno autem domini Henrici, regni quidem XXXII, imperii vero III. Actum[bb] Ratispone in Christi nomine feliciter amen.

87.

Clemens III antipapa episcopatus Pragensis antiquos terminos ab Henrico IV imperatore definitos confirmat. *[1086].*

Bullam hanc deperditam Cosmas, Chron. Boh. lib. II, c. 38 his verbis commemorat: ‚Similiter eodem anno Heinrico imperatore demandante et Maguntino archiepiscopo Wezlone interveniente per legatos apostolici, qui eidem interfuerunt concilio *[i. e. Maguntinensi]*, domnus Clemens papa secundum praedictos terminos suo privilegio corroborat Pragensem episcopatum, id efflagitante et suggerente Gebehardo episcopo per suum capellanum nomine Albinum, quem cum legatis apostolici ex Maguntia hac de eadem causa miserat Romam'. *(Fontes rer. Bohem. II, pag. 118). — Erben, Reg. I, pag. 74, num. 168. — Jaffé, Reg. pontif.[2] num. 5325*

88.

Benedictus, abbas Scotorum Ratisbonae, Vratislaum, regem Bohemiae, in bellum proficiscentem suis suorumque piis votis pro fausto expeditionis exitu prosequitur. *[1087.]*

Pez, Thesaurus anecd. VI, 1, col. 290, num. 75 (ex cod. quondam bibl. s. Emmerammi Ratisbon. nunc deperdito) = Dobner, Annales Hageciani V, pag. 571 (extr.) = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 186, num. 201; = Erben, Reg. I, pag. 81, num, 178.

Dobner eumque secuti ceteri editores epistolam hanc anno 1091 vel 1090 scriptam esse censent, quam opinionem etiam Dudik, Gesch. Mährens II, pag. 447 approbat. Sententia haec autem vitiosa est, cum expeditio, cuius in epistola mentio fit, nulla alia esse possit quam illa aestate anni 1087 contra Egbertum, marchionem Misniae, suscepta (cf. Giesebrecht Gesch. d. deutsch. Kaiserz.[5] III, pag. 1181). Expeditionem Wratislai in Moraviam contra Conradum ducem anno 1090 factam hoc loco suspicari, plane impossibile est, cum illo anno Benedictus abbas iam mortuus esset (v. Wattenbach in Zeitschr. f. christl. Archäologie und Kunst I, pag. 28). — Vide etiam Meyer v. Knonau, Jahrb. d. deutsch. Reiches unter Heinr. IV u. Heinr. V, tom. IV, pag. 173, not. 21.

86. *v)* ‚conscripsi' *B.* — *x)* ‚Signum — recognovit' *deest C.* — *y)* ‚Mezedonis' *B.* — *z)* ‚reconsignavit' *B.* — *aa) signo recognitionis litteris maiusculis inscriptum est:* ‚Ydea Eerimanni kankelarii.' — *bb)* ‚Actum — amen' *deest C.*

Clarissimo regi W.,[1] regali diademate adornato, Benedictus Christi peregrinorum servus, caeterique omnes, qui sunt Radispone peregrini, cuncta praesentis vitae prospera et futurae sine fine mansura praemia. Verba legationis tuae dulcissimae gratanter suscepimus et libenter quae postulasti implere decrevimus. Semper quidem, ut decet, pro tua tuorumque salute votiva ac fida ab omnibus fit oratio, sed modo, cum te in expeditionem cum exercitu exire, gentium quoque feritatem contra te insanire audivimus, super impensum solitum nostrae devotionis hoc facere decrevimus: totum psalterium ab omnibus cottidie implere, missam etiam ad hoc pertinentem communiter celebrare, sed et crucem cum letania portare, ieiunium quoque ab omnibus praeter infirmos tribus diebus in septimana implere. Et haec diligenter fieri decrevimus, donec auxiliante Christo dominus noster victor cum gaudio revertatur in pace. Deum, charissime, qui tibi tribuit honorem, time atque eius mandata, ut possis, custodi. Judas Machabeus cum perfecte timebat dominum, cum paucis superabat gentes. Gedeon quoque tribuens honorem deo cum tricentis tantum viris Madianitas usque ad internecionem pene prostravit.

89.

Monasterii Hersfeldensis monachi, ad inopiam redacti et ab hostibus devastati, a rege Vratislao auxilium et elemosynam petunt. *[1087.]*

Pez, Thesaurus anecd. VI, 1, col. 292, num. 77 (ex cod. ms. quondam bibl. s. Emmerammi Ratisbon. nunc deperdito). = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 573 (extr.) = Erben, Reg. I, pag. 82, num. 181.

Epistolam hanc cur ad ann. 1091 posuerint Dobner et Erben l. l., nescio. Mihi quidem sub finem anni 1087 scripta esse videtur, cum verisimillimum sit, depopulationes, quae in ea commemorantur, bello Henrici IV contra Egbertum marchionem Misniae hoc anno factas esse. Conf. Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz.5 III, pag. 624. — Langer in Mitth. d. Vereins f. Gesch. d. Stadt Meissen I, fasc. 5, pag. 24, nota 42 epistolae auctorem eundem Hartwicum esse putat, qui epistolam num. 85 scripsit. Quam sententiam approbare non possum.

Regi glorioso[1] paupercula et misera Herveldensis congregatio orationes suas assiduas, deo utinam acceptas. Consideratis virtutibus tuis, quod erga imperatorem nostrum et omnem rem publicam exstitisti fidelis, propter quod et ‚unxit te deus, deus tuus, oleo exultationis prae participibus tuis,'[2] in spem inducti sumus non sine fructu consolationis pandere tibi nostras afflictiones. Ecce enim hac, quam nosti et cui saepe numero interfuisti, bellicae tempestatis rabie paulatim attriti, ad nihilum iam sumus omnino redacti, dum in confinio positi utriusque tumultuantis populi utrobique sumus depopulatione expositi.[a] Hac ne-

88. [1]) *Vratislao.*

89. *a)* ‚expositi' *addidit Pez.*

[1]) *Vratislao.* — [2]) *Hebr. I, 9.*

cessitate compulsi, quicquid in thesauris domus domini invenimus, vitae consulendo totum iam consumpsimus, dum arcam dei, quam calcitrantes boves inclinaverant, ecclesiam videlicet, cui deo auctore deservimus, retinere cupimus, dum divinas excubias non sponte relinquimus, dum inviti militiae nostrae abdicamus. Quapropter cum fiducia ad thronum gratiae tuae accedimus, ut misericordiam consequamur et tuae liberalitatis beneficio alicuius supplementi gratiam in monimentum benivolentiae tuae in auxilio opportuno inveniamus. Paratus est hanc vicissitudinem remunerare digna remuneratione, qui et praedictis virtutibus tuis tibi contulit sceptrum regni et sedem gloriae, adiutorium super potentem ponendo et electum de plebe sua exaltando.

90.

Wezilo, archiepiscopus Maguntinus, Vratislao, Poloniae (et Bohemiae) regi, significat imperatorem ei favere; cui ut fidem servet, hortatur. Monet, ne Saxoniae episcopis fidat, rogatque, ut fratri episcopo reconcilietur. *[cc. 1088.]*

Pez, Thesaurus anecdot. VI, 1, col. 296, num. 81 (ex cod. ms. quondam bibl. s. Emmerammi Ratisbon. nunc deperdito). = Dobner, Annales Hagec. V, pag, 527. = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 177, num. 195. = Bielowski, Monum. Poloniae hist. I, pag. 364 (ad an. cc. 1074). = Erben, Reg. I, pag. 74, num. 169. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 223, num. 20.

Epistolam hanc primus recte explicavit Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz.[5] III, pag. 1182. — Vide etiam Lewicki, Wratysław II czeski królem polskim, (Sprawozdanie c. k. gimnazyum v Przemyślu 1876) pag. 10 sq. — Epistola haec anno 1088 scripta esse videtur, cum colloquium regis cum episcopis Saxoniae, cuius in ea mentio fit, eodem tempore verisimillime habitum sit, quo Vratislaus (teste Cosmae Chron. lib. II, c. 40) iterum cum suo exercitu Misniam intravit. Cf. Meyer v. Knonau, Jahrb. d. deutsch. Reiches unter Heinr. IV. u. Heinr. V., tom. IV., pag. 207 not. 27.

Glorioso Boloniorum regi W,[a] [1] tam venerando quam desiderabili, W.,[2] gratia dei quod est, dilectionem, quam pater unanimi filio, et orationis iuge sacrificium cum intima devotione et servitio. Si cardo rerum vestrarum sub pacis et tranquillitatis versatur iocunditate, nec malignantium improbitas obnubilat animi vestri serenitatem aliqua laesione, gaudemus cum amicis vestris omnibus, et si quid veri de nobis possumus promittere, specialiter etiam prae omnibus promittimus.[b] Significatum est autem nobis per legationis vestrae dulcedinem, quasi dominus noster imperator commutasse[c] videatur erga vos affectum animi sui et qualitatem, nec ea serenitate vos arrideat eius clementia, ut possitis sperare de eo consuetae gratiae et saluti viciniora. Hoc equidem ecce coram deo nec scimus nec ullo modo persentire possumus, sed illud sub Christi testimonio liquido

90. *a)* ‚O' *Pez. Correxit Giesebrecht.* — *b)* ‚promittimus' *addidi.* — *c)* ‚comutasse' *Pez.*
¹) *Vratislao.* — ²) *Wezilo, archiepiscopus Maguntinus.*

confirmamus, quia paucos aut nullum habet in imperio, quem maiori respiciat gratia et dilectionis privilegio. Unde monemus vestram dilectionem, ut et vos parem ei referatis fidei et veritatis vicissitudinem, apud deum et homines debitam conservetis ei perseverantiae stabilitatem. Quod autem invitastis nos ad sollemne charitatis vestrae tripudium, attulit nobis cum summa gratiarum actione exultationem et gaudium. Sed non sunt ea tranquillitatis tempora, ut vel velint vel possint carere nostri[d] regni negotia. Si vero visitaverit nos in pacis lenitate oriens ex alto, cum omni devotione veniemus ad vos sub obtentu vestri honoris et dei servitio. Relatum est etiam nobis, quia colloquium habueritis cum seductoribus illis Saxonum non episcopis, sed vere apostatis, qui simulata pacis conditione[e] conantur infigere aculeum durae deceptionis. Monemus itaque diligentiam vestram, ne in promissione eorum aliquam habeatis certitudinis fiduciam, quia summa amentia est in eorum verbis spem habere, quorum perfidia tociens deceptus sis. Audivimus quoque, quia inter vos et fratrem vestrum episcopum[3] sit aliqua dissensionis macula;[4] et quantum iocunditatis priorum legatio, tantum tristitiae attulit nobis huius amaritudinis infamia. Rogamus et obsecramus in domino Jesu, ut divino terrore et nostra ammonitione sopiatur inter vos omne dissensionis scandalum, donec nos sequestra pace aliquod devotionis et studii adhibeamus[f] consilium. Faciat et perficiat in vobis deus cepta sua, adaugeat et cumulet in vobis dona sua. Neque enim hoc perficere magnum est omnipotenti dexterae, quae supra quam petimus aut intelligimus potens est et facere.

91.

Vratislaus, rex Bohemiae, monasterio sancti Johannis Bapt. in Ostrov diversa vestimenta et villas Stašov et Žiňany confert. *[1085—1089 iun. 26].*

Memoria donationis traditur in privilegio Premislai Otakari I regis, anno 1205 ian. 17 dato, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur, (A).

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 153. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 189, num. 204. — Erben, Reg. I, pag. 81, num. 177.

De memoriae huius fide cf. ea, quae ad num. 40 et 46 adnotavimus.

Hic Wratislaus postposito nomine ducis, rex apellatus, multa ecclesie prefate donaria dedit, casulas et pallia et alium ornatum in diversos usus; villam eciam Stasowye[1] dedit, insuper et Zynias[a] [2] terram plus quam ad decem aratra cum silva. Qui rex, ut prudens homo, precavens in futurum, ne quis emulus

90. *d) Cave hoc pronomen coniungas cum sequenti genitivo. — e) Ita correxi;* ‚pace conditionis' *scripsit Pez. — f)* ‚adhibemus' *Pez.*

[3]) *Jaromirum. —* [4]) *Conf. Cosmae Prag. Chron. lib. II, c. 41.*

91. *a)* ‚Zymas' *A.*

[1]) *Stašov apud Hořovice. —* [2]) *Žiňany prope Benešov.*

prosperitate habita hec perverteret, Jaromiro, suo fratri, tunc temporis Pragensi episcopo[3] id iniunxit, ut astantibus primatibus Bohemorum necnon et omni plebe eternali vinculo omnes malivolos necnon et destructores ecclesiastice utilitatis innecteret et cum Juda traditore eterno igne puniendos diabolo committeret.

92.

Fraternitas sancti Jacobi monasterii Scotorum Ratisbonae Vratislao, regi Bohemiae, obsequia divina pro anima filii eius nuper defuncti pollicetur. Inopiam suam regia sublevet largitate, rogat. Nuntio suo in Poloniam misso conductum expetit. *[1090 m. sept.]*

Pez, Thesaurus anecd. VI, 1, col. 291, num. 76 (ex cod. ms. quondam bibl. s. Emmerammi Ratisbon. nunc deperdito); = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 531 (extr.). = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 184, num. 199. = Erben, Reg. I, pag. 81, num. 179. = Bielowski, Monum. Poloniae I, pag. 373 nota 4.

Giesebrecht, Gesch. der deutsch. Kaiserz.5 III, pag. 1181 epistolam hanc sub finem anni 1087 scriptam esse putat. Cum autem ecclesiae s. Jacobi anno 1089 feb. 1 nondum fiat mentio (v. Wattenbach in Zeitschr. f. christl. Archäol. und Kunst, I, pag. 28), et Vratislai filius, defunctus, quem epistola commemorat, tantum Boleslaus, dux Olomucensis, esse possit, quem a. 1090 aug. 11 obiisse scimus (v. Cosmae Chron. lib. II, c. 43, Fontes rer. Boh. II, pag. 124), epistola haec circa mensem septembrem anni 1090 scripta esse videtur. Eandem aetatem proponit Erben l. l.

Christianae pacis amatori, clarissimo regi[a] W.,[1] humillima fraternitas sub levi iugo Christi infra ecclesiam sancti Jacobi[2] militans propriam ac devotam orationem simulque aeterni regni participationem. Cupientes per Christi vestigia incedere, cuius vinculis vocatione nostra obligati sumus, cuiusque praecepta sequentes etiam orare pro inimicis conamur, quae tamen, teste deo, maxime pro vobis solventes die noctuque pro corporis vestri sanitate atque stabilitate regni vestri et maxime incolumitate animae deo omnipotenti supplicare nitimur. Dilectum vero filium vestrum,[3] qui nuper peregrinosam vitam iusto dei iudicio transmutavit in aeternam, quomodo illum a paterna caritate vestra, quae inter vos apud deum in sempiternum servabitur, separare possumus? Unde pro certo vos scire cupimus, quicquid orationibus, vigiliis, missarum solemnitatibus, elemosynarum largitione et pauperum cura omnibusque, quibus humana fragilitas creatorem suum potest placare,[b] ad perpetuam salutem sibi partim nobiscum omni tempore implorare. Super haec vero ad suae aeternae felicitatis augmentum

91. [3]) *1068—1089 iun. 26.*

92. *a)* ‚regi' *addidi.* — *b)* ‚placere' *errore typographi Pez.*

[1]) *Vratislao.* — [2]) *Ratisbonae, de qua vide ap. Wattenbach l. l.* — [3]) *Boleslaum, ducem Olomucensem.*

ex intimo cordis nostri affectu centum missarum sollemnia privatim celebrari, totidemque psalteriorum modulationes fieri in conventu nostro constituimus, ita quoque, ut deo catervulam nostram incolumem indivisamque servante, ante diem natalis domini haec vota expleamus. Quia igitur omnipotens deus nostram paupertatem multociens per vos respexit, in quo etiam post deum omnis spes et salus nostra est posita, qua de spe modo confortati aures tantae sublimitatis obnixis precibus titillare praesumimus, quatenus thesaurum vestrae largitatis levigando nostram necessitatem aperiatis, pii redemptoris memoriam tenendo, qui ait: ‚Quod uni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis.‘[4] Valete et super Christi pauperes, quibus hoc anno omnia necessaria huius vitae omnino desunt, misericorditer respicite. Quid plura? Omnem misericordiam et gratiam in vobis speramus. Per ipsam deprecamur vos, ut per domnum Albinum,[5] fidelem vestrum, regali vestro praecepto pacifice nostrum nuntium in Poloniam[c] deducere et reducere dignemini.

93.

Monachus quidam G. Vratislao, Bohemiae regi, preces pro filio eius defuncto indicat eumque ad pacem hortatur. *[1090 sept. vel oct.]*

Pez, Thesaurus anecd. VI, 1, col. 295, num. 80 (ex cod. ms. quondam s. Emmerammi Ratisb. nunc deperdito). = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 532. = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 186, num. 200. = Erben, Reg. I, pag. 82, num. 180.

Pez l. l. epistolam hanc a beato Gunthero scriptam esse male putat, cum propter titulum regium Vratislao attributum eiusque filii defuncti (Boleslai ducis Olomucensis, † 1090 aug. 11) mentionem epistola non ante mensem septembrem anni 1090 scripta esse possit; quo tempore b. Guntherus iam multos ante annos mortuus erat. Cf. Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz. III,5 pag. 1181.

Veteranus ille inclusus G.,[1] amiculus gloriosissimi regis W.,[2] novos fructus sibi amoris semper et dilectionis. Caritatem, quam a prima vestrae visionis cognitione inter nos deus coniunxerat, in vobis iam video exstinctam. Cum enim dilecti gnati vestri[3] obitum undique partibus nostris etiam ipso loco, in quo demoror, deo instigante ad memoriam animae illius per nuntium bene intimare procurastis, mihique ullam amoris ammonitionem mandare dedignastis. Sed tamen anima filii ut vita et anima patris adhaerebit mihi teste deo, ne videar adulando fallere, quod haec ipsa erga vestram perpetuam salutem ardendo in me succenditur, ita ut vestri memoria cottidie post dominum imperatorem nostrum in conspectu dei inprimis a me recitetur. Idcirco rogo et obsecro vos, ne parvam ammonitionem,

---

92. *c)* ‚Poleniam‘ *cod. teste Pez.*
[4]) *Matth. XXV, 40.* — [5]) *Capellanum episcopi Pragensis Gebhardi; v. Cosm. Chron. lib. II, c. 38.*

93. [1]) *Nomen hoc explicare nescio.* — [2]) *Vratislai.* — [3]) *Boleslai ducis Olomucensis.*

quam iustus iudex vobis digne promerenti intulit, indigne suscipiatis, nam ,quem diligit dominus, castigat,'[4] sed semper de parvis maiora vobis appropiare timeatis. Valete et iam in ultimo aetatis tempore pacem firmate et vigilate, ut pulsanti domino possitis aperire.

94.

Clemens III antipapa Vratislaum, principem Bohemiae, monet, ut tandem suam auctoritatem sequatur debitamque oblationem sibi mittat. Quemdam, ut episcopus constitueretur, iam antea commendatum, denuo commendat. Se de ea re cum imperatore egisse negat. *[cc. 1090—1091.]*

Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus VI, 1. col. 286, num. 72 (ex cod. ms. quondam bibl. s. Emmerammi Ratisbon. nunc deperdito) = Dobner, Annales Hagec. V, pag. 524, = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 174, num. 193. — Cod. dipl. Saxoniae regiae II. Hauptth., I, pag. 39, num. 35 = I. Hauptth. I, pag. 346, num. 157 (fragm.); = Erben, Reg. I, pag. 75, num. 171. = Migne, Patrolog. lat. 148, pag. 831. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 5324.

Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz.⁵ III, pag. 1181 epistolam anno 1084 vel 1085 scriptam esse censet. Anno 1090 vel 1091 attribuendam esse accuratius exposuit Langer, Exkurs über d. Brief des Gegenpapstes Klemens an Wratislav v. Böhmen, in Mitth. d. Vereins f. Gesch. d. Stadt Meissen I, fasc. 5, pag. 31—38. Qui recto haud dubie iudicio usus alteram epistolae partem ad episcopatum Pragensem, Gebehardo episcopo mortuo (1089 iun. 26) vacantem, referri suspicatur.

C.[1] episcopus, servus servorum dei, W.,[2] glorioso principi Boemiorum ac dilectissimo filio, salutem et apostolicam benedictionem. Tuam, dilectissime fili, prudentiam credimus nosse, quantis dolis, quantis fraudibus adversarius noster diabolus humanum genus exagitet, quantis versutiis eam, quam inter angelos et inter deum et primum hominem seminavit, discordiam cottidie inter christianos seminare laboret. Ut enim tibi veritatem fateamur, plurima iam saepius nobis de te sunt relata, quae adversum dilectionem tuam animum nostrum, quod deus avertat, incitarent. Sed ipse cordium inspector est testis, nolle nos super tua dignitate aliud quam deceat vel credere vel audire, et quod in omnibus te et desideravimus et desideramus prosperari. Tuus tantum animus, unde dolemus, unde ingemiscimus, non ea se erga nos caritate, ea, qua deceret, devotione habere videtur, cum, nescimus quo nostro peccato, qua nostra erga tuam dilectionem offensione, debitam beati Petri oblationem[a] contra omnium praedecessorum nostrorum religiosissimam institutionem et exhibitionem tanto tempore detinueris[b] et multotiens inde a nobis paterna affectione ammonitus, vel nos vel nostra mandata parvi pendens, prorsus neglexeris. Sed talia tibi forsan sunt re-

---

93. [4]) *Hebr. XII, 6.*

94. [a]) ,oblationem' *addidi.* — [b]) ,detinueritis' *Pez.*

[1]) *Clemens III.* — [2]) *Vratislao.*

lata, est enim hodie terra perversis delatoribus plena, quae tuae menti sinistram, ut videtur, de nobis iniecere suspicionem, et falsitati credulus tam inlicite retinendi debita[c] qualemcunque adeptus es occasionem. Sed deus novit, qualitercunque te erga nos habueris, nos semper te corde puro dilexisse et tuam modis omnibus prosperitatem exoptasse. Aufer itaque, dilectissime fili, omnem de animo tuo, si qua est, contrarietatis rubiginem et eam, quam nos erga te, tu quoque erga nos habeas dilectionis sinceritatem. Quia vero de sanctae Romanae ecclesiae iniuria cum salute animae nostrae silere non possumus, adhuc te paterne admonemus, rogamus etiam et obsecramus, charitative quoque consulimus, ne beati Petri debitam oblationem ulterius retineas, ne videlicet ipsam retinendo eius iram in te exasperes, sine quo aperiente nemo regnum valet intrare coelorum; sed sicut decet debita eam reverentia dirige, ut ipsum tibi pacatum valeas invenire. Praeterea non credimus a tua excidisse memoria, quod dilectionem tuam et per literas et per nuntium tuum plurimum postulavimus. Obnixe rogavimus super quodam dilectissimo filio nostro,[3] tibi equidem fidelissimo et satis noto, celsitudinem tuam interpelantes, ut in illa re, quam postulabamus, nostrae voluntati assensum praeberes. Sed nihil nobis de hac ipsa re postea, unde plurimum miramur, remandasti. Et ipse quidem iam magnifice, sicut dignus est, foret locatus, nisi hac fuisset exspectatione detentus, quo, deus novit, fideliorem tibi non poteris invenire. Hoc autem tuae sit notum dignitati, quod cum domino imperatore, karissimo filio nostro, de re ista nondum quicquam egimus, quoniam tuae certitudinem voluntatis hactenus expectavimus. De hoc vero certissimus existas, quod si hoc unum nostri causa, nostro rogatu feceris, quicquid a nobis deinceps me et te dignum petieris, impetrabis. Quicquid igitur de hac re sedet tuo animo, utrum videlicet nostris tam dignis, quod non diffidimus, assentiaris petitionibus, nos quantocyus effice certos. Nolumus enim tantum virum, tam utilem ecclesiastico regimini, tali amodo suspendio detineri. Novo quoque sigillo, utpote evidentiori has litteras idcirco insigniri praecipimus, ut tua etiam dignitas evidentissimum tuae concessionis signum, aliquod videlicet admirationis novum in novo, quem petimus, episcopo eligendo et constituendo mittere dignetur.

95.

Anonymus quidam misericordiam Wratislai regis efflagitat.

[1085 iun. 15—1092.]

Pez, Thesaurus anecd. VI, 1, col. 294 num. 79 (ex cod. ms. quondam bibl. s. Emmerammi Ratisbon. nunc deperdito). = Erben, Reg. I, pag. 83, num. 182.

94. c) *ita correxi,* ,inlicita' *Pez.*

3) *Hic Felicem, postea episcopum Misnensem, dici fere omnes perperam coniectabant; cf. Langer l. cit.*

Rex aeterne deus, qui constas finis et ortus
rerum cunctarum per te bene dispositarum,
des Wratizlao regi, super omnia claro,
ut felix vivat, sibi cuncta nocentia vincat.

Salutis, domine, et honoris vestri statum dei dispositione ad sui placitum protelari. Nemo, nemo me fidelius divinum potest sufragium deprecari. Vix, domine, quod salva vestri gratia dico, adhuc prorupi, qui haec, licet vestri claritate indigna, nunc vobis composui. Saepe namque litteras meas, tum ad vestri laudem, tum pro mei necessitate, vobis obtuli, nunquam tamen, non dico aliquem fructum, sed nec condignum inde responsum habui. Sed tamen pro vero scio non tantum vestri magnificentiam esse culpandam, quantum, ut aperte dicam, recitatorum invidiam vituperandam, qui sedulo meam vobis subiiciendo pueritiam contendunt mihi detrahere erga vestri[a] misericordiam. Sim puer, ut ipsos fucose susurrare audio, at deo, qui linguas infantium facit disertas, eo magis grates referro, quod sui dono eruditus ego puer in praesentia ipsorum senum deo et vobis servire non erubesco. Sed ne vos, domine, multis verbis teneam, si cura vobis est de meo servitio, nulli libentius servio, ad quod maxime impellit me cognati mei dilectio, a quo, nisi summa inpulsus necessitate, invitus me separabo. Quid plura?

Vos infinitae capiatis gaudia vitae.

96.

Lambertus, episcopus Cracoviensis, a Vratislao, rege Bohemiae, petit, ut legatis suis ad archiepiscopum Coloniensem proficiscentibus salvum praebeat conductum. *[1085 iun. 15—1092.]*

Pez, Thesaurus anecdot. VI, 1, col. 293, num. 78 (ex cod. ms. quondam bibl. s. Emmerammi Ratisbon. nunc deperdito), = Dobner, Annales Hagec. V. pag. 528 (fragm.). = Bielowski, Monum. Poloniae hist. I, pag. 372 (ad. a. 1079—1082). = Erben, Reg. I, pag. 75, num. 170. (extr. ad ann. cc. 1086).

Gloriosi nominis, vitae quoque non ingloriosioris regi Boemiae,[1] L.[2] Cracoviensis episcopus, summi regis gratiam et ab ipso vitam, salutem atque victoriam. Etenim ‚domini est terra et plenitudo eius',[3] etenim ‚domini est regnum et ipse dominabitur gentium.'[4] Singulis terris, singulis regnis reges et dominos praefecit in iudicium, quorum quidam sanae mentis in iudicio regnant et iustitia, quidam vero in mentis elatione et in rapina. Sed quia tua, domine rex, nil aliud exercet vigilantia nisi subiectorum vocetur providentia, quia iudicas pauperes domini in iudicio, calumniatorem quemlibet humiliando, non est princeps, non

95. *a) ita Pez; an* ‚gratiae vestrae' *corrigendum sit?*
96. [1]) *Vratislao.* — [2]) *Lambertus 1082 1101.* — [3]) *Psal. XXIII, 1.* — [4]) *Psal. XXI, 29.*

est potens, cuius non obtineas favores et gratiam, cuius vota et supplicationes non procedant ad impetrandam[a] tibi eiusdem rei perseverantiam. Quarum supplicationum fiducia animatus a te, rex, ut tuus, me obtinere quiddam non magnum optavi, nil quidem mihi, sed tibi, nil meis meritis confidens, sed tuae, rex benignissime, liberalitati. Hoc enim anno tua gratia nostram legationem prospere direxisti ad archiepiscopum Coloniensem, indeque redeuntem[b] ad nos cum nostra legationem ipsius, ipso deprecante, eadem tua gratia remisisti non minus prospere. Nunc autem utriusque causa, immo utriusque prece, rex benigne, rogaris, istis legatis conductum dare, et ut de me sileam, archiepiscopi tantae dignitatis, tam illustris vitae viri causa, quia potes et regem decet, dirigas via prosperata.

97.

Conradus, dux Bohemiae, monasterio sancti Johannis Bapt. in Ostrov villam Kravsko in provincia Znoimensi et praedium ‚Zahoregewici' et villam ‚Chrabercyh' in Bohemia donat. *[1092 ian. 20 — sept. 6].*

Traditur in privilegio Premislai Otakari I. regis, anno 1205 ian. 17 dato, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur.

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 153. = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 590. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 190, num. 205. — Erben, Reg. I, pag. 84, num. 185.

De memoriae fide confer ea, quae ad num. 40 et 46 adnotavimus.

Post decessum vero Wratislay, bone memorie Bohemorum regis, Conradus principatum fraternum obtinuit, qui deo et sancto Johanni Baptiste in Ostrow pro adipiscenda eterna requie hec beneficia addidit: Krawsco[1] in provincia Znoymensi, ubi habetur de terra plus quam ad quadraginta aratra, insuper et silvam addidit; in Bohemia autem predium Zahoregewicy[2] et villam Chrabercyh.[2]

98.

Bretislaus II., dux Bohemiae, monasterio sancti Johannis Bapt. in Ostrov capellam sancti Petri et partem fluminis Blanice donat. *[1092—1100].*

Memoriam donationis praebet privilegium Premislai Otakari I regis, anno 1205 ian. 17 datum, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur (A).

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 153. = Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 41. — Erben, Reg. I, pag. 84, num. 188.

De memoriae huius fide confer ea, quae ad num. 40 et 46 adnotavimus.

---

96. *a)* ‚impetranda' *Pez.* — *b)* ‚redentem' *errore typographi Pez.*

97. [1]) *Kravsko a Znojmo (Znaim) ad septemtr. et occidentem.* — [2]) *Haec villae ubi quaerendae sint, nescio.*

Hoc eciam pie memorie viro[1] de hac vita subtracto, Brecislaus iunior, id est filius regis Wratizlay, in ducatum succedit; qui eciam monasterio Ostrowiensi pro anima sua suorumque omnium dedit capellam sancti Petri,[2] apostolorum principis, cum terra ad quatuor aratra et partem fluminis de Blanycye.[a]

99.

Fridericus et fratres eius Hartwicus et Udalricus et Bertholdus, filius Liutgardae, monasterio in Altaha Superiore (Ober-Altaich) aequali parte tradunt „silvam ultra Heimpreitisperg sitam CC mansus in latitudine et in longitudine usque ad marcham Boemaniam, a Wigilinesriet usque in aquam, que dicitur Pebarha“. [1100—1105].

Monum. Boica XII, pag. 24, num. 7 (e cod. traditionum monast. Altahae Sup.) = Erben, Reg. I, pag. 85, num. 191.

Quo tempore donatio haec facta sit, ex eo cognosci potest, quod traditionibus sub Eginone abbate (1100—1105) factis inserta est.

100.

Nemoj quinque villas suas, totam familiam et quidquid habet, post uxoris suae mortem capitulo Vissegradensi legat. [1100—1107 maij.

Traditur in confirmatione Soběslai II, ducis Bohemiae, sine anno, cuius autographum in tabulario capituli Vissegradensis asservatur (A).

Hammerschmidt, Gloria et maiestas . . . Wissegradensis ecclesiae, pag. 148. — Erben, Reg. I, pag. 85, num. 190.

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 70 donationem hanc anni 1105 vel 1104 spatio definit; Erben l. l. eam circiter annum 1102 factam esse putat. Quorum sententiae rationem quam habeant, non satis perspicio.

In nomine sanctę trinitatis eiusdemque individuę unitatis. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Nemoy[1] sanus corpore, retractans in animo meo de futura vita, in presentia Boriuoy ducis et episcopi Hermanni et Blagonis comitis, Mutinę atque Bosey et multorum aliorum necnon fratrum Wissegradensis ęcclesię, omnem substanciam meam post mortem meam, scilicet V villas Crenuc,[2] Vrascov,[3] Hraberci,[4] Scrisin,[5] Libin,[6] totam familiam, et quicquid habeo,

98. *a)* ‚Blanyeye‘ *A.*

[1]) *I. e. Conrado I, † 1092 sept. 6.* — [2]) *apud Putim, distr. pol. Pisek.*

100. [1]) *De genere Vršovici, † 1108; it. Mutina et Bosey; v. Cosmae Chron. lib. III, cap. 23.* — [2]) *Černuc ap. Velvary, distr. pol. Slané (Schlan).* — [3]) *Vražkov a Roudnice ad meridiem.* — [4]) *Chrabřec, al. Chraberce ap.. Louny.* — [5]) *Fortasse Křesín ap. Libochovice, distr. pol. Roudnice.* — [6]) *Libyně, germ. Hoch-Libin, distr. pol. Podbořany (Podersam).*

dimitto uxori meę, quam diu permanserit in viduitate. Si vero nupserit vel morietur, postea sint omnia mea fratribus Wissegradensibus pro anima mea. Et ut istud firmum sit, predictus dux et episcopus firmaverunt; et quicunque infregerit, ab eodem episcopo sub anathemate sciat esse se conculcatum in secula seculorum. Amen.[a] Hęc est autem familia, quę perpetue libertati donata est: Tutana, Bogumila, Radohna, Bratrohna, Wratena, Vbicest, Decana.

101.

Henricus V, Romanorum rex, monasterio sancti Floriani[1] *donationem Eponis de Windberg, scilicet „allodia inter Bosenbac et Ebresbac*[2] *usque ad ter minos Boemię et predium, quod dicitur Cella ad Movhile,*[3] *“ confirmat.*

Juxta Pataviam 1108 nov. 4.

Urkundenbuch d. Landes ob d. Enns II, pag. 127, num. 91. — Stumpf, Reg. num. 3033

102.

Svatopluk, dux Bohemiae, monasterio sancti Johannis Bapt. in Ostrov villam Bojanovice donat. *[1107—1109 sept. 21].*

Traditur in privilegio Premislai Otakari I regis, anno 1205 ian. 17 dato, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur (A).

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 153. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 193, num. 213. — Erben, Reg. I, pag. 87, num. 196.

De memoriae huius fide confer ea, quae superius ad num. 40 et 46 adnotavimus.

Swathopluch, dei gracia Bohemorum ducatum cum obtinuisset, pro absolucione suorum peccaminum Boyanowicyh[1] villam contulit deo[a] et beato Johanni Baptiste, Ostrow, perpetualiter possidendam.

103.

Udalricus, episcopus Pataviensis, ecclesiam in Gramastetten[1] *a nobili quodam Udalrico et coniuge eius Ottilia fundatam esse attestatur, eiusque terminos sic describit: „Primum a capite Rotilich*[2] *usque dum idem rivulus Ro-*

---

100. *a)* ‚Amen‘ *literis maiusculis scriptum A.*

101. [1]) *Ab Linz ad meridiem et orientem.* — [2]) *Pesenbach, alias Tiefenbach, et Ebresbach fl. Austriae Superioris ex sinistra Danubii ripa.* — [3]) *Kl. Zell, vicus in fluminis Gross-Mühl sinistra ripa.*

102. *a)* ‚do‘ *sine abbreviationis signo A.*
[1]) *Bojanovice a Zbraslav ad meridiem et occidentem, distr. pol. Smichov.*

103. [1]) *Ab Linz ad septemtr. et occid.* — [2]) *Kl. Rodel.*

tilam[3] *influat et sic per Chonzanwisa et Pertinolssperch usque ad ripam Danubii. Secundo vero contra meridiem usque ad terminum ecclesie Buchn[owe].*[4] *Tercio vero supra montem contra orientem*[5] *usque Hasilbach.*[6] *Quarto quoque a ripa predicti fluminis Danubii contra septentrionem usque ad marcham Boemicam.“*[7] *1110 sept. 18.*

Monum. Boica XXVIII, 2, pag. 269, num. 47. = Erben, Reg. I, pag. 88, num. 198. — Urkundenb. d. Landes ob d. Enns II, pag. 129, num. 92. — Cf. Hasenöhrl in Arch. f. österr. Gesch. LXXXII (1895), pag. 446.

104.

Udalricus, episcopus Pataviensis, monasterii sancti Floriani possessiones confirmat, inter quas „predium quoque domni Epponis in Windiperge cum omnibus adtinentiis, aquis scilicet et pratis, pascuis et silvis, que usque ad terminos Boemie protenduntur ad fluvium, qui Wultha[1] *vocatur.“* *Pataviae 1113 iun. 26.*

Urkundenb. d. Landes ob d. Enns II, pag. 146, num. 99.

105.

Adelbertus I, archiepiscopus Maguntinus, Ottonem I, episcopum Bambergensem, monet, ut ad concilium Fridislariense a Cunone, episcopo Praenestino, celebrandum veniat, eique mandat, ut litteras suas etiam Pragensi ac Moraviensi episcopis dirigat. *[1118 mai—iun.]*

E codice Udalrici Babenbergensis: in cod. ms. saec. XII bibl. caes. reg. aulicae Vindobonensis num. 398 fol. 119v — 120 (V) et in cod. ms. saec. XII monasterii Zwetlensis num. 283 pag. 262 (Z).

J. G. Eccard, Corp. hist. medii aevi II, num. 291. — Concilia Germaniae III, pag. 271 = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 198, num. 222. — Erben, Reg. I, pag. 91, num. 203. — Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, pag. 323, num. 187. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 256, num. 69. — Conf. Jäck, Bamb. Urk.-Ausz. in: Ber. d. hist. Ver. z. Bamberg VIII, pag. 23.

Ręverentissimo Babenbergensium episcopo[1] A.,[2] Moguntinę sedis minister indignus, fraternę dilectionis et orationis inviolabile pignus. Quod proxime domnus Prenestinus,[3] Ręomanę ecclesię legatus, nobis apostolica auctoritate de-

103. [3]) *Gross-Rodel fl., qui apud Ottensheim Danubio influit.* — [4]) *Puchenau a Linz ad occid.* — [5]) *Pöstlingberg?* — [6]) *Haselgraben.* — [7]) *i. e. terminos Bohemiae, vide Hasenöhrl l. l. pag. 451.*

104. [1]) *Vltava, germ. Moldau.*

[1]) *Ottoni I. 1103—1139.* — [2]) *Adelbertus I. 1110—1137.* — [3]) *Cuno, episcopus Praenestinus.*

nuntiaverat, nostra quoque diligencia, per omnia Romanę auctoritati[a] subdita, solerter impleverat, denuntians et vobis sub eadem auctoritate et nostra, uti ad concilium Colonię celebrandum[4] vestra veniret presentia. Sed quia hoc nescio qua pretermissum fuit negligentia, eadem quidem, que et ceteris eiusdem[b] concilii neglectoribus, vobis quoque iniuncta esset sententia, scilicet vel divini officii suspensio vel a communione corporis et sanguinis dominici formidanda interdictio, nisi nostrę peticionis diligentia hoc prevenisset et eximia sanctitatis vestrę reverentia, ne id fieret, apud ecclesiam promeruisset. Quibus simul concurrentibus causis et cooperantibus, hoc tandem obtinuimus, ne quid severitatis vestra subiret dilectio, cuius hactenus in ecclesia valuisset devotio. Dignum nimirum arbitratus sum in omnibus honori vestro et reverentię parcendum et pro posse loco et tempori providere et consulere, cum sanctitatis vestrę beata dilectio magno se devotę caritatis nobis obligaverit munere. De cetero, sicut in mandatum accepimus, denuntiamus, ut ad concilium, V[to] kal. augusti[5] Fridislarię[c] á predicto legato celebrandum,[6] indubitanter veniatis, ne huius etiam mandati neglector effectus, austerioris sententię decretum, peticione mea nil amplius prevalente, vobis inducatis. Preterea ducem F.[7] et C.[8] fratrem eius et G.[9] palatinum et reliquos complices eorum in predicto concilio excommunicatos noveritis. Litáeras etiam nostras rogamus, ut fratribus nostris, Pragensi[10] scilicet et Morauiensi[11] episcopis, dirigatis.

106.

Gerbirga, ducissa Bohemiae, praedium in Grie, quod a fratre suo, Leopoldo III, marchione Orientali, accepit, una cum ecclesia ad Burg monasterio Gottwicensi donat. *[Post 1124 febr. 2].*

Donationem hanc privilegium Henrici II, ducis Austriae, Vindobonae 1171 mai 1 datum his verbis commemorat: ‚Praedium autem, quod olim fuerat Waldonis in Grie,[1] postea Liupoldus marchio tradidit sorori suae Gerbirge,[2] ductrici Bohemiorum, eius rogatu delegans illud in manu Gebehardi, comitis de Piugen, tali pacto, ut quo ipsa petisset, praedium idem delegaret. Quod et fecit. Nam delegavit illud super altare sanctae Mariae in monte Kotwico,[3]

105. *a)* ‚ta' *ead. manu superscr. V.* — *b)* ‚eisdem' *V, Z.* — *c)* ‚Frideslarie' *Z.*
[4]) *De concilio hoc, mense maio anno 1118 habito, v. Theogeri vita II, c. 13 14, Mon. Germ. SS. XII, pag. 472 sq.; Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz.[5] III., pag. 906.* — [5]) *28 iulii 1118.* — [6]) *De hac synodo v. Gesta abbatum Trudonens. XI. c. 2. Mon. Germ. SS. X, pag. 3.; Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz.[5] III, pag. 1230; Will, Reg. archiep. Magunt. I pag. 257, num. 73.* — [7]) *Fridericum II, ducem Sueviae.* — [8]) *Conradum, postea III regem.* — [9]) *Godefridum, comitem de Calw, comitem palat. Rheni.* — [10]) *Hermanno, 1110—1122.* — [11]) *Johanni II, 1104—1126.*

106. [1]) *Fortasse in regione apud Kottes prope Dürnstein.* — [2]) *Natae c. 1080, Bořivoii II, ducis Bohemiae († 1124 febr. 2), coniugi.* — [3]) *Göttweig, monast. ord. s. Benedicti in Austria Inferiore, a Mautern ad meridiem.*

adiiciens et ecclesiam, quae dicitur ad Purch,[4] praesente Regimaro, Pataviensi episcopo, et Nanzone eiusdem loci abbate.[5] Huius traditionis testes hi sunt aure tracti: Chunradus de Roningin, Dietricus de Leichelingen, Abrammus de Pleinchipach, Weinhart de Zelkingen, Diepoldus de Chagere, Rudolfus, Regingerus, Herduricus, Rudbertus, Reginhardus. Felicis autem memoriae Gerbirch postmodum induta sanctimoniae habitu sub obedientia conversata est abbatis de Kottwico, ubi mox obiens [6] sepulta quiescit in domino.' *Hormayr, Wien's Gesch. I, Urkundenb. pag. XXXI, num. 11. — Meiller, Reg. z. Gesch. d. Markgr. u. Herz. aus d. Hause Babenberg, pag. 17, num. 32 = Erben, Reg. I, pag. 91, num. 204. — Cf. Juritsch, Gesch. d. Babenberger, pag. 136.*

107.

Gerbirga, ducissa Bohemiae, praedium Voitsau et Dankholz cum silva, quod a fratre suo Leopoldo III, marchione Orientali, impetravit, monasterio Gottwicensi donat. *[Post 1124 febr. 2.]*

(Hormayr) Archiv f. Geschichte, Statistik etc. XIX (1828) pag. 628, num. 215 (ex cod. traditionum mon. Gottwic.) — Meiller, Reg. z. Gesch. d. Babenberger, pag. 17, num. 33. = Erben, Reg. I, pag. 91, num. 205.

Noverint tam presentis evi fideles quam loco eorum successuri heredes, quod Liupoldus marchio rogatu sororis sue Gerbirge, ductricis de Boemia, delegavit in manus Gebehardi, comitis de Puigin, predium Vogitisawa [et] Dancholvis[a] [1] cum omni silva, sicut quondam Waldonis fuerat, ea videlicet ratione, ut ipse delegaret, quo predicta matrona petisset. Idem vero Gebehardus, rogante eadem ductrice tradidit ad altare sancte Marie prenominatum predium post eius obitum fratribus hic deo famulantibus in usum, presente Reginmaro, Pataviensis ecclesie episcopo, adiiciens et ecclesiam, quam ipsa construxerat in predicto loco, his testibus adhibitis: Rudolfo, Regingero et filio eius Rengingero, Heindinrico, Rudberto, Reginhardo. Investiture[b] Rudolfus, Reginhardus.

108.

Richza, ducissa Bohemiae, monasterio Reichenbacensi praedium superius et inferius Aspach liberorum suorum consensu donat. *[Ante 1125 febr. 27.]*

Monum. Boica XIV, pag. 411, num. 6 (ex libro traditionum mon. Reichenbacensis saec. XII.) et XXVII pag. 8, num. 6. = Erben, Reg. I, pag. 91, num. 206.

Bona facta auctoritate debent confirmari, nam de occultis iudicare et de incertis diffinire, utrumque est difficile. Quapropter notum esse volumus omnibus

---

106. [4]) *Burg a Kottes ad septemtrionem; v. Meiller l. l. pag. 212 nota 127.* — [5]) *Obiit 1125 febr. 5.* — [6]) *1142 ian. 13 aut iun. 8.*

107. [a]) ,Dancholtis' *corrigendum esse putat Meiller, l. l. pag. 213, nota 128.* — [b]) *Scilicet testes.*

[1]) *Voitsau et Dankholz villae inter Kottes et Burg.*

tam futuris quam presentibus, qualiter Richza, ducissa de Boemia,[1] liberorum suorum consensu predium superius et inferius Aspach tradidit sancte Marie in Richinbach[2] et per manum Dietpaldi marchionis delegavit ad usum fratrum inibi deo famulantium in perpetuum. Testes sunt huius donationis Pertholdus de Schwarzinburch, Adalpertus de Holinsteine, Fridericus de Luttenbach, Rudolfus de Craine, Adelger de Wenenbach, Eberhardus de Gingen, Adalpertus de Hohenwalte, Volmar de Wurmrisne, Rudegerus de Rumtingen, Arinwicus de Wocilindorf, Ludewicus de Napurch, Otto de Kambe et filius eius Otto, Riwinus de Voheburch, Gotefridus de Weterenvelt et Regenboto frater eius, Adalpertus de Suzinbach, Otto de Rumtingen, Isinrich de Wichildorf et filius eius Pertholdus et frater eius de Hameringen, Megingoz de Welstingen, Dietpaldus de Kabendorf, Ulricus de Vilungen, Wolfram de Taeskingen et frater eius Cunradus, Pertholdus et Immo de Pomtingen, Witoldus de Turdelingen, Rupertus de Smidingen, Rahewinus de Kazpach et alii quam plures.

109.

Reginmarus, Pataviensis episcopus, donationes ad monasterium sancti Floriani a nobilibus viris Hermanno de Kazelsdorf et Adelberone de Griezbach factas confirmans „terminos Boemiensium" commemorat. *Pataviae 1125.*

Monum. Boica XXIX, 2, pag. 20, num. 32. = Erben, Reg. I, pag. 92, num. 207. — Urkundenb. d. Landes ob d. Enns II, pag. 163, num. 110. — Cf. Hasenöhrl in Arch. f. österr. Gesch. LXXXII. pag. 448.

110.

Venceslaus, dux Moraviae, monasterio Gradicensi villam Kyjov pro remedio animae patrui sui Ottonis II donat. *[Post 1126 febr. 18.]*

Traditur in confirmatione Premislai Otakari II regis, anno 1270 aug. 21 data, cuius apographum praebet Siebenaicher, Historica relatio de conditoribus . . . mon. Gradicensis, cod. ms. saec. XVII in tabulario terrae Moraviae Brunnae, fol. 93v—94 (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 200, num. 225 = Erben, Reg. I, pag. 93, num. 209. — Vide etiam Teige, Zpráva o pramenech dějin kl. Hradišťského, pag. 28, 52.

Quae post ‚damnetur' *sequuntur, ex privilegio Vladislai I regis, Pragae 1160 iun. 16 dato, ad verbum fere descripta sunt, ex quo efficitur, villas ibi nominatas non a duce Ven-*

108. [1]) *Filia Henrici I comitis de Berg, Vladislai I, ducis Bohemiae, uxor; obiit 1125, febr. 27. Palacký, Dějiny 3 I, 1, pag. 398 Vladislaum ducem duas huius nominis coniuges habuisse minus recte putat; vide Teige in Památky archaeologické XIII, pag. 229 et Mayer in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutschen in Böhmen XXXVI (1898), pag. 434 sq.* — [2]) *Reichenbach a Ratisbona ad septemtr. et orientem.*

ceslao datas, sed aliquanto post acquisitas fuisse. Villae Hruška et Březovice, eodem privilegio teste, ab Ottone III, duce Moraviae, demum pro anima filiae suae Svatavae († cc. 1151) donatae sunt.

Anno incarnationis dominicae MCXXVI, epacta XXV, indictione IV, duodecimo calendas martii Otto II[dus], dux Moraviae, paterno nomine nuncupatus, in proelio [1] peremptus est. Cuius fratris filius, nomine Wenceslaus, amore coelestis patriae accensus, cum omni clero atque primatibus suis pro remedio animae patrui sui deo militantibus in monasterio sancti Stephani, quod est in Gradisch,[2] forum cum villa Kigiow [3] et duo aratra, duos etiam equos necnon novem indomitas equas et emissarium dedit. Quae si quis subtrahere aut impugnare aut quocunque modo violare praesumpserit, perpetuo anathemate Jesu Christi damnetur. <Nakel[4] ea conditione, ut qui eam inhabitare deliberant, t r i b u t u m e t decimas sancto Stephano solvant. Coeteris vero ad imperium ducis bella exercentibus sive urbem aut pontem parantibus seu * q u a m l i b e t n e c e s s i t a t e m laborantibus, * quod prefa t i coenobii pater iusserit, faciant. Vstyn[5] ad tria aratra, Cythowicz[6] ad octo, Sarowicz[7] ad octo, Hradczane,[8] Tieseticzi,[a][9] Zlobicze,[10] Bezmirow,[11] Obiedkovicze,[12] Kelczicze[13] ad octo a r a t r a, Prusci[14] ad duo *, Susiczi[15] ad octo, Bunovicze,[16] Luboss,[17] Popovicze,[18] Zelechouiczy,[19] Sadloviczy,[20] Topolan[21] ad duo *, Tasalky,[22] Zieroviczy[23] ad octo a r a t r a, Stemnice,[24] Gnevotiene[25] ad octo aratra, Rusca,[26] Wrzesovicze,[27] Uneticzy,[28] Chomutoviczy[29] ad octo aratra sub omni consuetudine sua>.

111.

Sobieslaus I, Bohemiae dux, in ecclesia Vissegradensi a se restituta novos tres canonicatus fundat, eiusque redditibus antiquis confirmatis novos addit et quae praepositus et decanus canonicis persolvere debeant, constituit. *1130.*

---

110. *a) ‚Zusczeticze' A; correxi ex priviligio Ottonis ducis Moraviae (supra num. 79).*
1) apud Chlumec, germ. Kulm; vide monach. Sazav. contin. Cosmae, Fontes rer. Bohem. II, pag. 256. — 2) Hradiště apud Olomouc (Olmütz). — 3) Kyjov, germ. Gaya, oppidum a Brunna versus meridiem et orientem. — 4) Náklo, germ. Nakel, prope Litovel (Littau). — 5) Ústín ab Olomouc versus occidentem. — 6) Stichovice a Prostějov (Prossnitz) versus occid. — 7) Žárovice a Prostějov versus occid. — 8) Hradčany prope Brodek (Prödlitz), distr. pol. Prostějov. — 9) Těšetice ab Olomouc versus occid. — 10) Zlobice, a Kroměříž (Kremsier) versus occid. — 11) Bezměrov, a Kroměříž versus septemtr. et occid. — 12) Obědkovice, a Kojetín versus septemtr. et occid., distr. pol. Kroměříž. — 13) Čelčice a Kojetín versus septemtr. et occid., distr. pol. Přerov. — 14) Prusy, a Přerov versus merid. et or. — 15) Sušice, a Přerov ad septemtr. et or. — 16) Bohuňovice, germ. Boniowitz, ab Olomouc versus septemtr., distr. pol. Sternberg. — 17) Libuše, a Sternberg versus merid. et occid. — 18) Popovice prope Přerov. — 19) Fortasse Želechovice prope Unčov, distr. pol. Litovel (Littau). — 20) Fortasse Žadlovice apud Loštice, a Mohelnice (Müglitz) ad meridiem. — 21) Topolany ab Olomouc versus occid. — 22) Tážaly ab Olomouc versus meridiem. — 23) Fortasse Žeravice a Přerov ad septemtr. et occid. — 24) An Senice, germ. Gross-Senitz, a Litovel versus merid.? — 25) Hněvotín, germ. Nebotein, ab Olomouc versus occid. — 26) Fortasse Hruška a Kojetín versus occid. — 27) Březovice. Qui vicus huius nominis hic dicatur, diiudicare nequeo. — 28) Vicus ignotus. — 29) Chomoutov, germ. Chomotau, ab Olomouc ad septemtriones.

Apographum autographi instar manu saec. XII exaratum in tabulario capituli Vissegradensis (A).

Pontanus, Bohemia pia, pag. 71 (frgm.) — Hammerschmid, Gloria et maiestas ... Wissegradensis ecclesiae, pag. 135. — Berghauer, Protomartyr poenitentiae, pag. 214 (frgm.) — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 204 (frgm.) — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 201, num. 228 (reg.) — Erben, Reg. I, pag. 93 num. 211.

Palacký ap. Erben l. l. pag. 624 de hoc diplomate adnotavit: „Suspectum quamquam saec. XII satis eleganter scriptum.“ Quae quidem viri docti sententia haud in omnibus partibus probanda esse mihi videtur. Diplomatis non quidem genuina forma, sed eius apographum archetypi instar circa saec. XII medium confectum servatur, de quo Sobieslai II ducis sigillum dependet Nihil autem invenio, quod ex eis, quae diplomate constituantur, suspicionem afferre videatur; verba tantum ‚Et ne armarii custos — habeant respectum‘ *an genuina sint, dubitationem movent. — De ecclesia Vissegradensi a Sobieslao duce renovata beneficiisque donata Cosmae continuator, canonicum dico Vissegradensem, ad a. 1129 his verbis rettulit:* ‚Quam [*sc.* ecclesiam] Sobieslaus ... renovavit et renovatam in melius auxit, quia parietes depingi fecit, coronam auream in ea suspendit, quae ponderat XII marcas auri, argenti vero LXXX, aes et ferrum sine numero, pavimentum pollitis lapidibus exornavit, porticus in circuitu addidit, laquearia in lateribus duobus affixit, tegulis summitatem totam cum tectis cooperuit, claustrum et omnes officinas cooperiri iussit; insuper et canonicos eiusdem ecclesiae multiplicavit, stipendiis, praediis aliisque bonis augmentavit‘ *(Fontes rer. Boh. II, pag. 207). Cuius verba typis distinctis expressa, mirum quantum Sobieslai diplomatis initium in memoriam revocant, qua quidem re diplomatis fides manifestius comprobari videtur. Cf. Teige in Věstník kr. české společnosti nauk 1889, pag. 316.*

✠ In nomine sanctę et individuę trinitatis. Notum sit cunctis tam modernis quam posteris in unitate fidei congregatis et congregandis,‖quod ego Sobezlavs,[a] dei gratia Boemorum monarcha, utile et salubre animę meę ducens priorum patrum monimenta renovare, inter ceteras ‖ regni mei ęcclesias, quarum eciam mihi non modica cura fuit, in secreto cordis mei deliberavi patris mei, regis videlicet Wratizlai, monasterium ‖ in Wisegrad civitate situm, ad magnam vilitatem, aut predecessorum meorum incuria, aut, quod magis est credibile, prepositorum eiusdem loci negligencia, redactum, illud inquam monasterium summa vigilancia curavi emendare et xeniis, quantis debui quantisve potui, exornare. Nam ut de pictura parietum et pavimento politis lapidibus ornato et superiori operimento aliisque, quę intus et exterius pro absolucione criminum et spe futurę vitę addidi, taceam, corona ex auro et argento facta faciem templi decoravi, altaria palliis crucibusque tam aureis, quam argenteis exornavi, sacrarium diversis libris ditavi. Deinde confidens multiplicatis intercessoribus facilius posse veniam culparum mearum a deo consequi, statui, ut decanus, cui cura fratrum regenda est, duplicem semper prebendam habeat. Insuper eciam tres fratres in eadem congregacione addidi. Pro quorum complendis stipendiis decrevi dimidiam partem fratribus[b] vię Pracha-

111. *a) literis maiusculis scriptum A. — b)* ‚fratribus‘ *eadem manu supra lineam suppletum A.*

ticih[1] habendam et dimidiam preposito; dimidiam partem fructuum et vini Sitinicih[2] fratribus et dimidiam preposito; dimidiam partem indomitarum ęquarum Gogolicih[3] fratribus et dimidiam preposito; dimidiam partem salis na Tristenici[4] fratribus et dimidiam preposito; dimidiam partem lignorum[c] sub Deuîn[5] fratribus et dimidiam preposito. Naulum vero na Otauę[6] totum fratribus habendum assigno.[d] Et cum secundum predecessorum meorum instituta decimam marcam de annuo tributo idem fratres in his civitatibus habeant, videlicet Prage,[7] Wisegrad,[8] Satcsi,[9] Sedlcih,[10] Lutomericih,[11] Beline,[12] Dacsine,[13] Bolezlaui,[14] Camenci,[15] Gradci,[16] Opocsne,[17] Hrudimi,[18] Kurimi,[19] Pilzni,[20] Lubici,[21] Wratne,[22] ego[e] elemosinarum expensa et eorum prece confidens posse salvari, addo eis in tribus his provinciis Rokitnah,[23] Csazlaui,[24] Hinone[25] eciam decimam marcam[f] annui tributi. Decerno eciam et generacionum generacionibus sciendum et observandum relinquo, quod idem fratres singuli singula habeant aratra cum aratoribus et uxoribus et liberis eorum, de quibus nullus in aliqua causa habeat se intromittere. Decano vero constituo duo aratra habenda Wirseuicih[26] scilicet, ubi etiam pomeria duo horreo iuncta ipsi dedi, et Wirbcsaz.[27] Reliquarum vero nomina villarum hęc sunt: Gosteni[28] villa trium fratrum, Bezne[29] duorum, Vinori[30] duorum, Bascsi[31] duorum, Janiseuicih[32] duorum, Hualach[33] unius, Gouoricse[34] unius, Dubcsi[35] unius, Nawrutici[36] unius. Et ne hi boves, qui sunt dos eiusdem ęc-

111. *c) ‚ig' eodem atramento ex ‚ut' correctum A. — d) quae subsequuntur, alio atramento, sed eadem manu scripta sunt. — e) sequitur locus rasus unius literae spatium continens. — f) ‚mar' eadem manu supra lineam adscriptum A.*

1) Prachatice a Písek versus merid. et occid. — 2) Žitenice, germ. Schüttenitz, prope Litoměřice (Leitmeritz). — 3) Ouholice in sinistra Moldaviae ripa a Velvary versus orientem. — 4) Trstenice, nunc Loučná, fluvius apud Pardubice in Albiam influens. — 5) Děvín, arx quondam supra Zlíchov (distr. pol. Smíchov) sita; vide Tomek in Časopis českého musea 1846, pag. 730. — 6) Otava flumen, qui apud Zvíkov (germ. Klingenberg) Moldaviae influit. — 7) Praha, germ. Prag. — 8) Vyšehrad. — 9) Žatec, germ. Saaz. — 10) Sedlec, germ. Zettlitz, prope Karlovy Vary (Karlsbad). — 11) Litoměřice, germ. Leitmeritz. — 12) Bílina a Žatec versus septemtr. et orientem. — 13) Děčín, germ. Tetschen, a Litoměřice versus septemtr. — 14) Boleslav Mladá, germ. Jung-Bunzlau. — 15) Kamenec, arx provincialis, ubi quaesita vel quaerenda sit, v. Památky archaeologické VI, pag. 144. — 16) Králové Hradec, germ. Königgrätz. — 17) Opočno a Král. Hradec versus septemtr. et orientem. — 18) Chrudim. — 19) Kouřim, distr. pol. Kolín. — 20) Plzenec, germ. Pilsenetz. — 21) Libice, distr. pol. Poděbrady. — 22) Vratno, arx provincialis, ubi quaerenda sit, nescitur. — 23) Rokytensko pristinum provinciae Raconicensis nomen; v. Palacký, Dějiny 3 I, 2, pag. 243. — 24) Čáslav a Praga versus orientem. — 25) Chýnov, distr. pol. Tábor. — 26) Vršovice prope Pragam. — 27) Vrbčany prope Kouřim, distr. polit. Kolín. — 28) Hostín a Velvary versus orientem, distr. pol. Slané. — 29) Bezno, distr. pol. Boleslav Mladá. — 30) Vinoř a Karlín (Karolinenthal) versus septemtr. et orientem. — 31) Bašť, distr. pol. Karlín. — 32) Jenšovice, distr. pol. Vysoké Mýto (Hohenmauth). — 33) Chvaly, distr. pol. Karlín. — 34) Fortasse Hovořovice, alias Hovorčeves, a Brandýs versus occid. et merid. — 35) Dubeč a Praga versus orient., distr. pol. Český Brod. — 36) Vrutice, germ. Webrutz, prope Štětí, distr. pol. Dubá (Dauba).

clesię, pereant, pro restauracione eorundem assigno eis a villico Pragensi annuatim in festo beati Martini VIII marcas denariorum accipiendas. Ut autem animam matris meę, que ex hac corrupcione feliciter transiens in eodem monasterio se iussit tumulari, animasque fratrum meorum scilicet Bolezlai[a] et Bracsizlai[a] eorundem canonicorum oracionis participes facerem, reditum quendam, Senacsin[37] nomine dictum, cum tribus aratris et omnibus appendiciis, scilicet hospitibus, ędificiis, terris cultis et incultis, viis et inviis, pratis, pascuis, silvis aridis et virentibus, venacionibus, molendinis, piscacionibus et cum omni utilitate in ius eorundem fratrum tradendo firmo et firmando trado. Prepositus quoque eiusdem loci, sicut ab antiquis institutum est, LII servicia ex debito solvat eis, hoc tamen sub examine et sub hac certitudine, ut ęstivo tempore vaccam sterilem, que vulgari locucione ialouica dicitur, XII quoque pullos gallinarum et VI porcellos, excepto si quę ex benivolencia velit addere, et lagenam medonis continentem X et VII iusticias aliamque cervisię eiusdem quantitatis in uno quoque servicio expendat. Brumali etiam tempore pro vacca duos porcos triennes eis ministret.[g] <Et ne armarii custos circa suum ministerium tardus aliquando vel piger inveniatur, campanarios et custodes eiusdem monasterii sui dumtaxat iuris esse confirmo,[g] ita ut in omnibus causis [a]d[h] nullam quantumlibet potentem personam preter eum solum habeant respectum;> et terram in villa, quę dicitur Kbel,[38] ad unum aratrum sufficientem cum VI bobus et semine attinere ad cu[s]todiam[h] censeo, hac tamen sub condicione, ut quivis custos pro ea fratribus servicium annuatim persolvat. Pomerium in suburbio, ubi ęstivo tempore habeant, si spaciari velint, cum duobus his servis Ian et Bogumil eisdem fratribus trado. Quadragesimali tempore una quaque ebdomada LXXX nummos pro piscibus a suo preposito accipiant, ęstivo etiam totidem, sed eo dumtaxat mense, si quo forte preclarior festivitas feria VI evenerit; quod si non fuerit, dimidium tanti. Terram in Wirseuic[26] et ortos in Neosuetl,[39] quos frater meus Bracizlavs[a] in dotem capellę, quę in honore beate Marie Magdalene est constructa, sub anathemate tradidit, idem fratres perpetuo iure possideant. Camenci[15] decimum nummum in vendicionibus, ut antiquitus est institutum, habent habeantque. Et ut ea, que statui et in presenti carta scribi iussi, nullum finem habeant, super altare et reliquias sanctorum apostolorum Petri[a] atque Pauli[a] sigilli mei inpressione confirmo, ea maxime pro causa, ut si quis dei inimicus mandatorumque eius contemptor hoc divellere voluerit, sciat se ab omnipotente deo in perpetuum condempnatum et cum cętibus sanctorum nil commune habiturum, sed cum diabolo suo deceptore inextinguibilis gehennę incendio ęternaliter concremandum.

Anno ab incarnacione domini millesimo CXXX sunt hęc acta sub Lothario rege Teutonicorum eiusdem nominis tercio, sub christianissimo duce Sobezlao,[a]

---

111. *g) sequitur foramen sutura coniunctum A. — h) membrana laesa A.*
[37]) *Fortasse Senetín prope Kutná Hora (Kuttenberg.)* — [38]) *Kbely a Karlín versus septemtr. et orientem.* — [39]) *Nusle prope Pragam.*

filio regis Wratizlai,[a] nonodecimo monarcha Boemorum, ex quo christianitas in Boemia exordium sumpsit, his testibus presentibus: Meginardo, Pragense decimo presule, et Sdicone, septimo Olomucense, qui apostolica auctoritate hoc decretum confirmarunt, Johanne eiusdem monasterii preposito.

Sigillum Sobieslai II ducis ex cera alba confectum, non integrum, appendet ex scidula membranae.

112.

Lotharius III, Romanorum rex, monasterio Indersdorfensi[1] *donationem praedii, Indersdorf in episcopatu Frisingensi confirmat, praesente inter alios* ‚Odalrico,[2] duce Boemie.' *Ratisbonae 1130 [m. iun. vel iul.],*

Monum. Boica X, pag. 234, num. 2 (ex autogr. in tabulario gener. regni Bavariae Monachi); v. et XXIX, 1, pag. 258. = Erben, Reg. I, pag. 95, num. 212. — Stumpf, Reg. num. 3251.

De tempore cf. Bernhardi, Lothar v. Supplinburg, pag. 265 nota 22 et 23, qui diploma hoc in mensem iulium reponendum esse putat. — Vide etiam, quae Cosmae continuator canon. Vissegradensis ad a. 1130 refert. Fontes rer. Boh. II, pag. 207.

113.

Rudolfus de Perge[1] *filiae suae Richinzae eiusque marito Adelrammo de Waldekke donat „omnia predia sua in Windeberge*[2] *sita, culta et inculta et quod vulgo ibi nuncupatur Waldmarch, incipiens ab Engilboltesdorf*[3] *et tendens per aquam dictam Ruzischemuchel*[4] *. . . per silvestria loca usque ad Pehaim geschait."* *[c. 1130].*

Zahn, Urkundenb. d. Herz. Steiermark I, pag. 142, num. 130. — Cf. Hasenöhrl in Arch. f. österr. Gesch. LXXXII, pag. 444.

114.

Adalbertus I, archiepiscopus Maguntinus, Henrico II, episcopo Olomucensi, concedit, ut sedem episcopalem ex vetere ecclesia (sancti Petri) in alium locum transferat. *[Ante 1131 iun. 30.].*

---

112. [1]) *Inter Augsburg et Freising.* — [2]) *I. e. Soběslao I, qui etiam in annal. Erphesfurd. (Mon. Germ. Script. VI, pag. 537) et in Ottonis Frising. Gest. Friderici I, c. 16 et 20 Udalricus appellatur.*

113. [1]) *Perg in Austria Superiore ap. Schwertberg.* — [2]) *Windberg in Austria Super. apud Helfenberg.* — [3]) *Engersdorf ap. Windberg.* — [4]) *Böhm. Mühl, fl. a Linz ad septemtr. et occid.*

Apographum in codd. mss. saec. XII in bibl. capituli metrop. Olomucensis num. 205 fol. 202 (A) et num. 202 fol. 225v (B).

Boczek, Cod. dipl. Moraviae I., pag. 203, num. 230. = Jaffé, Bibl. rer. Germanic. II (Monum. Moguntina), pag. 397, num. 49. — Erben, Reg. I, pag. 95 num. 213. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 294, num. 243. — Vide etiam Friedrich, Monum. palaeogr. Bohemiae tab. 2.

A.,[1] dei gratia Magontinus archiepiscopus et apostolicę sedis legatus, H.[a] [2] dilecto in Christo fratri Morauiensi episcopo, salutem. Translationem, illam[3] immo utilem commutationem, quam fraternitas tua facere intendit, pro qua et nos consuluit, idcirco nobis honestam et necessariam assumimus, quia et ratio eam non reprehendit et canonica auctoritas eam fieri posse non contradicit. Quapropter, in Christo dilecte frater, pię petitioni[b] tuę debitę caritatis assensum prebentes mandamus et mandando consulimus, ut quod fieri oportet, fiat communi assensu fratrum tuorum et in ęcclesia, á qua recedendum pro suis angustiis et nimia eius parvitate[c] videtur, divini officii celebratio, prout deo dicato loco expedit, á tua sollicitudine provideatur.

115.

Henricus II, episcopus Olomucensis, pontificalem sedem Olomucensem ab ecclesia sancti Petri ad ecclesiam sancti Venceslai ibidem transfert eiusque possessiones consignari facit. *[Post 1131 iun. 30.]*

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metropol. Olomucensis (A). — Exstat etiam apographum in Libro privil. eccl. Olomuc. saec. XIV in tabulario eodem, E I 27 signato, fol. 17—18 (B), et in alio Libro privil. eiusdem eccl. s. XIV. qui in tabulario archiepiscopali Cromezirensi asservatur, fol. C1 sq. num. 15 (C).

Wekebrod, Mährens Kirchengeschichte (Brünn 1814) I, pag. 142. — Richter, Augustini Olomuc. episcoporum Olomucensium series, Appendix, pag. 279. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 204, num. 231. = Erben, Reg. I, pag. 95, num. 214. — Locorum commentarium inde a verbis ‚Hę sunt villę' *edidit Lechner in Zeitsch. des Vereins f. Gesch. Mährens und Schlesiens II, pag. 127, ex C. — Imaginem lapidi incisam dedit Richter, Die ältesten Original-Urkunden der Olmützer erzbischöflichen Kirche in Steindruck und historisch gewürdiget (Olmütz 1831).*

Diploma notis chronologicis omnino caret, sed nihil obstat, quominus paulo post diem 30. iunii 1131 scriptum esse censeamus, qua die sancti Venceslai ecclesiae dedicationem factam esse annales Gradicenses et Opatovicenses referunt (Fontes rer. Bohem. II, pag. 394.) — Bonorum conscriptionem maximam partem alia quaedam eiusdem temporis manus (B) scripsit, inter singulas partes spatio relicto, quo bona postea acquirenda inscriberentur. (Singulae voces, quae aliquot manibus recentioribus post suppletae sunt, annotationibus

114. *a)* ‚H' *om. B. — b)* ‚peticioni' *B. — c)* ‚parutatę' *B.*

[1]) *Adelbertus I. —* [2]) *Heinrico. —* [3]) *sedis episcopalis ex ecclesia sancti Petri in ecclesiam sancti Venceslai. Conf. diploma proxime sequens.*

accuratius significantur.) Conscriptionis potissima pars, quantum quidem ad manum B referenda est, necesse scripta sit ante sigillum diplomati impressum, quod ‚p' litera vocis ‚nuper' *in linea extrema partim sigillo obtegitur. Etiamsi igitur conscriptio non iam ex anno 1131 proveniret, tamen contendere possumus potissimam eius partem, manu B exaratam, bonorum ecclesiae Olomucensis eam continere conditionem, quae quidem ante Henricum II episcopum mortuum († 1150 iun. 25) fuerit. — Cf. Bretholz, Gesch. Mährens I, pag. 267 not. 2. — Locorum nomina explicat Richter, Die ältesten Original-Urk., pag. 11 sq. et Sedláček in Časopis Matice Moravské XXX (1906) pag. 169 sq.*

C. ‖ In nomine sanctę et individuę trinitatis. ‖ Heinricus,[a] dei gratia Olomucensis ęcclesię episcopus,[b] omnibus ortodoxis catholicę ęcclesię filiis.[c] ‖ Cum uniuscuiusque fidelis pia erga deum devotio vigilantis animi desiderio decorem domus dei et locum habitationis glorię suę diligere debeat, cum omnem hominem, qui templum dei et habitaculum sancti spiritus esse desiderat, ut ei placeat, ‖ cui se probavit, non que sua sunt, sed que Jesu Christi, querere diligenter oporteat, non immerito nos eo devotius eoque studiosius ęcclesię dei utilitatibus invigilare debemus, quo celsiorem ex dispensatione divina in mensa domini regiminis locum susce‖pimus, ne, qui plus ceteris, ut beatus ait Gregorius, in hoc seculo accepisse aliquid cernimur, ab auctore mundi gravius inde iudicemur. Nulli enim, nulli dubium est, ab eo, cui plus committitur, plus exigi et donis adauctis donorum rationes adaugeri. Sed quoniam iuxta vocem apostoli[1] velle adiacet[d] homini, perficere autem bonum non invenitur, nisi divinę pietatis habundantia, quę vota supplicum excedit et merita, bonam voluntatem excitando et perficere concedendo gratiam pro gratia largiatur, benedictus deus, qui suę virtutis efficatiam in nobis operando ad perficiendum, quod devoto versabatur in pectore, et voluntatem nobis attulit et facultatem non abstulit. Caritate quippe dei, quę in cordibus fidelium per spiritum sanctum, qui datus est nobis, diffunditur, nobis in Christo dilectissimus et vere ęcclesię catholicę filius dux Uacezlaus decenter inflammatus, ęcclesiam beati Petri in civitate Olomuc sitam, quę eiusdem provintię ęcclesiarum mater erat, pro sui parvitate ad capiendum populum confluentem non sufficere conspiciens, eamque, quę pontificalis sedis fastigio super alias polleret, minus aptam esse, utpote verus dei cultor, perpendens, beati Uacezlai martyris ęcclesiam, quam in predicta civitate pater eius fundaverat, sed morte prepeditus imperfectam reliquerat, communicato nobiscum et cum omnibus terrę primatibus consilio, cum iam egritudine detineretur, cum omnibus appenditiis per nostrę humilitatis manus deo omnipotenti hostiam placentem obtulit eamque, ut perficiendam in curam nostram, si quid de eo humanitus accidisset, susciperemus[e] et perfectam ac episcopalis sedis dignitate decoratam omnium

115. a) ‚Heinricus' *caracteribus maiusculis scriptum A.* — b) *in* ‚eps' ‚p' *ex* ‚b' *eodem atramento corr. A.* — c) *in fine primae lineae spatium 65 mm continens vacuum relictum A.* — d) *sequitur* ‚m' *erasum; loco literae* ‚h' *in proxima voce scriba genuine* ‚p' *posuit, quod autem statim inter scribendum erasit. A.* — e) ‚s' *in initio verbi eodem atramento correctum loco* ‚a' *literae errore scribentis genuine positae. A.*

[1]) *Cf. Rom. VII, 18:* ‚Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non invenio'.

ęcclesiarum matrem constituere studeremus, humiliter postulavit; quod etiam eius fidei devotio apud deum, cui omnia possibilia sunt, sicut videtur, obtinuit. Prefato namque duce religiosissimo vocante domino viam universę carnis ingresso, tam ex eius impensis, quam ex ceterorum fidelium oblationibus, additis etiam propriis pro posse nostro facultatibus, nos eandem dei ęcclesiam et perficere et perfectam rebus necessariis ac utilibus exornare, quantum divina annuere dignata est clementia, elaboravimus,[f] quam etiam consensu ac permissu domini metropolitani nostri Adelberti, sanctę Magontinę ęcclesię archiepiscopi,[2] assensu etiam ducis Sobezlai, pontificalis sedis dignitate decoratam, ceterarum in eadem provintia ęcclesiarum matrem constituimus, in priori vero ęcclesia deo sedula exhibituros obsequia quatuor canonicos ordinavimus. Ut autem hec laudabilis ac venerabilis egregii ducis largitio et nostrę humilitatis ordinatio rata et inviolabilis in posterum permaneat, auctoritate dei omnipotentis et beati Petri, apostolorum principis, confirmavimus et, ut eandem tam domini universalis pape Innocentii quam domini Magontini archiepiscopi auctoritas potestate a deo sibi tradita roboraret et eiusdem contemptores vinculo anathematis innodaret, rogavimus et impetravimus. Et quoniam priora ęcclesię nostrę privilegia partim vetustate consumpta, partim bellorum tumultibus aliisve occasionibus amissa sunt, in huius scripti nostri serie, que vel predecessorum nostrorum vel nostris sunt acquisita temporibus, cuncta, que in villis vel possessionibus ad eandem pertinent ecclesiam, denotari volumus, ut ęcclesia dei et ea, que notata sunt, inconcussa deo favente deinceps possideat, et in his, que vel adhuc ei acquiri domino largiente poterunt, vel que necdum ab iniustis possessoribus, si qui tales sunt, vendicari potuerunt, huius scripti preiudicium non sentiat.

Hę[g] sunt villę ad Olomucensem ęcclesiam pertinentes: Vduba[3] tota villa, Biscupici[4] tota, Tucapi[5] tota, Nemilaz[6] terra sufficiens uno[h] aratro, Tasalech[7] I, Virouaz[8] II, Velpridech[9] II, Nenacunicih[10] tota, Dirsouicih[11] II, Sarouicih[12] II, Melouicih[13] tota, Glubocaz[14] II, Rostinicih[15] I, Nemyiaz[16] I, De-

---

115. *f) ex* ,elabolavimus' *eodem atramento correctum A. – g) quae subsequuntur usque* Guzoue II *(inclus.) alio clarioris coloris atramento alia manus coaeva (B) scriptura in codicibus usitata scripsit. — h)* ,un' *eadem manu ex* ,ara' *corr. A.*

[2]) *Vide epistolam proxime praecedentem.* — [3]) *Dub ab Olomouc (Olmütz) ad meridiem.* — [4]) *Biskupstvo prope Olomouc interpretatur Sedláček in Časop, Mat. Mor. XXX, 1906, pag. 169.* — [5]) *Tučapy prope Dub.* — [6]) *Nemilany, germ. Nimlau, inter Olomouc et Dub.* — [7]) *Tážaly inter Olomouc et Dub.* — [8]) *Věrovany apud Tovačov (Tobitschau), distr. pol. Přerov (Prerau),* — [9]) *Ubi villa haec sita fuerit, incertum est. Brodek, vicum apud Kokory in distr. pol, Přerov hic dici perperam putat Richter.* — [10]) *Nenakonice prope Dub.* — [11]) *Držovice prope Prostějov.* — [12]) *Žárovice prope Plumlov (Plumenau), distr. pol. Prostějov.* — [13]) *Fortasse Medlovice prope Švabenice, distr. pol. Vyškov (Wischau).* — [14]) *Hlubočany, germ. Hobitschau, a Vyškov ad meridiem.* — [15]) *Rostěnice, germ. Rosternitz, a Vyškov versus meridiem.* — [16]) *Nemojany a Vyškov versus merid. et occid.*

dicih[17] I, Koualouicih[18] I, Izuestouicih[i 19] tota, Wladinicih[20] I, Selci dole[21] I, Dobrochouicih[22] I, Viscoue[23] I, Studene dole[24] III, Smersicih[25] III, Cechah[k 26] II, Ratagih[27] I, Lucaz[28] I, Napteni[29] III, Podiuicih[30] tota, Ogrozimi[31] VI, Oplocaz[32] I, Lazniceh[33] V, Vicapeh[34] VIII, Strelcih[35] I, Guzoue[36] II,[g] <Mostcaz[l 37] VI, Siratine[38] III, Topolaz[39] III, Roscuticih[40] I, Beztroycicih[41] I, Gluchouo[42] tota, Repsine[43] I, Vgezdec,[m 44] Smersicih I,[n 45] Dernouicih[46] IIII et Bolezlauenses[47] III, Sadlouici[48] tota in qua sunt figuli, Nacholine[49] III, Pencicih[50] dimidia villa et alia[50] integra,[o] Cladorubech[p 51] I, Slusine[52] I, Medii ugezdec,[53] Mizlechouicih[54] XI, Olsaz[55] I, Trebsine[56] I,[l] Blanzko[q 57] cum Rayc,[58] Namesci[59] dimidia villa, Dobratin[60] allodium, Nachorini,[q 61] Koualouicih[62] XII.[r]>

115. *i)* ‚Izeuestouicih', *sed prima* ‚e' *punctis deleta. A.* — *k)* ‚ch' *corr. ex* ‚th' *A.* — *l)* ‚Mostcaz — Trebsine I, *obscuriori atramento alia manu coaeva (C) scriptum, A.* — *m)* ‚V' *erasa, post* ‚c' *genuine sequebatur adhuc* ‚ę' *sed erasa, A.* — *n)* ‚I' *ex* ‚tota' *radendo corr. A,* — *o)* ‚et al. int.' *in loco raso alia, ut videtur, manu scriptum, A.* — *p)* ‚C' *in loco raso clariori atramento scripta, A.* — *q)* ‚Blanzko — Nachorini' *clariori atramento alia manus (D) posterioris saec. XII scripsit, A.* — *r)* ‚Koualouicih XII' *alio atramento in spatio in fine lineae vacuo relicto manu (H) saec. XIII ineunt., ut videtur, additum A.*

[17]) *Dědice prope Vyškov.* — [18]) *Kovalovice prope Nový Rousínov, distr. pol. Vyškov.* — [19]) *Zvěstovice, iam non exstat.* — [20]) *Iam non exstat.* — [21]) *Fortasse Želč, germ. Zeltsch, a Vyškov versus septemtr. et orientem.* — [22]) *Utrum Dobrochov prope Brodek, distr. pol. Prostějov, an Dobročkovice in distr. pol. Vyškov hic dicatur, diiudicare nequeo.* — [23]) *Vyškov, germ. Wischau.* — [24]) *Studenec a Prostějov versus septemtr.* — [25]) *Smržice a Prostějov ad septemtr.* — [26]) *Čechy, distr. pol. Holešov (Holleschau).* — [27]) *Rataje ab Olomouc versus septemtr.* — [28]) *Fortasse Loučany distr. pol. Olomouc.* — [29]) *Ptení a Plumlov ad septemtr. et occid., distr. pol. Prostějov.* — [30]) *Podivice a Vyškov ad septemtr.* — [31]) *Ohrozim prope Plumlov, distr. pol. Prostějov.* — [32]) *Opločany prope Tovačov, distr. pol. Přerov.* — [33]) *Lazníky a Lipník versus occid., distr. pol. Hranice (Weisskirchen).* — [34]) *An Vyčapy a Jaroměřice ad septemtr., distr. pol. Třebíč (Trebitsch), hic suspicari liceat, incertum est.* — [35]) *Fortasse Střelice prope Unčov (Mähr.-Neustadt), distr. pol. Litovel.* — [36]) *Huzová (vel Houžová) Německá, germ. Deutschhause, distr. pol. Sternberg.* — [37]) *Moskovice prope Plumlov (Plumenau), distr. pol. Prostějov (Prossnitz).* — [38]) *Žerotím a Sternberg versus occid.* — [39]) *Topolany ab Olomouc ad accid.* — [40]) *Roštoutky prope Milonice, distr. pol. Vyškov.* — [41]) *Fortasse Bystročice ab Olomouc versus merid.* — [42]) *Hluchov, distr. pol. Litovel.* — [43]) *Hřebčín, germ. Reptschein, prope Olomouc.* — [44]) *Újezd, germ. Aujezd, prope Hrotovice, distr. pol. Mor. Krumlov.* — [45]) *Smržice a Prostějov ad septemtr.* — [46]) *Drnovice prope Vyškov.* — [47]) *Bolelouc apud Dub hic dici putat Richter.* — [48]) *Žadlovice a Mohelnice versus meridiem.* — [49]) *Cholina, alias Cholín, germ. Köllein, a Litovel ad merid.* — [50]) *Pěnčice et Pěnčičky a Přerov ad septemtr.* — [51]) *Kladeruby ap. Valašské Meziříčí (Wallachisch-Meseritsch).* — [52]) *Služín, distr. pol. Prostějov.* — [53]) *Medlice, germ. Mödlitz, prope Dvorec (Hof), distr. pol. Šternberk.* — [54]) *Myslichovice a Litovel ad meridiem.* — [55]) *Olšany inter Olomouc et Prostějov.* — [56]) *Třepčín a Prostějov ad septemtr.* — [57]) *Blansko, distr. pol. Boskovice.* — [58]) *Rájec, germ. Raitz, distr. pol. Boskovice.* — [59]) *Náměšť ab Olomouc versus occid.* — [60]) *Dobřetín quondam prope Strachotín, distr. pol. Hustopeč?* — [61]) *Choryň prope Valašské Meziříčí.* — [62]) *Kovalovice (fortasse in distr. pol. Vyškov).*

Hę[s] villę subiectę sunt preposturę sancti Wencezlai:[63] Golesouici[64] tota, Nezuestici[65] tota, Sebeh[66] IIII, Slauonin[67] tota, Ganeiouici[68] tota, Mladeiouici[69] tota, Topolaz[39] I, Droznouicih[70] I, Cladorubeh[71] I, Bucouaz[72] I, Uelperdeh[9] I, Draseiouicih[73] I, Semitesicih[74] II, Prosteiouicih[75] tota, <pro[t] hac solvitur prandium,[t]> Soberazi[76] II, Gneuotine[77] III, Vargosci[78] I, Preiazlauici[79] tota, Gnoici[80] tota, Lusici[81] tota exceptis duabus, Mogilnici[82] tota, Bobrounici[83] tres, Brunouicih[84] VII, <pro[u] hoc allodio solvitur prandium,[u]> Vitonicih[85] VII, Lutotine[86] IIII, Uncine[87] tota, Drozdouicih[88] II, Vgricicih[89] I et alia decani cum tabernario; <pro[v] hac etiam solvitur prandium annuatim.[v]> Namesci[59] Suatopluc dux emptum predium a possessore nomine Cistomir dedit ęcclesię sancti W(encezlai).

Hę vero ad Prerouensem[90] ecclesiam pertinent: Dilgonici[91] tota, Tucapi[92] I, Vgezdci[93] tota, Moscenica[94] tota, Tersaleh[95] IIII, Pecetulceh[96] tota, Zagnosouih[97] I, Probicih[98] I, Rosceni[99] I, Kostelci[100] I, Na telmacoue[101] I, Cetisouicih[102] I, Otrocouicih[103] I, Turouicih[104] I, Cladorubeh[105] I, Pacezlauicih[106] I, Vbreza[w][107] I,

155. *s) quae subsequuntur, omnia usque ad finem praeter aliquas voces inferius accurate designatas manu B scripta sunt A. — t)* ‚pro — prandium‘ *alia manus posterior E supra lineam addidit, A. — u)* ‚pro — prandium‘ *manu E in loco raso supra lineam additum, A. — v)* ‚pro hac — annuatim‘ *manus E supra lineam in loco raso adscripsit, A. — w)* ‚r‘ *eodem atramento superscriptum A.*

— [63]) *in Podivín, germ. Kostel, prope Břeclav (Lundenburg).* — [64]) *Holešov, germ. Holleschau.* — [65]) *Nezvěstice, iam non exstat.* — [66]) *Locus ignotus.* — [67]) *Slavonín, germ. Schnobolin, prope Olomouc.* — [68]) *Haňovice prope Litovel.* — [69]) *Mladějovice, germ. Bladowitz, prope Sternberg.* — [70]) *Droznov, alias Drozdov, germ. Drosenau, distr. pol. Zábřeh (Hohenstadt).* — [71]) *Kladruby quondam fortasse inter Olomouc et Holešov; v. Sedláček, in Časop. Mat. Mor. XXX (1906) str. 170.* — [72]) *Bukovany ab Olomouc ad orientem.* — [73]) *Dražovice a Vyškov ad septemtr.* — [74]) *Fortasse Samotišky ab Olomouc versus septemtr. et orient.* — [75]) *Prostějov, germ. Prossnitz.* — [76]) *Iam non exstat.* — [77]) *Hněvotín, germ. Nebotein, ab Olomouc versus occid.* — [78]) *Varhošť, germ. Haslicht, ab Olomouc versus orient.* — [79]) *Přaslavice ab Olomouc versus orient.* — [80]) *Hnojice, germ. Gnoitz, ap. Sternberg.* — [81]) *Lužice prope Sternberg.* — [82]) *Mohelnice, germ. Müglitz, distr. pol. Zábřeh.* — [83]) *Iam non exstat.* — [84]) *Brumovice prope Klobouky, distr. pol. Hustopeč (Auspitz) aut Brumovice, germ. Braunsdorf prope Krnov (Jägerndorf).* — [85]) *Vítonice prope Kralice, distr. pol. Prostějov.* — [86]) *Lutotín ap. Kostelec, distr. pol. Prostějov.* — [87]) *Fortasse Unčice, distr. pol. Přerov (Prerau).* — [88]) *Drozdovice, vicus desertus, qui situs erat prope Plumlov.* — [89]) *Uhřičice prope Kojetín, distr. pol. Přerov.* — [90]) *Přerov, germ. Prerau.* — [91]) *Dlúhonice prope Přerov.* — [92]) *Tučapy prope Holešov.* — [93]) *Újezd prope Přerov.* — [94]) *Moštěnice Horní a Přerov ad meridiem.* — [95]) *Tršaly villa quondam ab Přerov meridiem versus.* — [96]) *Pacetluky a Holešov ad septemtr.* — [97]) *Zahnašovice a Holešov versus merid.* — [98]) *Fortasse Pravčice d. p. Kroměříž.* — [99]) *Roštění a Holešov versus septemtr. et occid.* — [100]) *Kostelec a Holešov ad septemtr. et occid.* — [101]) *Tlumačov, distr. pol. Uherské Hradiště (Ungarisch-Hradisch).* — [102]) *Fortasse Tečovice prope Tlumačov.* — [103]) *Otrokovice a Tlumačov ad merid. et orient.* — [104]) *Turovice prope Dřevohostice, distr. pol. Holešov.* — [105]) *Kladeruby, g. Kladerub d. p. Val. Meziříčí (Wallachisch Meseritsch).* — [106]) *Pačlavice a Zdounky ad septemtr. et occid., distr. pol. Kroměříž.* — [107]) *Břest a Kroměříž ad septemtr. hic dici putat Richter.*

Parisouicih [108] I, Cuncouicih [109] I, Glupcicih [110] I, Biscouicih [111] II, Lutincicih [112] I, Roscuticih,[x] [40] Cerncine [113] II, Nezebicih [114] tota, Glubocaz [14] II, Zerbcih [115] I, <Rogozou.[y] [116]>

Tempore ducis Ottonis secundi Iohannes [117] episcopus a prefato duce emit Cromesir [118] cum tabernariis et theloneo, quod ad pontem pertinet, necnon et Iesutboricih [119] curiam cum villis. Hę villę Cromesirensi curię adiacent: Lobodici [120] tota, Zazane [121] tota, Cesici [122] tota, Zamrisc [123] tota, Nemitci [124] tota, Milotici [125] tota, Bicouici [126] tota, Melici [127] tota, <Dilgonici,[z] [91] Nenacunici,[10] Vgezdec [128] tota, Zazas,[aa] [121] Nemitci.[z] [124]> Hę autem Iesutboricensi: Opocen [129] tota, Sbizlau [130] tota, Sezlauci [131] tota, Pretoci [132] tota, <Rogozouicih [133] II.[bb]>

Has villas dominus episcopus Henricus emit et dedit sancto W(encezlao): Siuanici,[134] Lozici,[135] Crekouicih [136] <allodium[cc] sufficiens duobus aratris.[cc]> Hę[dd] villę ad Spitigneuensem [137] ęcclesiam pertinent: Larogneuici [138] tota, Kostelec [139] tota,

---

115. *x)* ,Roscuticih II,' *sed* ,II' *erasum A. — y)* ,Rogozou' *clariore atramento manus D addidit; praecedit* ,N' *eodem atramento scriptum A. — z)* ,Dilgonici — Nemitci' *alio atramento manus D addidit. Supra* ,Dilgonici, Nenacunici' *voces aliquot erasae sunt. Post* ,Nemitci' *spatium viginti fere literarum vacuum relictum est. A. — aa)* ,Zazas' *supra lineam alia manu saec. XII ex. additum, genuine hic manu D* ,Hualicin' *scriptum erat, quod autem cancellatum est A. — bb)* ,Rogoz. II' *manu F (adhuc saec. XII, ut videtur) additum in loco raso. Ex nomine genuine hic posito praeter primam litteram* ,S' *nihil aliud discerni potest. — cc)* ,allodium — aratris' *manu E superscriptum. — dd) Praecedit spatium viginti duarum fere literarum vacuum relictum A.*

[108]) *Paršovice distr. pol. Hranice (Mähr. Weisskirchen).* — [109]) *Kunkovice a Zdounky ad merid. et occid., distr. pol. Kroměříž.* — [110]) *Hrubčice, distr. pol. Prostějov (Prossnitz).* — [111]) *Biškovice a Bystřice pod Hostýnem ad septemtr., distr. pol. Holešov.* — [112]) *Litenčice a Zdounky ad merid. et occid., distr. pol. Kroměříž.* — [113]) *Čerčín prope Bučovice, distr. pol. Vyškov.* — [114]) *Nesovice prope Bučovice, distr. pol. Vyškov.* — [115]) *Srbce a Kojetín ad merid. et occid., distr. pol. Přerov.* — [116]) *Rohozov iam non exstat.* — [117]) *II, 1104—1126 febr. 21.* — [118]) *Kroměříž, germ. Kremsier.* — [119]) *Jezbořice, distr. pol. Pardubice.* — [120]) *Lobodice a Tovačov ad merid., distr. pol. Přerov.* — [121]) *Sazany quondam villa oppidulo Kelč vicina; v. Sedláček in Časop. Mat. Morav. XXX. pag. 171.* — [122]) *Těšice prope Kelč, distr. pol. Hranice (Weisskirchen).* — [123]) *Zámrsky prope Těšice, distr. pol. Hranice.* — [124]) *Němetice prope Zámrsky, distr. pol. Valašské Meziříčí (Wallachisch-Meseritsch).* — [125]) *Milotice a Hranice versus orientem et merid.* — [126]) *Býkovice, iam non exstat.* — [127]) *Mělice, vicus desertus, qui situs erat apud Pustoměř [Richter].* — [128]) *Újezdec villa quondam prope Kvasice, distr. pol. Kroměříž.* — [129]) *Opočínek, distr. pol. Pardubice.* — [130]) *Zbyslav, distr. pol. Čáslav.* — [131]) *Seslávky al. Seslavce, distr. pol. Chrudim.* — [132]) *Přítoky, distr. pol. Hora Kutná (Kuttenberg).* — [133]) *Rozhovice distr. pol. Chrudim.* — [134]) *Živanice distr. pol. Pardubice.* — [135]) *Lozice, germ. Lositz. distr. pol. Vysoké Mýto (Hohenmauth).* — [136]) *Křekovice quondam villa fortasse ibi sita, ubi nunc Vyšňary distr. pol. Litomyšl (Leitomischl).* — [137]) *Spytihněv, germ. Spitinau, a Napajedla versus merid., distr. pol. Uherské Hradiště.* — [138]) *Jarohňovice a Kroměříž versus merid.* — [139]) *Kostelec prope Kyjov (Gaya.)*

Sadouici [140] tota, Rusou [141] tota, Veligrad [142] tota, Praxici [143] tota, Biscupici [144] tota, alia sub eodem nomine Biscupici tota, tercia idem nomen retinens Biscupici tota, Zablacaz [145] II, Nesaticih [146] I, Zrebrniceh [147] I, Tucapi [148] tota, Prestaz [149] IIII, Kostelaz [150] I, Cetohouicih [151] II, Siracouicih [152] V, Diuoceh [153] I, Sobegribeh [154] III, Ognisckouicih [155] III, Nalubney [156] I, Quasicih [157] I, Nabeloue [158] I carens cultore, Hizleh [159] I, Vazile,[160] Orechouem [161] I, Na brode [162] III, Orechouem [161] II, Opatouicih [163] I, Mladotici [164] tota, Sobnouo [165] tota, Vneradici [166] tota. <Nalubney [156] I, Ozcicih [167] I.[ee]>

He villę ad Bracizlauensem [168] ęcclesiam pertinent: Opatouici [169] tota, Selidedici [170] tota, Strasouici [171] tota, Miculcici [172] tota, Boleradicih [173] V, Crisanouicih [174] V, Ostrauaz [175] VII, Sobolcouicih [176] II, Vateroue [177] II, Hrastouicih [178] II,

115. *ee)* ‚Nalubney I, Ozcicih I' *manu F, ut videtur, additum A.*
— [140]) *Žadovice a Kyjov versus orient.* — [141]) *Locus ignotus.* — [142]) *Velehrad ap Uherské Hradiště (Ung.-Hradisch).* — [143]) *Prakšice ab Uherský Brod versus septemtr.* — [144]) *Fortasse Biskupice prope Luhačovice, distr. pol. Uherský Brod; reliquae duae villae eiusdem nominis in regione proxima verisimile sitae erant.* — [145]) *Zablažany quondam prope Uh. Hradiště.* — [146]) *Nežetice quondam prope Slavkov, distr. pol. Uh. Hradiště.* — [147]) *Stříbrnice ab Uherské Hradiště versus occid.* — [148]) *Tučapy a Stříbrnice ad orient., distr. pol. Uherské Hradiště.* — [149]) *Břestek, distr. pol. Uh. Hradiště.* — [150]) *Kostelany ab Uherské Hradiště versus merid. et occid.* — [151]) *Četěchovice a Zdounky versus merid. et occid., distr. pol. Kroměříž.* — [152]) *Žirakovice quondam prope Zdounky, distr. pol. Kroměříž.* — [153]) *Divoky prope Zdounky, distr. pol. Kroměříž.* — [154]) *Soběhrby, iam non exstat.* — [155]) *Ohništkovice vel Ohništky, quondam prope Kvasice, distr. pol. Kroměříž.* — [156]) *Lubná a Kroměříž versus merid.* — [157]) *Kvasice a Kroměříž versus merid. et orient.* — [158]) *Bělov prope Kvasice, distr. pol. Kroměříž.* — [159]) *Hysle a Kyjov versus orient.* — [160]) *Vasil villa quondam ibi sita, ubi nunc est Vasilsko prope Rudimov, distr. pol. Uh. Brod.* — [161]) *Ořechov prope Polešovice, distr. pol. Uherske Hradiště et Ořechov Velký, distr. pol. Uherský Brod.* — [162]) *Uherský Brod, germ. Ungarisch-Brod.* — [163]) *Opatovice quondam prope Luhačovice distr. pol. Uherský Brod.* — [164]) *Mladotice apud Slavičín, distr. pol. Uherský Brod.* — [165]) *Iam non exstat.* — [166]) *Uněradice, iam non exstat.* — [167]) *Hoštice prope Litenčice, distr. pol. Kroměříž.* — [168]) *Břeclav, germ. Lundenburg, distr. pol. Hodonín (Göding).* — [169]) *Opatovice prope Rajhrad (Raigern), distr. pol. Hustopeč (Auspitz).* — [170]) *Želetice, distr. pol. Kyjov (Gaya).* — [171]) *Strážovice a Kyjov versus occid.* — [172]) *Nikolčice a Hustopeč versus septemtr. aut Mikulčice inter Břeclav et Hodonín.* — [173]) *Polehradice inter Hustopeč et Klobouky.* — [174]) *Fortasse Křižanovice inter Slavkov (Austerlitz) et Bučovice, distr. pol. Vyškov.* — [175]) *Fortasse Ostrovanky a Kyjov versus septemtr. et occid.* — [176]) *Fortasse Sobůlky a Kyjov versus occid.* — [177]) *Věteřov inter Ostrovanky et Sobůlky.* — [178]) *Hrastovice villa quondam ibi sita, ubi nunc est silva Hrastovec inter Dražůvky et Veteřov., distr. pol. Kyjov.*

Cernicouicih [179] I, Prestauelcicih [180] II, Caprisce,[ff] [181] Rasouicih [182] III, Honouici,[183] Sobebruzi,[184] Neradici,[185] Domaboricih [186] III, Ratisckouicih [187] III.[gg] Hę vero ad Brennensem: [188] Modrici [189] tota, Biscupici [190] tota, Voycouicih [191] I, Kororupeh[hh] [192] I, Blasouicih [193] I, Velesouicih [192] IIII, Loucicih [195] II, Mileiouicih [196] I, Tesaz [197] I,[ii] Veligrad,[198] Satcane [199] tota, Bogusouici [200] tota, Vgezdec.[201]

Hę villę ad Znoymensem [202] ecclesiam pertinent: Biscupici [203] tota et Jacou,[204] Plesici[205] tota, Souolusci[206] tota, Sanouici[207] tota, In gradec[208] II, Martinicih [209] V, Grusouaz [210] III, Pruzeh [211] I, Dobrensco [212] I, Cerninoue [213] I, Masouicih[214] II allodium nuper acquisitnm a duce Conrado. (S. I.)

Im extremo membranae margine sigillum rotundum e cera alba confectum forma inversa impressum est. Priori parti sigillum inest secretum (diametros 27 mm), in quo sacerdotis manu sinistra pedum tenentis imago pectore tenus expressa depingitur. Inscriptio est: ✠ HENRICVS. *Sigillum maius (diametros 32 mm) posteriori parti impressum est, inque eo figura est viri ornatu episcopi induti sedentis, cuius manus recta pedum, sinistra erecta librum tenet. Circumscriptio:* ✠ HЄINRICVS · DЄI · GRA · OLOMVCЄNSIVM ЄPC.

115. *ff) supra lineam alia manus posterioris saec. XII. (G) adnotavit:* ,nota: Kuchar, frater eius Zesa, Vles, Ostrosec,' *A. — gg) sequitur spatium 72 mm continens vacuum relictum A. — hh)* ,r' *eodem atramento corr. ex* ,l' *A. — ii) sequitur spatium 65 mm continens vacuum relictum, in cuius altera parte voces aliquot (circa 36. litteras continentes) erasae sunt. A.*

[179]) Černíkovice; vicus hic hodie non exstat, sed situs fuit prope Koryčany, distr. pol. Kyjov [Richter]. — [180]) Přestavlky quondam prope Ždánice distr. pol. Kyjov. — [181]) Kapřiště? iam non exstat. — [182]) Rašovice a Slavkov versus merid. et occid., distr. pol. Vyškov. — [183]) Fortasse Hunkovice, prope Židlochovice, distr. pol. Hustopeč (Auspitz). — [184]) Soběbřichy quondam prope Bučovice (Butschowitz). — [185]) Neradice iam non exstat. — [186]) Dambořice a Kyjov versus occid. et septemtr. — [187]) Ratiškovice a Hodonín versus septemtr. — [188]) Brno, germ. Brünn. — [189]) Modřice, germ. Mödritz, a Brno versus merid. — [190]) Biskupice prope Jevíčko (Gewitsch), distr. pol. Moravská Třebová (Mährisch-Trübau). — [191]) Bojkovice, germ. Wojkowitz, prope Židlochovice, distr. pol. Hustopeč. — [192]) Korolupy villa quondam in regione apud Pozořice distr. pol. Vyškov. — [193]) Blažovice a Slavkov (Austerlitz) versus occid., distr. pol. Vyškov. — [194]) Velešovice, germ. Welspitz, prope Slavkov, distr. Kyjov. — [195]) Fortasse Lovčičky germ. Kleinlowtschitz, distr. pol. Vyškov. — [196]) Milešovice, distr. pol. Vyškov. — [197]) Fortasse Těšany, distr. pol. Hustopeč. — [198]) Hodie non exstat. — [199]) Zatčany prope Měnín, distr. pol. Hustopeč. — [200]) Fortasse Bošovice, distr. pol. Hustopeč. — [201]) Újezd, germ. Aujezd, distr. pol. Tišnov (Tischnowitz). — [202]) Znojmo, germ. Znaim. — [203]) Biskupice prope Hrotovice, distr. pol. Moravský Krumlov (Kromau). — [204]) Fortasse Jakubov, distr. pol. Mor. Budějovice. — [205]) Plešice a Hrotovice versus semptemtr., distr. pol. M. Krumlov. — [206]) Sovolusky, vicus quondam prope Dobrovice. — [207]) Fortasse Šanov, germ. Schönau, a Znojmo versus merid. et orient. — [208]) Hrádek, germ. Erdberg, prope Jaroslavice (Joslowitz), distr. pol. Znojmo. — [209]) Martinice vicus desertus quondam prope Hrušovany. — [210]) Hrušovany, germ. Grussbach, distr. pol. Znojmo. — [211]) Prusy prope Vyškov. — [212]) Dobřínsko prope Krumlov. — [213]) Fortasse Černín ap. Jevišovice (Jaispitz), distr. pol. Znojmo. — [214]) Mašovice Velké, germ. Gross-Maispitz, distr. pol. Znojmo.

116.

Henricus II, episcopus Olomucensis, capitulum novae ecclesiae cathedralis ad sanctum Venceslaum Olomucii fundat et instituit. *[Post 1131 iun. 30].*

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metropol. Olomucensis (A).

Wekebrod, Mährens Kirchengesch. I, pag. 150. — Richter, Augustini series episc. Olomuc. pag. 284. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 208, num. 233. — Erben, Reg. I, pag, 97, num. 216. — Imaginem lapidi incisam dedit Richter in appendice operis cit.: Die ältesten Originalurkk. der Olmützer Kirche in Steindruck und hist. gewürdiget. (Olmütz 1831). — Imaginem phototypicam praebet Friedrich, Monum. palaeographica Boh., tab. I.

Diploma hoc eadem manu, ac praecedens, exaratum, etiam eodem tempore confectum esse videtur.

C. ‖ In nomine sanctę et individuę trinitatis. ‖ Notum sit cunctis fidelibus Christi tam moderni temporis quam futuri, quod ego Heinricus, divina largiente clementia VII[us] Olomu‖censium episcopus, remissionem peccatorum assequi et in libro vitę cęlestis asscribi devote super omnia desiderans, et ne in conspectu eius, de cuius plenitudine omnes accepimus, vacuus apparerem, desiderio animi fer‖ventis exestuans inter cetera, que ad laudem et gloriam nominis domini ad decus et utilitatem ęcclesię dei, seu ex fidelium oblationibus, seu ex propriis facultatibus, Christo largiente acquirere potui, numerum etiam ‖ canonicorum, qui in ęcclesia dei ymnis et orationibus die noctuque decenter insisterent et tam pro nostra quam pro omnium fidelium animę et corporis salute dei clementiam iugiter exorarent, non ex rebus episcopii[a] diminutis, sed ex bonis ęcclesię dei nostro tempore deo opitulante iuste acquisitis devotus augere volui, et ut eadem dei ęcclesia, quę eiusdem provintię ęcclesiarum mater appellari meruit, duodenario canonicorum polleret numero, quatuor scilicet preter hos relictis, qui in priori ęcclesia sedula deo exhiberent obsequia, sollicite elaboravi. Quod profecto meę[b] devotionis factum ut ratum et inviolabile in posterum permaneat, licet communiter ab omnibus Christi fidelibus postulare studeam,[c] et quod iusto expeto desiderio, facile impetrare debeam, ad vos tamen specialiter sermo meus dirigitur, vos pre ceteris devotionis meę affectus deprecatur, qui in hac sancta sede domino dispensante post me sessuri, qui ęcclesiae dei regimen per succedentia tempora usque in finem seculi estis adepturi. Vos, inquam, specialiter alloquor, vos per caritatem deprecor et per amorem proximi obtestor, ut que ad laudem et gloriam nominis dei a me facta cognoveritis, nec rescindere nitamini nec rescindi paciamini. Eorum enim, que in domo dei pro posse suo meę humilitatis adauxit devotio, vobis etiam merces apud deum reputabitur, si vero fuerint comprobata iuditio. Vos igitur hec, que divini amoris[d] a me gesta

116. *a) ex* ‚episcopio' *eodem atramento corr. — b)* ‚ęę' *in loco raso eodem atram. ead. manu scr. — c)* ‚a' *ex* ‚t' *radendo corr. — d) hic* ‚gratia' *excidisse videtur.*

sunt, diligenter amplecti non respuatis, et ne vel predictus canonicorum numerus diminuatur, vel servitia, que eisdem fratribus seu de curia episcopali seu a substituto, si vestrę placuerit discretioni, preposito dari constitui, aliquatenus eis subtrahantur, sicut boni milites Christi providere non cessetis, maxime cum et ego ad hec constituenda non res episcopii, ut prefatus sum, diminuerim, sed tam de prepositura quam de ceteris bonis ęcclesię dei meo tempore deo volente acquisitis hec fieri competenter providerim. Omnipotens autem deus septiformis spiritus sui donis sanctitatem vestram repleat, ut per spiritum timoris amori conditoris inherendo, per spiritum pietatis meis petitionibus condescendendo, per spiritum scientię atque consilii ęcclesię dei honestati et utilitati diligenter provideatis, per spiritum fortitudinis eandem dei ęcclesiam impugnantibus viriliter resistere non paveatis, per spiritum intellectus ac sapientię novum hominem, qui secundum deum creatus est, in iusticia et sanctitate veritatis induti, omnipotenti deo placere valeatis. Amen.[e]

Sigillum diplomati impressum idem est, quo diploma praecedens roboratur, illo tantum discrimine interposito, quod hic sigillum maius ad frontem diplomatis, sigillum secretum vero ad tergum affictum est.

117.

Otto I, episcopus Bambergensis, Meginhardum, episcopum Pragensem, docet, quomodo de episcopatu non legitime suscepto criminationem a sese defendat.

[1131 ante sept. 28.]

E codice Udalrici Bambergensis: in cod. ms. saec. XII. bibl. c. r. aulicae Vindobonensis num. 398, fol. 148v—149 (V) et in cod. ms. saec. XII. monasterii Zwettlensis num. 283, pag. 330 (Z).

J. G. Eccard, Corp. hist. medii aevi II, pag. 370, num. 364 = Dobner, Annales Hagec. VI pag. 217 = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 202, num. 229 = Erben, Reg. I, pag. 97, num. 217. — Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, pag. 416, num. 239. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 288, num. 214.

Jaffé l. l. nullo adducto argumento epistolam anni 1129 spatio definit. Dobner anno 1131 scriptam esse putat, quem etiam Boczek et Erben secuti sunt. Ante sept. 28 eius anni scriptam esse docent ea, quae canonicus Vissegradensis ad hunc annum de Meginhardi episcopi expurgatione narrat; v. Fontes rer. Bohem. II, pag. 213. — Cf. Palacký, Dějiny[3] I, 2, pag. 16 sq.; Bernhardi, Lothar v. Supplinburg pag. 418 sq. — Meginhardi episcopi causa anno 1133 denique ad finem adducta est; vide inferius not. 9.

---

116. e) ‚Amen' *caracteribus maiusculis scriptum. Wekebrod l. c. addit adhuc:* ‚Dato 1130 in civitate Holomuz nonas martias'; *quam temporis notam fictam esse censeo.*

M.,[1] venerabili Pragiensium episcopo, O.[2] Babenbergensis, conservus suus et humilis dei gratia coepiscopus, in caritate non ficta[3] orationem, in humilitate devota servitium. Propter unitatem caritatis Christi, que est inter nos, leta sunt nobis omnia, que vobis sunt prospera; in adversis autem quicquid vobis accidit, nobis quoque coaccidit. Quod autem in presenti vos conturbat, id ipsum gravius nos quoque contristaret, nisi daret nobis consolationis vestrę fiduciam, qui dat rectis corde leticiam. Veritas enim ipsa vos liberabit.[4] Quis enim speravit in domino et derelictus est? Consoletur itaque vos primo consciencię vestrę puritas, tanto ab omni timore secura, quanto a crimine obiecto sibi libera est. Consoletur vos, quod á fratribus et coepiscopis vestris bonum meruistis habere testimonium, quod, si ad id ventum fuerit, omnes uno ore loquentur pro vobis. Consoletur etiam vos, quod in ecclesia Romana ordinatoris vestri[5] auctoritas magna[a] est, qui ante ordinationem vestram ita diligenter ordinem et libertatem electionis vestrę examinavit, ut iam amplius ista retractari non oporteat. Miramur etiam, quomodo nunc sibi contrarii sint illi, qui tunc dato consensu tam ordinationi quam electioni vestrę interfuerunt. In his itaque volumus vos consolari[b] in domino. Consilium autem nostrum est: si iam latius divulgatum est verbum illud iniustę criminationis vestrę, ut in ipsa ecclesia vestra vos expurgare satagatis, quatinus apud eos nulla de vobis maneat suspicio, inter quos sancta debet esse vestra conversatio. Ducem[6] insuper et principes terrę, precipue Olomucensem[c] episcopum[7] conciliate vobis et quascunque personas, sive ecclesiasticas sive seculares, omni studio placate. Difficile est enim unum aliquem vel odia vel offensam multorum sustinere; et nostri officii est[d] coram omnibus humiliare nos et placare omnes, ut omnibus, si fieri potest, placeamus. Sic rebus domi compositis, tum denique in curia Romana rem vestram agite, quia parum extra securitatis est, dum adhuc domus nostra contra nos tumultuatur. Conparato itaque vobis favore apud ducem et principes et alias quascunque regionis[e] sive ecclesię vestrę[f] personas, disponetis nostro consilio, ut nuntius bonus litteras archiepiscopi vestri et ducis unâ cum litteris vestris ad domnum apostolicum[8] de-

117. *a)* ‚magna auctoritas‘ *Z.* — *b)* ‚consolari vos‘ *Z.* — *c)* ‚Olo‘ *alio atramento corr. ex* ‚Mo‘ *V;* ‚Momucensem‘ *Z.* — *d)* ‚est officii‘ *Z.* — *e) sequ.* ‚personas‘ *sed deletum. V.* — *f)* ‚vestre‘ *superscr. V.*

[1]) *Meginhardo.* — [2]) *Otto I.* — [3]) *De Meginhardi erga Ottonem, episcopum Bambergensem, amicitia cf. Ebbonis Vita Ottonis, lib. II, 3:* Idem vero electus dei pontifex Megenhardus singularem familiaritatis gratiam cum pio Ottone iam dudum habuerat; ita ut pro amore eius etiam locum hunc *[sc. eccl. s. Michaelis Bambergensem],* quem illi maxime dilectum noverat, miro affectu excoleret, beneficiis magnis accumularet perpetuamque hic anniversarii sui memoriam, ut hodieque apparet, fideli devotione disponeret. *(Jaffé, Bibl. rer. Germanic. V, pag. 626). — In necrologio s. Michaelis posteriore obitus eius ad V. non. iul. [= 3. iul. 1134] commemoratur; v. Jaffé l. l. pag. 573.* — [4]) *Joh. VIII, 32.* — [5]) *Adelberti I Maguntini archiep.* — [6]) *Sobieslaum I.* — [7]) *Heinricum II dictum Zdik.* — [8]) *Innocentium II.*

ferat, quę omnes hanc summam peticionis contineant, ut detur vobis potestas expurgandi vos in regione vestra coram eodem Johanne cardinale,[9] cuius mentionem in litteris vestris[g] habuistis. Interim ita vobis providete, ut si necesse fuerit, intrare Italiam[h] non dubitetis. Expedit enim vobis extrema quevis perpeti quam inobedientes inveniri.

118.

Hermannus, episcopus Augustensis, Ottoni I, episcopo Bambergensi, de depopulatione a Lothario III. rege Augustae facta conqueritur et caedis huius Bohemos participes fuisse his verbis nuntiat: „Nam, quod cum intimis praecordiorum dicimus suspiriis, rex christianus induxit super ecclesiam Christi inimicos Christi, homines inhumanos et paganos, Boemos videlicet ac Flâvos,[1] qui vulgari nomine Valwen dicuntur, qui persecutores Christi et ecclesiae esse ac fuisse semper manifeste ab omnibus cognoscuntur." *[1132 sept. in.]*

Codex Udalrici Bambergensis epist. num. 260 ap. Jaffé, Bibl. rer. Germanic. V, pag. 444. — Ad caedem hanc fortasse spectant ea, quae canon. Vissegradensis Cosmae continuator ad ann. 1132 adnotavit: ‚Dux Sobieslaus regi Lotario Romam proficiscenti CCC milites in auxilium misit, Jaromirum, filium Borivoy, ducem praefecit. Qui de terra sua egressi, dum ad quendam locum Omberk vocatum venirent, ibi cum Theutonicis foro praedicti loci pugnaverunt, quos deo iuvante devicerunt.' *(Fontes rer. Boh. II, pag. 215). Cf. Bernhardi, Lothar v. Supplinburg, pag. 438 sq.*

119.

Adalbertus I, archiepiscopus Maguntinus, in concilio in festo beati Lucae[1] praefixo, controversiam inter episcopatum Halberstadtensem et monasterium Hersfeldense de decimarum possessione in Hassegau et Friesenfeld diu agitatam tandem discernit, praesente inter alios ‚Meginhardo Pragensi episcopo.'

Maguntiae 1133 octob. 21.

Wenck, Hessische Landesgesch. II, Urkundenb. pag. 81, num. 55. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 298, num. 263. — Conf. et. Bernhardi, Lothar v. Supplinburg, pag. 420 nota 99.

---

117. *g)* ‚vestris' *superscr. (al. manu?) V. — h)* ‚Ytaliam' *V.*

[9]) *Johanne episcopo Ostiensi (?), ad quem fortasse spectant ea, quae canon. Vissegr. ad ann. 1133 narrat:* ‚Eodem tempore legatus apostolici veniens, Meynhardum episc. in multis detestandis criminibus accusavit, et accusatum ad audientiam apostolici, ut de imposito sibi crimine se expiaret, venire iussit; coniuraverunt enim quidam ex eius monasterio, perversi fratres contra eum, quatenus privatum sua dignitate turpiter pellerent a sede. Horum execrabile iniquumque molimen gratia dei ad effectum venire non permisit.' *(Fontes rer. Boh. II, pag. 216).*

118. [1]) *Cumanos.*

119. [1]) *= oct. 18.*

Qua re Meginhardus episcopus eo tempore Maguntiam venerit, canonicus Vissegradensis, ad an. 1133 his verbis refert: ‚Post haec praesul Meynhardus, sanctae pietatis alumnus, Maguntiam causa excusationis ad archiepiscopum suum profectus est, ubi etiam plures episcopi[a] convenerant, in quorum audientia de imposito sibi crimine se decenter expurgavit et accusatoribus suis omne facinus, quo in se insurgere praesumpserant, misericorditer condonavit‘ *(Fontes rer. Bohem. II, pag. 217).*

120.

Lotharius III, Romanorum imperator, abbatiam Mönchsmünster[1] *suis temporibus restauratam ecclesiae Bambergensi tradit ac subiicit. — Inter testes:* ‚Meginhardvs Bragensis episcopus.‘ *Maguntiae 1133 oct. 23.*

Monum. Boica XXIX, 1, pag. 259, num. 458 (ex autogr. tabularii gener. regni Bavariae Monachi). — Stumpf, Reg. num. 3286. — Cf. Bernhardi, Lothar v. Supplinburg pag. 508, nota 28.

121.

Dietpaldus, marchio de Vohburg, monasterio Richinbacensi[1] *in die dedicationis eius plura praedia confirmat et tradit, inter quae etiam „in regione Egere: Diepoltzrewt,*[2] *Frownrewt,*[3] *Chunrewt,*[4] *quod Gotfridus de Weterenuelt ab Reichenbacensi abbate Erchengero suscepit in beneficium ea conditione, ne aliquis heres vel propinquus ei succedat. Preterea delegavit: Pernrewt,*[5] *Lengeuelt,*[6] *Prunn,*[7] *Gotefridesrewt,*[8] *sancte Marie Wilere.*[9]*“ 1135 iun. 15.*

Monum. Boica XIV, pag. 409, num. 5 et XXVII, pag. 12, num. 11. = Erben, Reg. I, pag. 100, num. 221. = Gradl, Monum. Egrana I, pag. 17, num. 53.

122.

Conradus III, Romanorum rex, monasterii sancti Blasii in Silva nigra[1] *possessiones, iura et privilegia confirmat. — Inter testes:* ‚Ůdalricus,[2] dux Boemię.‘ *Bambergae 1138 [mai 22—23].*

---

119. [a]) *Fuerunt ibi: Gerhardus s. Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis, Norbertus archiep. Magdeburgensis, Anselmus episc. Havelbergensis, Otto episc. Bambergensis, Gebehardus episc. Eistädtensis, Bucco episc. Wormatiensis, Sigefridus episc. Spirensis.*

120. [1]) *Ab Ingolstadt ad plagam orientalem.*

121. [1]) *Reichenbach apud Nittenau a Ratisbona versus septemtr. et orientem.* — [2]) *Dippersreut prope Türschenreut ab Eger versus meridiem, ubi etiam sequentia loca sita sunt.* — [3]) *Frauenreut.* — [4]) *Gross-Konreut in flum. Wondreb dextra ripa.* — [5]) *Hodie non exstat.* — [6]) *Lengenfeld apud Falkenberg.* — [7]) *Brunn.* — [8]) *Göpfersgrün apud Thiersheim ab Eger versus occid.* — [9]) *Marchanei, S. Marienweiler ap. Türschenreut.*

122. [1]) *S. Blasien im Schwarzwald.* — [2]) *I. e. Soběslaus; v. not. 2 ad num. 112.*

Hergott, Genealogia Habsburg. II, 1, pag. 158, num. 214. — Erben, Reg. I, pag. 101, num. 224. — Stumpf, Reg. num. 3378.

Dümge, Reg. Badensia, pag. 39 diplomá hoc mense iunio medio datum esse censet, Stumpf vero l. l. fultus testimonio privilegii Ottonis I, episcopi Bambergensis, quod datum est 1138, ‚in curia Babenberg, feria II post sanctum diem Pentecostes' *(Mon. Boica XII, pag. 332) mensis maii diem 22 vel 23 proponit. — Cf. Bernhardi, Konrad III, tom. I, pag. 39.*

123.

Innocentius II papa Henricum, episcopum Moraviensem, Christi fidem apud paganos propagaturum, ad sese vocat. Laterani [cc. 1140] apr. 12.

Apographum in codice ms. s. XV (anno 1416 scr.) bibliothecae capituli metropol. Pragensis G XXXI signato, in appendice litt. Ivonis Carnotensis cap. CLXXXII (C).

Boczek, Cod. dipl. Moraviae I, pag. 212, num. 236 = Migne, Patrologia lat. tom. 179, pag. 531. — Erben, Reg. I, pag, 101, num. 227. — Jaffé, Reg. pontif.2 I, num. 8116.

Innocencius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Henrico, Morauiensi[a] episcopo, salutem et apostolicam benediccionem. Fraternitatis tue literas benigne suscepimus et de tua sospitate[b] cerciores effecti, gavisi sumus. Verum tamen, quoniam ex ipsis voluntatem tuam cognovimus paganis verbum domini predicare et ad fidem Christi convertere, opus est, ut ad matrem tuam sanctam Romanam ecclesiam venias, quatinus congnito fructu exinde proventuro, ibidem secundum universalis ecclesie doctrinam assumpta forma docendi, ipsius auctoritate, quod faciendum fuerit, auxiliante domino perficere valeas. Datum Laterani II idus aprilis.

124.

Zbigneus, sacerdos et canonicus sanctae Mariae, in ecclesia, quam in patrimonio suo, in villa Unětice, fundaverat, duos canonicos instituit et dotat. Quam ordinationem Soběslao duci tuendam commendat. [1125—1140].

Apographum insertum privilegio confirmationis Venceslai I. regis anno 1233 dato, cuius autogr. in tabulario capituli metropol. Pragensis asservatur (A).

Erben, Reg. I, pag. 98, num. 219.

Instrumentum notis chronologicis omnino carens, cur ad annum cc. 1132 posuerit Erben, nescio. — Palacký in adnotationibus ap. Erben l. l. pag. 624 fidem eius in dubitationem vocavit, quam sententiam nullis argumentis confirmatam amplecti nequeo, cum forma atque indoles scripti huius antiquitatis manifesta prae se ferat vestigia. Cf. Krofta in Český časopis historický X, pag. 266 not. 3.

123. *a)* ‚Olom(ucensi)' *al. man. superscr. C. — b)* ‚suspitate' *C.*

Cunctis Christi fidelibus sit cognitum, me Zbyhneum, dei gratia sacerdotem, in meo patrimonio, hoc est in villa Vnetych,[1] fundasse ecclesiam, in qua divino amonitus consilio locavi duos canonicos ita nominatos: Ras et Bezded, quibus ipsum locum usque ad finęm vitę eorum concessi. Sed si peccatis intervenientibus proles eorum non fuerit docta, eis precepi, ut in vita sua ordinarent, quod istę numerus canonicorum duorum non desit usque in finem mundi. Substantiam quoque patris mei ac matris meę, quorum nomina sunt hec: Bohun, Bozena, meamque eis subiungavi. Primum Rouen sylvam cum campo, Huatym cum campo et eccę meta: magna via, que vadit Pragam, atque Calyscę, Bridce rupis aspiciens aliam rupem ultra ryvum, qui Slaťyunicę vocatur; silva Scepene cum campo; silva Scala cum campo; decem et VIII agri et IX, que a fratrę emi in patrimonium sub testimonio Wladotę et filiorum eius. Prata omnia, quia ea redemi quadringentis et quadraginta denariis, et ad hec unus campus, quem a Mylhost mercatus sum; emissarius cum equis, boves, vaccę, scrofe cum porcis, anseres cum gallinis, pavones cum pavonissis. Molendinum in supradicto ryvo. In Levo Gradech[2] terra ad aratrum, ubi christianitas incepta est, et Ostog proanimatus in ea sedens et solvens XII denarios unoquoque anno Wneticensi ecclesię. Status autem campi istius est iuxta Suadow et iuxta Colasoy et iuxta Hriunatecz. Locus vero terre in ipso castro est cum uno agro et pomeryum in horreo. In villa Vnetich duo pomeria in montę, quod est in orreo, et aliud in vallę; et ecce familia tota: Radata cum uxore et tres filii et una filia, Milhost, Bogdan, Rados, Bratromila, Johannes cum uxore et filia, Srinek, Modlis cum uxorę et filia, Milohna. Juxta orreum est medietas campy; pro eo frater meus debet darę CL. Et alter est Bresti similiter medius; pro ipso debet dare C denarios, hoc est popousca. Ostog debet adiuvare cum tot falcibus, quot in domo erunt, fenum secarę, et metere duos dies preter unum, qui domum custodiet. Milong proanimatus cum uxore et filiis et filiabus de Nouo Bolezlau,[3] et ipse VI denarios iussus est, amboque in festo sancti Martini cum Ostog solvant. Quorum proanimatorum si prosapia defecerit, ecclesia Vneticensis teram habeat. Nullus eos destruere audęat et si destruxerit, maledictus sit. Nescadam ad litteras posui servum; si didicerit,[a] liber sit, si non, servus. De sepultura igitur corporis mei Zbihnew, dei gratia sacerdos atque canonicus sancte Marie, sollicitę memoratus sum, ut sit in ipsa ecclesia mea, que est Vnetich, iuxta foveam, ubi funditur aqua baptismatis; taliter vero, ut fossa sequatur pedes meos sacri fontis. Deum et dominum meum Jesum Christum preposui hic esse heredem et sanctam Mariam omnesque sanctos dei, neminem alium mortalium preter duos prefatos canonicos, quibus nullus audeat nocerę. Et si quispiam velit auferrę de rebus

124. *a)* ‚dicecit' *A.*

[1]) *Ounětice, distr. pol. Smíchov.* — [2]) *Levý Hrádek a Praga ad septemtr., distr. pol. Smíchov.* — [3]) *Mladá Boleslav, germ. Jung-Bunzlau, a Praga ad septemtr. et orientem.*

sancte ecclesie, maledicat illum deus, ipse Jesus Christus et beata virgo Maria. O summę dignitatis princeps et dux Boemorum gloriosissimę, Zobezlaę, dei misericordie et vestre bonitati commendavi locellum meum posterisque vestris, et rogo, ut nulli ad devorandum detis, sed vos ipse sitis eorum prepositus, vos defensor et vos dispositor, vos provisor[b] et dispensator, per vos solum cuncta regantur. Et de ipsis canonicis seniorem eligite, qui decanus vocetur, cui nil liceat minuere, sed augere. Et in Sacensi montę post vastacionem, qua[c] vastavit nos episcopus, inveni vacuum locum; idcirco ea, que modo sunt, in ea omnia sunt. Et ego tradidi tibi illa domino męo duci, ut accipiatis ad vos et indę ditetis canonicos Vneticenses, qui non mei, sed vestri vocentur.

125.

Innocentius II papa Henrico, episcopo Moraviensi, ad Prussiae paganos profecturo, mandat, ut vicarios domi constituat et concedit ei, ut in Prussia praeferenda cruce utatur. *Laterani [1141] ian. 31.*

Apographum in codice ms. saec. XV. bibl. capituli metrop. Pragensis G. XXXI. signato in appendice litterarum Ivonis Carnotensis cap. CLXXXI (C).

Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 212, num. 237 = Migne, Patrolog. lat. tom. 179, pag. 564. — Erben, Reg. I, pag. 102, num. 228. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 8199.

Loewenfeld in nova Regestorum pontif. editione epistolam ad annum 1142 minus recte ponit, cum ex eo, quod Canonicus Vissegradensis (Fontes rer. Boh. II, pag. 235) et Annal. Gradic. (ibid. pag. 397) ad ann. 1141 narrant, epistolam huic anno adscribendam esse pateat.

Innocencius[a] episcopus servus servorum dei, venerabili fratri H.,[1] Morauiensi episcopo, salutem et apostolicam benediccionem. Non decet episcopum ad pascendum gregem dominicum constitutum proprias oves ieiunas relinquere et alienis pabula ministrare. Si tamen paganis de Pruzia verbum domini predicare et eos ad fidem Christi convertere desideras et fructum ecclesie dei[b] exinde proventurum existimas,[c] opus est, ut per episcopatum tibi a deo commissum honestas et discretas personas interim constituas,[d] qui corrigenda corrigant, et que statuenda fuerint, ad honorem dei stabiliant atque ovibus tibi a deo commissis vite pabula sumministrent. Postmodum vero, si tantum laborem ecclesie dei utilem esse cognoveris, tam sanctum opus auxiliante domino studeas adimplere. Crucem quoque ad memoriam dominice passionis et inimicos Christi conterrendos[e] in terra illius gentis ferendi ante te fraternitati tue licenciam indulgemus. Denuncciato eciam genti illi verbo domini, ad populum tibi commissum redire non differas. Datum Laterani II kalendas februarii.

124. *b)* ‚proviosor' *A.* — *c)* ‚quo' *A.*

125. *a) Praecedit lemma rubro colore scriptum:* ‚Epistola Innocencii pape ad Henricum Morauiensi episcopo' *[sic].* — *b)* ‚dei' *eadem manu superscr. C.* — *c)* ‚xi' *alio atramento supra lineam additum C.* — *d) ex* ‚constitutas' *correctum C.* — *e) genuine* ‚convertendos' *sed corr. C.*

¹) *Henrico Zdik 1126—1151.*

126.

Conradus III, Romanorum rex, monasterio Garstensi[1] „quadringentos mansos in silva, que vocatur Ritmarch, videlicet a fluvio Iowernitz usque ad fluvium Agast et exinde usque ad terminum Sclavorum“ [2] donat.

Ratisbonae 1142 [m. ian.]

Urkundenb. d. Landes ob d. Enns II, pag. 204, num. 138. — Erben, Reg. I, pag. 103, num. 232 (ex Meiller, Reg. d. Babenberg. pag. 29, num. 1). — Stumpf, Reg. num. 3434.

127.

Innocentius II papa Henricum, episcopum Olomucensem, iter ad paganos aggressurum hortatur, ut ad suos, rebelles ipsosque emendatione indigentes, quam primum reverti studeat.

Laterani [1142] apr. 1.

Apographum in codice ms. saec. XV. bibl. capituli metrop. Pragensis G XXXI. signato, in appendice epist. Ivonis Carnotensis cap. CLXXXX (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 213, num. 238. = Migne, Patrol. lat. t. 179, pag. 564. — Erben, Reg. I, pag. 102, num. 229. — Jaffé, Reg. pontif.² I, num. 8220.

De tempore huius et sequentis epistolae vide Dudík, Mährens Gesch. III, pag. 141, not. 2.

Innocencius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Henrico, Olomucensi episcopo, salutem et apostolicam benediccionem. Qui pastoralis officii regimen in ecclesia dei obtinent et ad aliorum regimina proponuntur, sollicita debent consideracione perpendere, quod non tantum de propriis, sed eciam de subditorum suorum excessibus reddituri sunt supremo[a] iudici racionem. Quamvis itaque, karissime in Christo frater, populus tibi a deo commissus dure cervicis sit, tibique rebellis et inobediens existat, valde nobis tibi expedire videtur, ut pro ipsius adhuc salute et admonicione attencius debeas laborare, et quantum in te est, ad viam rectitudinis revocare. Scriptum namque est:[b] ‚clama, ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam‘;[1] et rursus scriptum est: ‚si dicente me ad impium: morte morieris, non annuncciaveris[c] ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram; si autem tu annucciaveris[c] impio, et ille non fuerit conversus ab impietate[d] sua et a via sua impia, ipse quidem in[d] iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.‘[2] Hinc eciam Ephesiis Paulus dicit: ‚munde sunt hodie manus mee a sanguine omnium vestrum; non enim subterfugi, quominus annuncciarem[e] omne consilium dei vobis.‘[3] Mundus

126. [1]) *Garsten ap. Steyer ab Linz versus merid. et orient.* — [2]) *I. e. Bohemicum.*

127. *a)* ‚suppremo‘ *C.* — *b)* ‚est‘ *om. C.* — *c)* ‚anuncciaveris‘ *C.* — *d)* ‚impietate — in‘ *om. C.* — *e)* ‚anuncciarem‘ *C.*

[1]) *Isaiae LVIII, 1.* — [2]) *Ezech. III, 18, 19.* — [3]) *Act. apost. XX, 26, 27.*

ergo a sanguine eorum non esset, si eis dei consilium annuncciare[f] noluisset, quia cum increpare delinquentes noluerit, eos procul dubio tacendo pastor occidit. Ideoque etsi, quod absit, tuis commonicionibus[g] converti noluerint, ipsi in impietate sua morientur, tu vero te ipsum de morte ipsorum eripies. Verum si ad paganos, de quibus nobis significasti, transire, eisque verbum dei et fidem christianam annuncciare[f] discrecioni tue videtur utile, nobis placet; ita tamen, ut ad commissum tibi populum quam cicius redire non negligas. Datum Laterani, kalendis aprilis.

128.

Innocentius II papa episcopatus Olomucensis clerum de divinis contra Henrici episcopi interdictum celebratis et de excommunicatis ab eodem hominibus receptis vituperat obedireque episcopo iubet. *Laterani [1142] apr. 1.*

Apographum in codice ms. saec. XV bibl. capituli metrop. Pragensis G XXXI signato, in appendice epist. Ivonis Carnotensis cap. CLXXXXI. (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 214, num, 239 = Migne, Patrolog. lat. tom. 179, pag. 565 — Erben, Reg. I, pag. 102, num. 230. — Jaffé, Reg. pontif.[2] I, num. 8221.

Innocencius episcopus, servus servorum dei, abbatibus, canonicis et clericis per Olomucensem episcopatum constitutis. Quod vos de beati Petri et nostra gracia minime salutamus, non nostre severitati, sed vestre pocius inobediencie et presumpcioni est asscribendum. Audivimus namque, quod[a] tamen valde dolemus, vos in tantam insaniam[b] prorupisse, quod contra prohibicionem venerabilis fratris nostri H.,[1] episcopi vestri, divina officia celebrare presumitis et excommunicatos suos recipere et sacramenta ecclesiastica, que dei sunt, cum eis communicare nullatenus formidatis. Quod quam exsecrabile sit, quantumque[c] animarum vestrarum saluti contrarium, sanctorum patrum decreta manifeste declarant. Ait namque Calixtus papa[2] inter cetera: ‚excommunicatos a sacerdotibus nullus recipiat, nec cum eis in oracione aut cibo aut potu aut osculo communicet nec ave eis dicat; quia quicumque in hiis vel in aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, iuxta apostolorum institucionem et ipse simili excommunicacioni subiaceat. Ab his ergo clerici et[d] laici se abstineant, qui eadem pati noluerint.‘ Item ex Carthaginensi concilio: ‚Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, si laicus est, excommunicetur, si clericus, deponatur.‘ Que cum ita sint, per apostolica scripta universitatem vestram monemus et monendo precipimus, ut de tantis excessibus prefato fratri nostro, episcopo

127. *f)* ‚anunciare‘ *C.* — *g)* ‚commocionibus‘ *C.*

128. *a)* ‚quod‘ *om. C.* — *b)* ‚infamiam‘ *C.* — *c)* ‚quantumcumque‘ *C.* — *d)* ‚et‘ *alia manu superscr. pro* ‚vel‘ *genuine posito, sed deleto. C.*

[1]) *Henrici II.* — [2]) *Vide ep. Calixti secundam cap. X ap. Hinschium, Decretales Pseudo-Isidorianae pag. 138.*

vestro,[e] digne satisfaciatis et ad ipsius obedienciam et reverenciam cum omni devocione humiliter redeatis, alioquin excommunicacionis vel deposicionis sentenciam,[f] quam in vos canonica equitate promulgaverit, beati Petri, principis apostolorum, et nostra auctoritate firmabimus. Datum Laterani kalendis aprilis.

129.

Conradus III, Romanorum rex, Hugoni de Kranichberg annuale forum in villa Petronell[1] *donat. — Inter testes:* ‚Steico, Morauiensis episcopus‘ *et* ‚Ladizlaus, dux Bohemie.‘ *Norimbergae 1142 m. mai.*

Meiller, Reg. z. Gesch. d. Babenberg. pag. 30, num. 2 (reg.) = Erben, Reg. I, pag. 104, num. 235. — Stumpf, Reg. num. 3446.

Paucis diebus ante (21 et 22 maii) Henricus Zdik episcopus in monasterio Windbergensi, quod denuo a se conditum Adalbertus comes de Bogen Praemonstratensibus tradidit, versatus est. Vid. Primordia Windberg.: ‚Anno MCXLII . . . consecrata sunt tria altaria in capitibus huius aecclesiae: altare s. Petri et Pauli ad meridiem et altare s. Johannis ęvangelistae et s. Andreae ad septentrionem in XII iunii kalenda [maii 21]; in secundo die, id est XI iunii kalenda [mai 22] summum altare in honore sanctae et individuae trinitatis, beatae Mariae et s. Augustini et sanctorum plurimorum . . . . Consecravit autem ea videlicet altaria Stiko, episcopus Olmucensis, de provintia, quae est Moravia, vir magni nominis et meriti, tam spiritualibus quam laicis acceptus et gratus personis, amator religionis quantum ad professionem nostri ordinis, scilicet Premonstratensis, presente fundatore loci nobili comite Adelberto cum uxore sua nomine Hedewic et duobus filiis Hertwico et Perhtoldo.‘ *(Mon. Germ. Script. XVII, pag. 562 sq.) — Erben, Reg. I, num. 234. — Cf. etiam adnotationem necrologii Windberg. ad diem XV kal. febr.:* ‚Wlatizlaus, dux Boemie [† 1174]. Iste propria expensa destinavit ad nos episcopum Moraviae, qui et dedicavit monasterium nostrum.‘ *(Mon. Boic. XVI, pag. 91). — Sed non solum monasterium consecraturus hic devenisse videtur episcopus, sed potius qui comites de Bogen ad Vladislaum ducem adiuvandum conciliaret, qui haud multo ante, die 25 apr., a Conrado principe Znoimensi victus in Germaniam confugit. Quod Vladislai filia, cui Svatavae erat nomen, Friderici comitis de Bogen erat uxor, universae familiae multum intererat, ut propinquo afflicto opem ferret. Episcopum rem bene gessisse ex eo colligitur, quod Fridericus atque alii Bavariae primores (quorum nomina in diplomatibus ap. Stumpf num. 3445—3447 adferuntur) Norimbergam se contulerunt, ubi tum Vladislaus dux apud Conradum regem commorabatur. Supremis maii mensis diebus rex cum exercitu iter in Bohemiam ingressus est; vid. Palacký, Dějiny*[3] *I, 2 pag. 30 sq.; Bernhardi, Konrad III, pag. 293.*

130.

Innocentius II papa Henrico, episcopo Olomucensi, Guidonem, diaconum cardinalem, legatum suum, commendat. Laterani [1142] aug. 21.

Apographum in cod. ms. s. XV in bibl. capituli metrop. Pragensis G. XXXI in appendice litt. Ivonis Carnotensis cap. CLXXXXII (C).

---

128. *e)* ‚episcopo vestro‘ *alia manu in marg. adscr. C. — f)* ‚sentencia‘ *C.*

129. [1]) *Prope Hainburg in Austria Inferiore.*

Boczek, Cod. dipl. Moraviae I, pag. 215, num. 240 = Migne, Patrologia lat. tom. 179, pag. 597. — Erben, Reg. I, pag. 104, num. 236. — Jaffé, Reg. pontif. I² num. 8238. — Cf. Giesebrecht, Arnold v. Brescia pag. 16.

Innocencius episcopus,[a] servus servorum dei, venerabili fratri Henrico, Morauiensi episcopo, salutem et apostolicam benediccionem. Diu est, quod fraternitatem tuam in extirpandis vitiis et fovendis virtutibus valde sollicitam esse et pro christiane fidei religione in partibus illis propaganda te instancius laborare congnovimus. Pro magna itaque, quam de persona tua habemus, fiducia, dilectum filium nostrum G.[1] diaconum cardinalem, prudentem siquidem et honestum virum, quem pro enormitatibus corrigendis ad partes illas de nostro latere destinamus, dileccioni tue attencius commendamus, rogantes, quatinus sibi diligenter assistas et in hiis, que ad christiane religionis augmentum et morum correccionem[b] spectare congnoveris, opem et consilium prebeas. Datum Laterani XII kalendas septembris.

131.

Conradus III, Romanorum rex, monasterii Reichersbergensis possessiones confirmat „in civitate Ratisbona in curia celebri," cui interfuit etiam ‚Heinricus Olomicensis episcopus.'

Ratisbonae 1142 dec. 15.

Monum. Boica IV, pag. 409, num. 5. — Urkundenb. d. Landes ob d. Enns I, pag. 284, num. 6; II, pag. 202, num. 136. — Erben, Reg. I, pag. 105, num. 237. — Stumpf, Reg. num. 3448. — Cf. Bernhardi, Konrad III, pag. 307.

132.

Conradus III, Romanorum rex, monasterio sancti Floriani possessiones in Windberg[1] confirmat, „nominatim autem omnia predia et possessiones, quas a capite Eberspach[2] usque ad fines Boemie tam in longitudine quam in latitudine eadem ecclesia possedisse cognoscitur." — Inter testes, qui praesentes aderant: ‚Heinricus Olomucensis episcopus.'

Ratisbonae 1142 [m. dec.]

Urkundenb. d. Landes ob d. Enns II, pag. 202, num. 137. — Stumpf, Reg. num. 3449.

133.

Capitulum in Praemonstratensi colloquio congregatum Henrico, Olomucensi episcopo, significat, se exoptatum conventum ei mittere decrevisse, quem ei commendat.

[cc. 1142]

130. *a)* ‚episc.' *om. C.* — *b)* ‚correpcionem' *C.*
[1]) *Guidonem. Titulus eius ignoratur cf. Bernhardi, Konrad III, pag. 740 nota 21.*
132. [1]) *ap. Helfenberg in Austria Super.* — [2]) *Fl. Austriae Super. ex sinistra Danubii ripa.*

Apographum in cod. ms. saec. XV biblioth. capituli metropol. Pragensis G. XXXI signato in appendice epistolarum Ivonis Carnotensis cap. CLXXXXIII (C).

Pessina, Phosphorus septicornis, pag. 560. = Dobner, Monum. hist. Bohemiae I, pag. 397. = Richter, Augustini episcoporum Olomucensium series, pag. 29. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 216, num. 242. — Erben, Reg. I, pag. 106, num. 240.

Epistolam ad monasterii Strahoviensis ordini Praemonstratensi traditionem referri, ex eo apparet, quod Gerlaci Chronicon ad annum 1184 de monasterii huius origine narrat, ubi epistola nostra his verbis commemoratur: „Literas capituli ad memoratum episcopum require si placet, in fine libri, cuius est titulus ‚Epistolae Ivonis,' et invenies" *(Fontes rer. Bohem. II, pag. 486). Ex quibus Dobner, Monum. I, pag. 397 codicem capituli Pragensis, quem ipse non inspexit, eundem esse, ad quem Gerlacus revocat, perperam concludit. — Cf. etiam Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 273.*

Dei disposicione Morauiensis ecclesie merito sanctitatis reverentissimo episcopo [1] humilis conventus, in nomine domini in Premonstratensi colloquio congregatus, suas et omnium suorum [a] fratrum oraciones. Iuste ac religiose peticioni vestre a deo, ut credimus, inspirate, devotus assensus prebendus est, ideoque, quod petistis, nullatenus denegandum est. Et quoniam deo annuente [b] iuxta vestrum desiderium conventum vobis mittere disponimus, precamur vestram sanctitatem, de qua superhabundanter confidimus, quatenus eundem conventum manuteneatis, diligatis, confoveatis. Enimvero, [c] quia presenciam vestram nostre humilitatis colloquio representare quandoque desideratis, deum, tocius boni amatorem, exoratum habere preoptamus, ut id ipsum adimplere oportune valeatis. Nos autem speramus [d] in adventu [e] tanti pontificis atque tam religiosi spiritus sancti carismatibus affluenter condonari. Et vos et ea, que diligitis, in Christo valeatis.

134.

Conradus III, Romanorum rex, monasterii Ursbergensis tutelam suscipit. — Inter testes: ‚Haeinricus, Morabiae episcopus'. *Ulmae 1143 sept. 4.*

Monum. Boica XXIX, 1, pag. 279, num. 470. — Erben, Reg. I, pag. 106, num. 239. — Stumpf, Reg. num. 3463. — Cf. Ficker, Beitr. z. Urkundenlehre II, pag. 193.

135.

Guido, cardinalis diaconus, legatus apostolicus, de reconciliatione ducum Moraviae cum duce Bohemiae et de his, quae in Bohemia et Moravia circa clericorum vitia exstirpanda egerit, ad pontificem refert. [1143].

133. *a) sequitur,* ‚fres' *sed deletum. — b)* ‚animente' *C. — c) manus prima genuine* ‚Tamen vero' *scripsit, pro qua voce alia manus in margine* ‚Enimvero' *posuit C. — d) ex* ‚sperabamus' *correctum C. — e) sequitur* ‚tali', *sed punctis deletum.*

1) *Henrico II dicto Zdik.*

Apographum in cod. ms. saec. XV bibl. capituli metrop. Pragensis G XXXI signato in appendice epist. Ivonis Carnotensis cap. CLXXXXVI (C).

J. D[obrovský], De sacerdotum in Bohemia caelibatu narratio historica, pag. 27. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 223, num. 246. — Erben, Reg. I, pag. 105, num. 238.

Libellus nullam omnino temporis notam continet. Anno 1143 scriptum esse annalium Gradicensium ad hunc annum relatione (vid. infra not. 3) et monachi Sazaviensis testimonio comprobatur, qui ad hunc annum adnotavit: ‚Eodem anno legatus apostolici separavit sacerdotes ab uxoribus' *(Font. rer. Bohem. II, pag. 261). Legati libellum supplet monachi Sazav. relatio de Silvestro abbate ab officio anno 1144 suspenso (v. Font. II, pag. 262). — Cf. Palacký, Dějiny[3] I, 2, pag. 33; Dudík, Mähr. Gesch. III, pag. 156; Bretholz, Gesch. Mähr. I, pag. 285; Vacek, Vývoj society a práva slovanského v Čechách in Alétheia III (1899—1900) pag. 271; Krofta in Český časop. historický X (1904), pag. 126.*

Ego Guido, cardinalis sancte Romane ecclesie, et apostolice sedis legatus in Boemiam destinatus,[1] iuxta Boemiam in orientali marchia moram feci, neque volens neque potens tunc Boemiam ingredi propter guerram, que in ea grassabatur, sub qua non solum pax populorum, sed eciam status ecclesiarum graviter periclitabatur. Morauienses enim, qui tunc sub duce Boemico[2] . . . ,[a] propter suam culpam ab episcopo suo canonice fuerant excommunicati. Quia ergo non est opus valentibus medico, sed male habentibus, primo ad Morauienses accessimus[3] et eis verbum pacis et salutis annuncciare[b] curavimus. Illi vero, quia erant excommunicati, primo absolucionem pecierunt et satisfaccionem patri condignam promiserunt. Nos autem, quia fallere noluimus et falli timuimus, ad excludendas omnes astucias eorum iuramentum satisfaccionis et obediencie ab eis requisivimus. Quod licet inviti tandem, prout nobis placuit, sacrosanctis[c] ewangeliis, sanctorum reliquiis tactis perfecerunt. Et sic satisfactione, quam iuraverunt, usque ad presenciam episcopi eorum dilata, Patauiam ivimus et illuc dominum Olomucensem episcopum ad nos vocavimus. Et eo deducente Pragam venimus et ibi Morauiensibus, videlicet Wratizlao[d] et Cunrado et Ottoni graciam ducis adquisivimus.[4] Hiis ita peractis et bona voluntate ducis in assensum nostrum provocata, ad extirpanda clericorum vicia in quantum valuimus[e] divina adiutrice gracia operam dedimus. Et primum in Pragensis ecclesie prepositum Juratam assistentibus nobis episcopis, adiuvante eciam nos viriliter duce Wadizlao chri-

135. *a) hic quaedam excidisse videntur, quare puncta interposui. Boczek emendat:* ‚qui sunt sub duce Boem.', *quae coniectura mihi non satis probabilis esse videtur. — b)* ‚anuncciare' *C. — c)* ‚sacresanctis' *C. — d)* ‚Watizlao' *C. — e) corr. ex* ‚maluimus' *C.*
[1]) *Ab Innocentio II; vide litteras a. 1142 aug. 21 datas, hic pag. 134, num. 130. —* [2]) *Vladislao II. —* [3]) *Cf. Annal. Gradic.:* ‚Anno d. i. 1143 favente nobis divina misericordia cardinalis ab apostolica sede ad nos usque pervenit et nos omnes ab excommunicationis vinculo absolvit'. *(Font. rer. Boh. II, pag. 398). —* [4]) *Cf. Monach. Sazav. qui autem reconciliationem hanc ad ann. 1142 ponit:* ‚Interventu cardinalis Widonis et episcoporum Ottonis, Henrici atque abbatum digna satisfactione in pacis foedus convenerunt' *(Font. rer. Boh. II, pag. 261).*

stianissimo, sub testimonio multorum fidelium sentenciam deposicionis dedimus et prebendam ei abstulimus, quia sine omni ordine clericali manens adhuc laicus erat, et uxorem habens eam dimittere noluit nec potuit, quia illa consentire noluit. Similiter eiusdem ecclesie decanum Petrum a decania et archidiaconatu atque omni altaris ministerio in perpetuum alienavimus atque prebendam ei abstulimus, quia trigamus erat et symonie multimoda infamia respersus. Sebastiano eciam prebendam abstulimus, quia laicus erat et uxorem habebat. Et multos alios in eadem ecclesia, qui infames erant, deposuimus et honoribus ecclesiasticis privavimus. Wissegradensis ecclesie prepositum Hugonem deposuimus et ab omni altaris ministerio in perpetuum alienavimus atque prebendam illi abstulimus, quia bigamam uxorem habens laicus fuit. Magistrum eciam eiusdem ecclesie Heinricum de terra expulimus, quia presbyter erat et uxorem ibi duxerat et insuper eciam monachus in terra sua fuisse dicebatur, et sine formata in Boemiam venerat. In Morauia eciam Olomucensis ecclesie decanum Thomam et magistrum Milgost pro fornicacione deposuimus. In tota eciam Boemia et Morauia bigamos et viduarum ac repudiatarum maritos in clero inventos deposuimus et ab omni altaris ministerio semotos [per]manere[f] statuimus; concubinarios publicos, in subdyaconatu, dyaconatu, presbiteratu inventos, ecclesiasticis beneficiis et officiis privavimus; reliqu[os] eciam altaris ministros incontine[nte]s, videlicet subdiaconos, dyaconos, [pre]sbiteros, a sacri altaris ministerio alienavimus. Ad singula vero sentenciarum nostrarum capitula patrum decreta nobis favencia recitari fecimus, ut, quod agebatur, staret firmius. Ad hec episcopis precepimus, ut in parrochiis suis plebales ecclesias distinguant. Preterea, quia multos invenimus illic presbiteros ad nullos certos titulos ordinatos, ac per hoc multas enormitates emersisse agnovimus, precepimus eis, ut sicut in canonibus mandatur, nullus altaris minister absque certo titulo deinceps ordinetur.

136.

Lucius II papa, rogatu Alexandri praepositi, ecclesiae Vissegradensis protectionem suscipit, imposito fratribus duodecim marcarum denariorum censu annuo. *Laterani 1144 apr. 11.*

Autographum exstat in tabulario capituli colleg. Vissegradensis.

Hammerschmidt, Gloria et maiestas . . . Wissegradensis ecclesiae, pag. 381. — Erben, Reg. I, pag. 108, num 242. — Jaffé, Reg. pontif.[2] *II, num. 8568. — Cf. Krofta in Český časopis historický X, pag. 136.*

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Alexandro, preposito Wisegradensis ecclesie, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris canonice

135. *f) charta mutilata.*

substituendis, in perpetuum. ⁞ ‖ Cum universis catholicę ęcclesię filiis debitores ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio existamus, illis tamen, qui ad sedem apostolicam specialius pertinere noscuntur, propensiori nos ‖ convenit caritatis studio imminere. Eapropter, dilecte in domino fili, Alexandre preposite, tuis et fratrum[a] tuorum iustis postulacionibus debita benigni‖tate gratum impertientes assensum, Wisegradensem ęcclesiam sub beati Petri, apostolorum principis, in cuius honore fundata est et cuius iuris esse dinoscitur, et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem ęcclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolicę sedis auctoritate. Ad indicium autem, quod eadem ęcclesia beati Petri iuris sit et sub ipsius protectione consistat, duodecim marcas denariorum illius monetę[b] nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis.[1] Si qua igitur in futurum ecclesiastica sęcularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesv Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Iesv Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. ⁞ Amen ⁞ Amen. Amen.

(R.[c]) Ego Lucius, catholicę ecclesię episcopus, subscripsi.[d] *(B. V.)*

✝ Ego Conradus, Sabinensis episcopus, subscripsi.[e]

✝ Ego Imarus, Tusculanus episcopus, subscripsi.

✝ Ego Petrus, Albanensis episcopus, subscripsi.

---

136. *a) supra* ,u' *literam locus rasus; notarius genuine* ,fratrū' *scripsisse videtur, sed titulo supra* ,u' *eraso, literam* ,m' *eodem atramento addidit. — b) sequitur locus rasus 114 mm. longus. — c) in orbiculo haec sententia inscripta est:* ,Ostende nobis domine misericordiam tuam'. — *d) papae subscriptio alia manu, alio atramento scripta est. — e) post hanc subscriptionem tres lineae vacuae relictae sunt.*

[1]) *De censu hoc Albini scholaris Provinciale his verbis commemorat:* ,In episcopatu Pragensi ecclesia sancti Petri in Wisgrade XII marcas argenti annuatim' *(Migne, Patrologia lat. 98, pag. 486). Quam annotationem etiam Cencii camerarii Liber censuum iisdem verbis repetit; v. Fabre, Le Liber censuum de l'église Romaine, pag. 154.*

+ Ego Hubaldus, presbyter cardinalis tituli sancte Praxedis, subscripsi.[f]
+ Ego Gregorius, diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi, subscripsi.[g]
+ Ego Guido, diaconus cardinalis sanctorum Cosmę et Damiani, subscripsi.[g]
+ Ego Guido, in Romana ecclesia altaris minister indignus, subscripsi.[h]
+ Ego Iohannes, diaconus cardinalis sancte Marie noue, subscripsi.

Datum Laterani per manum ‖Baronis,[i]‖ capellani et scriptoris, III idus aprilis, indictione VII, incarnationis dominice anno M̊C̊X̊LIIII̊, pontificatus vero domni Lvcii pape anno primo.

Bulla plumbea, quae appendebat ex filis sericis, deperdita est.

137.

*Conradus III, Romanorum rex, monasterio Arnsteinensi[1] ordinis Praemonstratensis et Ludovico, comiti de Arnstein, ecclesiam sancti Saturnini[2] in pago Wormaciensi regendam et ordinandam committit. — Inter „testes, qui presentes aderant": ‚*Heinricus, Marerensis episcopus.' *Bambergae 1144 [apr.]*

Acta academiae Theodorico-Palat. I, pag. 297. — Stumpf, Reg. num. 3468.

Idem episcopus nominatur etiam inter testes diplomatis eiusdem regis, quo controversia inter Udonem, Naumburgensem episcopum, et Conradum, marchionem Misnensem, terminatur (Cod. dipl. Saxoniae reg. I. Hauptth., tom. II, pag. 118, num. 167; Stumpf, Reg. num. 3470) et inter testes privilegii, quo rex praedictus monasterio Vilich libertates et possessiones confirmavit (Lacomblet, Niederrheinisches Urkundenb. I, pag. 238; Stumpf, Reg. 3473). — In diplomatibus dies non indicatur, sed ea ad idem tempus pertinere ex eo colligitur, quod iidem fere testes in eis adferuntur. Stumpf mense aprili ea scripta esse putat; Bernhardi, Konrad III, pag. 372, not. 6 mensem maium medium coniicit.

138.

Conradus III, Romanorum rex, Henrico II, Olomucensi episcopo, eiusque successoribus castrum Podivín per Vladislaum, Bohemiae ducem, restitutum confirmat eique in eodem castro ius monetam publicam percutiendi concedit.

Bambergae 1144 [apr.]

Apographum exstat in Libro privilegiorum eccl. Olomucensis saec. XIV in tabulario capituli metropol. Olomucensis E I 27 signato, fol. 15—16, num. 14 (B) et in altero Libro privil. eiusdem ecclesiae saec. XIV in. scripto, qui in tabulario archiepiscopali Kromesirensi asservatur, fol. BII—BIII, num. 5 (C). — Aliud apographum praebet cod. ms. saec. XVII in tabulario capituli metropol. Olomuc. E I 24 signatus, qui inscribitur „Pri-

136. *f) subscriptioni huic quinque lineae vacuae relictae praecedunt. — g) sequitur una linea vacua relicta. — h) sequuntur octo lineae vacuae relictae. — i)* ‚Baronis' *alia manus obscuriori atramento in spatio vacuo relicto supplevit.*

137. 1) *Super fluvium Lahn non longe ab Nassau. —* 2) *In Dreissen.*

viligien und Statuten 1144—1623“ fol. 1—2 (D) et cod. ms. saec. XVIII eiusdem tabularii, E I 20 signatus, „Privilegien von Kaisern u. Königen 1144—1732“ inscriptus.

Richter, Augustini Olomucensis episcoporum Olomucensium series pag. 286. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 228, num. 249 = Erben, Reg. I, pag. 110, num. 247 (extr.). — Cod. dipl. Saxoniae reg. I. Hauptth., tom. II, pag. 120, num. 171 (tantum nomina testium repetit). — Stumpf, Reg. num. 3474. — Vide etiam Lechner in Zeitschr. f. Gesch. Mähr. und Schles. II (1898), pag. 131.

Palacký ap. Erben op. l. pag. 624 et Dějiny[3] I, 2, pag. 34, not. 31 diploma suspectum esse declaravit, cuius opinionem etiam Dudík, Mährens allg. Gesch. III, pag. 163 sq. not. 1 assensione comprobat. Veritatem Bernhardi, Konrad III, pag. 378 nota 18 optimo iure defendit; cf. Bretholz, Gesch. Mährens pag. 288. — De episcoporum Olomucensium iure numos percutiendi scripsit Branowitzer in Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen III, pag. 553 sq.

In[a] nomine sancte et individue trinitatis. Conradus, divina favente clemencia Romanorum rex secundus. Iusticie diffinicio est constantem ac perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique quod sibi conpetit. Quam virtutem cum omne hominum genus partim a natura, partim institutis legalibus edoctum colere semper et exercere habeat, precipue tamen regie dignitati congruit talem animi habitum inmutabiliter induere, eis tamen personis nostra in omni pietatis et equitatis defensione dignatio propensiorem[b] debet adhibere benivolenciam, que divinis sincerius sunt mancipate obsequiis et nobis in administracione regni sollicite agentibus et oracionis[c] munde beneficio et veracis consilii[d] subsidio et indefessi laboris studio assistunt. Eapropter, reverende pater Henrice,[e] Olomucensis presul, quem ob religionis inmaculate meritum preceptorem et tamquam mediatorem in hiis, que ad dei cultum principaliter pertinent, pre omnibus regni nostri pontificibus elegimus, per presentis precepti paginam reddimus tibi et per te Olomucensi ecclesie tuisque catholicis successoribus in perpetuum confirmamus castellum Podewin[1] cum omnibus suis pertinenciis, cum omni integraliter potestate, utilitate et fructu, qui exinde provenire nunc et in omne tempus potest, ut ecclesie Olomucensis pontifices habeant, possideant libere et absque ullius contradiccione utantur ac disponant. Sane ipsum castellum Podewin possessionesque et res ad ipsum appendentes antiquo tempore Olomucensis retinuit ecclesia. Set temporum ac rerum perturbacione oborta, Pragensis ecclesia predictum castellum occupavit et usque ad nostra tempora tenuit. Cum tamen crebris interpellacionibus Olomucensis ecclesia tam apud[f] regni tribunalia quam apud[f] catholicorum concilia querimoniam ventilasset, verum cum utrobique causa perspicue cognita, lisque decisa et possessio ecclesie Olomucensi adiudicata esset, Pragenses tamen tocius

138. *a) Lemma:* ‚Privilegium domini Conradi, Romanorum regis, super castello Podewyn‘ *B*; ‚Datum a rege Romanorum Conrado super castello in Podewin ecclesie Olomucensi‘ *C*. — *b)* ‚perpensiorem‘ *C*. — *c)* ‚operacionis‘ *B*. — *d)* ‚consilio‘ *B*. — *e)* ‚Heinrice‘ *B*. — *f)* ‚aput‘ *B*.

[1]) *Podivín (Kostel) distr. pol. Břeclav (Lundenburg).*

iuris neglecto suffragio in iniuria persistebant, ceterum nostra urgente iussione fidelis noster dux Bohemie Latizlaus[g] facta sufficienti pro hoc et grata commutacione, dedit Ottoni, Pragensi episcopo, sub assensu et testificacione cleri Pragensis et fidelium suorum predium Selev[h] [2] et omnia, que ad ipsum pertinent,[3] ut omnis de cetero lis inter episcopos Olomucensem et Pragensem de castello Podewin penitus sopiretur et ecclesia Olomucensis perpetue et quiete possessionis privilegio potiretur, exclusa[i] in perpetuum omni super eodem castro et bonis ad eum pertinentibus Pragensis ecclesie querimonia. Ad cumulandam vero nostre devocionis benivolenciam in eodem castro percussuram monete publice tibi concedimus et confirmamus, super quo regia auctoritate precipimus, ne[k] quis dux aut comes eam interdicere aut corrumpere ullo modo audeat, penam a nostra maiestate debitam suscepturus, qui adversus nostra instituta venire ausu temerario temptaverit. Omnem vero episcopii tui familiam, sive servi sint, sive coloni, sive scripticii, utriusque videlicet sexus et omnis etatis personas sub tue tuorumque successorum potestatis dominio et ordinacione ac iurisdicione manere decrevimus, ut nullius dignitatis vel condicionis homo a sua eos quiete et immunitate ulla valeat exaccione vel violencia perturbare. Si quis vero, quod absit, hanc nostram confirmacionem infringere temptaverit, centum[l] libras auri purissimi conponat,[m] quarum partem dimidiam camere nostre, reliquam vero prefate ecclesie[n] persolvat. Ut autem hec pagina firma et inconvulsa omni deinceps tempore permaneat, sigilli nostri inpressione eam insigniri iussimus manuque propria, ut infra videtur, corroborantes, qui presentes aderant, testes subternotari fecimus, quorum nomina hec sunt: Fridericus Magdeburgensis archiepiscopus, Bucco Wormaciensis[o] episcopus, Sifridus[p] Spirensis[q] episcopus, Embricho Wirzeburgensis episcopus, Eilbertus Babenbergensis[r] episcopus, Vdo[s] Cicensis[t] episcopus, Otto Frisingensis[u] episcopus, Wicherus Brandenburgensis episcopus, Heinricus Ratisponensis episcopus, Wibaldus Stabulensis abbas, Fridericus dux Sweuorum, Adelbertus marchio de Brandenburch,[v] Conradus[x] marchio de Witin, Otto palatinus comes de Witelinesbach, Dyepoldus marchio de Voburch,[y] Geuehardus[z] comes de Sulzebach, Fridericus advocatus Ratisponensis, Hermannus

138. *g)* ,Ladizlaus' *B.* — *h)* ,Seleu' *B.* — *i)* ,ex causa' *B.* — *k)* ,ut' *C.* — *l)* ,C' *B.* — *m)* ,componat' *B.* — *n)* ,eccl. Olomucensi' *B.* — *o)* ,Wormatyensis' *C.* — *p)* ,Syfridus' *C.* — *q) corr. ex* ,Spiriensis' *C.* — *r)* ,Babenburgensis' *C.* — *s)* ,Vado' *B.* — *t)* ,Cycensis' *C.* — *u)* ,Frasingensis' *B.* — *v)* ,Bradenburk' *C.* — *x)* ,Cunradus' *B.* — *y)* ,Vobruch' *B.* — *z)* ,Gewehardus' *C.*

²) *Želiv, germ. Selau, distr. pol. Německý Brod (Deutschbrod).* — ³) *Commutationem hanc Gerlacus ad annum 1184 his verbis commemorat:* ,Unde si quis ignorat, quid iuris habeat Pragensis episcopus in Syloensi ecclesia, sciat, quod sicut in aliis ecclesiis ius diocesanum, ita et in Syloensi vendicat sibi ius patronatus, quod accidisse creditur ratione concambii, ex eo videlicet, quando domnus Otto, Pragensis episcopus, duci antiquo Zobezlao [*corrige:* Wladizlao] dedit Podywin in concambio pro Syloensi circuitu' *(Fontes rer. Bohem. II, pag. 489).*

comes de Cuich, Adolfus comes de Montibus, Vthelricus[aa] comes de Lenceborch, Bertolfus comes de Anedessa,[bb] Godefridus castellanus de Nurinberch.

Signum[cc] domini Cuonradi, Romanorum regis secundi (*M*).

Ego Arnoldus, cancellarius, vice Heinrici, Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.[cc]

Anno[dd] dominice incarnacionis M̊CXLIIII, indiccione VI, regnante Cunrado, Romanorum rege secundo, anno vero regni eius VII. Data est aput Babenberg in Christo feliciter amen.[dd]

139.

Conradus III, Romanorum rex, unum mansum in Aggsbach[1] *ecclesiae Berchtesgadensi donat. — Inter testes:* ,Fridericus, filius ducis Boemie'.

Norimbergae 1144 [apr.].

Monum. Boica XXXI, 1, pag. 406, num. 214. — Erben, Reg. I, pag. 111, num. 248. — Stumpf, Reg. num. 3475. — Cf. Bernhardi, Konrad III, pag. 378, not. 19.

140.

Lucius II papa Henrici, episcopi Olomucensis, gratulationem accipit; addit de suo erga eum amore. Propter ecclesiastica quaedam negotia Romam eum venire iubet.

Laterani [1144] iul. 10.

Apographum in codice ms. saec. XV bibl. capituli metrop. Pragensis GXXXI signato in appendice epist. Ivonis Carnot. cap. CLXXXXIV.

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 230, num. 250. = Migne, Patrol. lat. 179, pag. 902. — Erben, Reg. I. pag. 108, num. 243. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 8646.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Henrico, Olomucensi episcopo, salutem et apostolicam benediccionem. Fraternitatis tue litteras debita benignitate suscepimus et super hoc, quod ex ipsarum inspeccione de nostra promocione te letari intelleximus, gratum habemus, licet ipsa promocio et officii dignitas nullam nobis quietem vel mentis tranquillitatem conferat, ymmo curas et sollicitudines, labores quoque et tribulaciones nobis quandoque augeat. Nos quidem personam tuam ante hoc officium sincero affectu dileximus et nunc affectuosius diligere volumus, et in quibus secundum deum possumus, honorare. Tua itaque interest, in hiis, que ad officium tuum pertinent, ita temetipsum laudabil[iter][a] exercere et ad honorem et exaltacion[em] matris tue sancte Romane

138. *aa)* ,Othelricus' *C.* — *bb)* ,Andella' *C.* — *cc)* ,Signum — recognovi' *deest B, C.* — *dd)* ,Anno — amen' *deest C.*

139. [1]) *In sinistra Danubii ripa a St. Pölten versus septemtr. et occidentem.*

140. *a) charta mutilata.*

ecclesie stud[ios]e intendere, ut deus exinde honoretur, et eadem Romana ecclesia de tua devocione letetur. Preterea, quoniam in quibusdam negociis ecclesiasticis tue discre[cio]nis opus habemus consilio, per presencia [ti]bi scripta mandamus, ut presenciam tuam quam cicius nobis exhibeas. Datum Laterani VI idus iulii.

141.

Lucius II papa Henricum, episcopum Olomucensem, iam iterum Romam evocat.

Romae [1144] aug. 20.

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae c. r. aulicae Vindobonensis num. 2178 fol. 175v—176 (B) et in cod. ms. saec. XV in bibliotheca capituli metropol. Pragensis G XXXI signato, in appendice litterarum Ivonis Carnotensis cap. CLXXXXV (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 231, num. 251 (ex C). = Migne Patrolog. lat. tom. 179, pag. 903. — Theiner, Disquisitiones criticae pag. 211, num. 21 (ex B). — Erben, Reg. I, pag. 108, num. 244 (ex B). — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 8651.

Lvcivs[a] ępiscopus,[b] servus servorum dei, venerabili fratri[c] H.,[1] Olomucensi ępiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Fraternitatis tuę litteras debita benignitate suscepimus et quę in eis continebantur, diligenter attendimus. Unde quemadmodum per alia tibi scripta mandavimus, iterato mandamus, ut quam citius[d] poteris, presentiam[e] tuam nobis exhibeas. Et tunc tam de his,[f] quę[g] nobis significasti, quam de aliis, de quibus tecum loqui volumus, per te veritate plenius cognita,[h] quod statuendum fuerit, auctore domino statuemus. Datum Rome XIII kalendas septembris.

142.

Eugenius III. papa monasterium sancti Georgii Pragense tuendum suscipit et eius bona confirmat, petente Henrico, episcopo Olomucense.

Viterbii 1145 apr. 28.

Autographum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi.

Hammerschmid, Hist. s. Georgii, pag. 64 (fragm.) — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 233, num. 254. = Migne, Patrologia lat. tom. 180, pag. 1032. — Erben, Reg. I, pag. 113, num. 252. — Jaffé, Reg. pontif.2 II, num. 8741.

§ Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus Berte, abbatisse sancti Georgii, eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regu-

141. a) *caracteribus maiusculis scriptum B;* ‚Lucius‘ *C.* — b) ‚episcopus‘ *C ubi etiam inferius pro* ‚ę‘ *semper simplex* ‚e‘ *habetur.* — c) ‚fratri‘ *om. C.* — d) ‚cicius‘ *C.* — e) ‚presenciam‘ *C.* — f) ‚hiis‘ *C.* — g) *corr. ex* ‚quam‘ (q̊) *C.* — h) ‚congnita‘ *C.*

1) *Henrico II dicto Zdík.*

larem vitam professis, in perpetuum. §‖ Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter,‖ dilectę in domino filię, pro his, quę de religione et honestate vestra per venerabilem fratrem nostrum Henri‖cum, Morauiensem episcopum, religiosum et honestum virum, intelleximus, preces ipsius pro vobis paterna benignitate admittimus et beati Georgii ecclesiam, quę in Pragensi civitate sita est, in qua postpositis secularibus et mundanis illecebris pro celestis regni desiderio incluse divino vacatis servitio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona ex dono vel concessione nobilis viri Wladizlai, Boemorum ducis, in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque succedentibus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris et aliorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Pragensis episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens temere contra eam venire aut inclusionem vel quietem vestram perturbare temptaverit, secundo tertiove commonita si n[o]n satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R[a]) Ego Eugenius, catholicę ecclesię episcopus, subscripsi. *(B. V.)*

✝ Ego Conradus, Sabinensis episcopus, subscripsi.[b]
✝ Ego Theodewinus, sanctę Rufine episcopus, subscripsi.[b]
✝ Ego Gregorius, presbyter cardinalis tituli Calixti, subscripsi.[b]
✝ Ego Guido, presbyter cardinalis tituli sancti Crisogoni, subscripsi.[c]
✝ Ego Thomas, presbyter cardinalis tituli Vestine, subscripsi.
✝ Ego Gregorius, diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi, subscripsi.
✝ Ego Otto, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum, subscripsi.
✝ Ego Guido, diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani, subscripsi.
✝ Ego Octavianus, diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano, subscripsi.[d]

142. *a) in orbiculo haec sententia inscripta est:* ‚Fac mecum domine signum in bonum'. — *b) subscriptio clariore atramento scripta. — c) post hanc subscriptionem una linea vacua relicta est. — d) sequuntur duae lineae vacuae relictae.*

✝ Ego Johannes, diaconus cardinalis sancti Adriani, subscripsi.

Datum Biterbi per manum ⁞Roberti,⁞ sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, IIII. kalendas maii, indictione VIII, incarnationis dominice anno MCXLV, pontificatus vero domini Eugenii III pape anno I.

Appendet ex filis sericis bulla plumbea Eugenii papae III, cuius imaginem praebet J. Pflugk-Harttung, Chartarum pontif. Romanorum specimina (sigilla) tab. XIII num. 1.

143.

Eugenius III papa Ottoni, episcopo Pragensi et Vladislao, Bohemorum duci, violatores Henrici, episcopi Olomucensis, excommunicatos esse nuntiat.

Viterbii [1145] iun. 5.

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae caes. reg. aulicae Vindobonensis num. 2178 fol. 175v (B).

Boczek, Cod. dipl. Moraviae I, pag. 235, num. 255. — Theiner, Disquisitiones criticae, pag. 210, num. 20. — Erben, Reg. I, pag. 113, num. 253. — Jaffé, Reg. pontif.[2] *num. 8764.*

Cf. quae de epistola hac Vincentii Chron. ad a. 1146 refert. (Fontes rer. Boh. II, pag. 416).

Evgenivs[a] ępiscopus, servus servorum dei, venerabili fratri O.,[1] Praiensi ępiscopo, et dilecto in Christo filio W.,[2] illustri Boemiorum duci, salutem et apostolicam benedictionem. A sede apostolica statutum est, ut si quis suadente diabolo huius sacrilegii reatum incurrerit, quod in clericum vel monachum violentas manus iniecerit, anathemati subiaceat et nullus ępiscoporum illum presumat absolvere nisi mortis urgente periculo, donec apostolico conspectui representetur et eius mandatum suscipiat. Pervenit ad nos, quod quidam parrochiani[b] venerabilis fratris nostri H.,[c 3] Morauiensis ępiscopi, diabolico instinctu, dum ad sanctam Romanam veniret ecclesiam, personam suam ausu sacrilego invaserunt[d] et bona sua auferre nullatenus timuerunt. Unde nos, quorum precipue interest tantum sacrilegium et tam gravem excessum impunitum non pretermittere, eosdem sacrilegos, videlicet Conradum,[e] Wratizlaum, Depaldum, Micul, Jurata, Domazlaum, Slauebor, Vgonem, Cuno, Roduik, Bogdan, in preterita sollempnitate pentecostes, astante populi multitudine, excommunicationis vinculo innodavimus et ab omnium fidelium consorcio sequestravimus. Ideoque per apostolica vobis scripta mandamus atque precipimus, quatinus tu, frater ępiscope, eandem excommunicationem publice denunties et facias observari. Tu vero, fili W. dux, iuxta potentiam tibi a deo collatam eos coherceas, donec prefato fratri

143. a) *caracteribus maiusculis scriptum B.* — b) *genuine errore scriptoris* ‚parrach.‘ *scriptum,* ‚o‘ *supra lineam positum.* — c) ‚M‘ *B.* — d) *sequuntur in cod. tres circiter voces erasae, rasurae spatium 34 mm continet.* — e) ‚videl. Conradum‘ *in loco raso eadem manu scriptum.*

1) *Ottoni.* — 2) *Vladislao.* — 3) *Henrici.*

nostro de tam gravi iniuria satisfaciant et[f] ipsi[g] iuxta mandatum et consilium ipsius pro se et pro[h] aliis ad nostram[i] presentiam veniant [et][k], sicut in supradicto decreto continetur, de tam gravi sacrilegio mandatum nostrum suscipiant. Datum Biterbi nonis iunii.

144.

Conradus III, Romanorum rex, apud Corbeiam sollemnem curiam celebrans, monasterio Corbeiensi restitutam piscationem apud Hugwer confirmat. — Inter testes, „qui praesentes aderant“ : ‚Heinricus, Olomucensis episcopus‘.

Apud Corbeiam 1145 [aug. 24.]

Falke, Cod. traditionum Corbeiensium pag. 342. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 239, num. 260. — Erben, Reg. I, pag. 114, num. 256. — Stumpf, Reg. num. 3497. — Cf. Bernhardi, Konrad III, pag. 429 not. 2.

145.

Eugenius III papa Henricum, episcopum Olomucensem, adversis rebus afflictum consolatur. Theobaldum ducem se ab excommunicatione absolvisse nuntiat et permittit, ut etiam Vratislaum ducem absolvat. Sacerdotes quosdam ob sacra in ducis Conradi excommunicati terra procurata ab officio deponit. In causa, per Danielem, praepositum Pragensem, sibi delata, episcopum evocat.

Viterbii [1146] mai. 25.

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae caes. reg. aulicae Vindobonensis num. 2178. fol. 175 (B).

Boczek, Cod. dipl. Moraviae I, pag. 246, num. 267. — Theiner, Disquisitiones criticae pag. 209, num. 19. — Erben, Reg. I, pag. 115, num. 260. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 8925.

Evgenivs[a] ępiscopus, servus servorum dei, venerabili fratri Henrico, Morauiensi ępiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Tribulationibus et angustiis, quas ab infidelibus illis te iam diu passum esse cognoscimus, paterno affectu compatimur, quamvis nos permittente domino multis tribulationibus fatigemur. Verum tamen non ignorat tua discretio, quia omnes, qui volunt pie vivere in Christo Jesu, expedit huius seculi tribulationes sustinere. Ipse etenim dominus noster Jesus Christus non ad mundi gaudia, sed ad passiones et mortem etiam pro nobis tolerandam a patre missus est. Ipsum itaque caput nostrum immitari debemus, quia, si pro ipso[b] persecutiones patimur, certi de promisso eius

143. *f) sequuntur duo voces erasae, ut videtur* ‚quoniam ex‘. — *g) corr. ex* ‚ipsius‘. — *h)* ‚pro‘ *supra lineam eodem atramento additum.* — *i)* ‚nostram‘ *eadem manu in loco raso scriptum.* — *k) in cod. omissum.*

145. *a) caracteribus maiusc. scriptum B.* — *b)* ‚pro ipso‘ *ex* ‚pati‘ *in loco raso eadem manu corr. B.*

beati erimus. Confortare igitur, karissime in Christo frater, et viriliter age, quia salvator noster suos usque in finem non derelinquet, et nos, in quibus secundum deum possumus, opem et consilium tibi impendere parati sumus. Teobaldum, fratrem dilecti filii nostri W.,[1] illustris Boemorum ducis, qui personam tuam et illos, qui tecum erant, invasit, cum quibusdam sociis suis recepimus, et accepto ab eo iuramento, ut de tanto excessu iuxta mandatum nostrum satisfaceret, absolvi fecimus. Post absolutionem vero ei precepimus, ut clericum vel monachum de cetero non capiat nec capienti assensum prebeat. Deinde autem condigna sibi iniuncta penitentia, ipsum ad tuam discretionem remisimus, ut secundum quod devotionem et compunctionem ipsius cognoveris, cum eo misericorditer agas. Monuimus etiam ipsum et studiose rogavimus, ut tam devotum et humilem se ipsum tibi exhibeat, ut de tanta offensa á domino et a te indulgentiam mereatur. Vratizlaum vero, pro hac eadem offensa excommunicatum, quoniam valida infirmitate detentus ad nostram presentiam, sicut accepimus, venire non potest, discretioni tuę committimus ipsumque absolvendi et condignam ei penitentiam iniungendi tibi concedimus facultatem. Preterea beati Gregorii de inobedientibus mandatis sedis apostolicę sententiam prosequentes tres[c] presumptuosos sacerdotes videlicet Bolemilum,[c] Gallum, Scrih, qui, prout nobis significátum est, in terra Cunradi, a nobis excommunicati, nostra auctoritate á divinis officiis interdicta, divina officia celebrare presumunt, ab officio omnino deponimus et beneficium ęcclesiasticum eis interdicimus. Ad hęc, quoniam religiosis et discretis personis opus habemus, per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus quam citius tibi oportunum fuerit, presentiam tuam nobis exhibeas et tunc de negotio, quod per dilectum filium nostrum D.,[2] Praiensem prepositum, nobis significasti, tibi plenius respondere curabimus. Datum Viterbi VIII kal. iunii.

146.

Eugenius III papa Heinricum Olomucensem et Ottonem Pragensem episcopos et Vladislaum ducem laudat, quod Guidoni, legato apostolico, in cleri correctione astiterint, hortaturque, ut eiusdem praecepta observari faciant.

Viterbii [1146] iun. 2.

Apographum in cod. ms. saec. XII. bibliothecae caes. reg. aulicae Vindobonensis num. 2178, fol. 174v—175 (B).

Boczek, Cod. dipl. Moraviae I, pag. 248, num. 268. — Theiner, Disquisitiones criticae pag. 208, num. 17. — Erben, Reg. I, pag. 116, num. 261. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 8930.

---

145. *c)* ‚tres — Bolemi‘ *in loco raso ead. manu scriptum B.*
[1]) *Vladizlai.* — [2]) *Danielem.*

Evgenivs[a] episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus H.,[1] Morauiensi, O.[2] Pragensi episcopis, dilectis in Christo filiis W.,[3] illustri duci, et universo clero et populo per Boemiam et Morauiam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Apostolicę sedis amministratio, cui domino disponente deservimus indigni, tam vicinis quam longe positis nos efficit debitores. Quod[b] predecessor noster felicis memorię, papa Innocentius,[c] intelligens et de vobis paterna sollicitudine curam gerens, dilectum filium nostrum Gwidonem diaconum cardinalem ad partes illas direxit[4] et ea, quę de incontinentiis clericorum et sacerdotum et aliis enormitatibus in generali concilio[5] promulgavit, per eum vobis annunciavit et firmiter observanda precepit. In quibus quia vos, fratres episcopi, et tu, dilecte in Christo fili W.,[6] sicut ipso referente didicimus, ei viriliter astitistis, gratum habemus, et devotionem vestram in domino collaudamus. Verum quoniam non incepisse tantum, sed perfecisse virtutis est, universitatem vestram rogamus et exhortamur in domino atque in peccatorum vestrorum remissionem iniungimus, ut vos, quibus in terra illa potestas a deo commissa est, quę a prefato cardinali iam dicti predecessoris nostri auctoritate tam de clericorum incontinentia et aliis enormitatibus ibidem vestro consilio et auxilio nunciata et precepta sunt, observetis et a subditis vestris firmiter observari faciatis; contemptores vero iuxta discretionem vobis a deo concessam et sanctorum patrum statuta debita animadversione coherceatis. De fidelitate quoque et devotione, quam erga beatum Petrum et nos ipsos geritis, et de frequęnti visitatione, per dilectum filium nostrum D.,[7] Pragensem prepositum, quem vobis fidelem et vestri honoris amatorem esse cognovimus, predecessoribus nostris et nobis transmissa, dilectioni vestrę grates referimus. Datum Biterbi IIII nonas iunii.

147.

Eugenius III papa Vladislaum, Bohemorum ducem, rerum ecclesiasticarum studiosum laudat. Uxori eius Gertrudi salutem ascribit. Heinricum, episcopum Olomucensem, et Danielem, praepositum Pragensem, commendat.

Viterbii [1146] iun. 2.

Apographum cod. ms. saec. XII bibliothecae caes. reg. aulicae Vindobonensis 2178 fol. 175 (B).

Boczek, Cod. dipl. Moraviae I, pag. 249, num. 269. — Theiner, Disquisitiones criticae pag. 209, num. 18. — Erben, Reg. I, pag. 116, num. 262. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 8931.

---

146. *a) caracteribus maiusculis scriptum. — b)* ‚debit. Quod' *in loco raso ead. manu scriptum. — c)* ‚Innoc̄' *caracteribus maiusculis scriptum B.*

1) Henrico. — 2) Ottoni. — 3) Vladislao. — 4) Vide num. 130. — 5) Laterani anno 1139 apr. 3 habito; v. Jaffé, Reg. pontif.² I, pag. 885. — 6) Vladislao. — 7) Danielem.

Evgenivs[a] episcopus, servus servorum dei, dilecto in Christo filio W.,[1] illustri Boemorum duci, salutem et apostolicam benedictionem. Si iuxta sacrę scripturę testimonium particeps mercedis existit, qui bonorum operum adiutorem se prebet, ampliori dignus es merito, qui non tantum adiutor, sed etiam actor existis. Ideoque gratum nobis est, quia, sicut venerabili fratre nostro Heinrico, Morauiensi episcopo, et dilectis filiis nostris G.,[2] diacono cardinali, et Daniele, Pragensi preposito, referentibus accepimus, ęcclesias et ecclesiasticas personas, et maxime religiosas, diligis et honoras atque religionem[b] et cetera, quę ad honorem dei spectare noscuntur, in terra tibi a deo commissa niteris propagare, enormitates vero illius populi, quę peccatis exigentibus plurimum excreverunt et precipue clericorum incontinentias, quę deo abhominabiles sunt, non solum de capella tua verum etiam de tota terra illa[c] extyrpare viriliter elaboras. Cum enim ipsi clerici templum dei, vasa domini, sacrarium spiritus sancti esse debeant, indignum valde est eos cubilibus et inpudiciciis deservire. In hoc quoque devotionem tuam in domino collaudamus, quia, cum gens illa prava et antiqua consuetudine nimię potationi et ebrietati dedita sit, ipse sobrietatem vicio illi contrariam diligis atque tam istis quam aliis eorum enormitatibus tamquam catholicus princeps et deum timens virilis animi constantia contradicis. Quia igitur non incipienti tantum, sed perseveranti corona promittitur, nobilitatem tuam rogamus et exhortamur in domino atque in peccatorum remissionem iniungimus, quatenus in bono proposito firmiter perseveres, ut et in presenti prestante domino feliciter vivas et in futuro sempiternę retribucionis fructum percipias. Dilectam vero filiam nostram G.[3] ducissam, uxorem tuam, salutamus et benedicimus, et ut in dilectione dei et amore religionis iuxta bonum inicium perseveret, in domino commonemus. Ad ultimum vero prefatum Morauiensem episcopum et D.[4] prepositum, prudentes siquidem et discretos viros, qui personas vestras et vestrum honorem sincero affectu diligunt, tuę et ipsius nobilitati attentius commendamus, et de visitatione vestra predecessoribus nostris et nobis frequęnter exhibita dilectioni vestrę grates referimus. Nos quidem personas vestras vera in domino caritate diligimus et, in quibus secundum deum possumus, honorare et exaudire volumus. Datum Biterbi IIII nonas iunii.

148.

Conradus III, Romanorum rex, traditionem montis sancti Gotehardi monasterio eiusdem loci[1] *a Conrado abbate Altahensi factam confirmat. — Inter „testes, sub quorum praesentia haec acta et firmata sunt“:* ‚Heinricus Moraviensis episcopus‘. *In episcopatu Ratisbonensi 1146 iul. 12.*

---

147. *a) caracteribus maiusculis scriptum B. — b)* ‚relionē‘ *B. — c) ex* ‚tua‘ *eodem atramento corr. B.*

[1]) *Vladizlao.* — [2]) *Guidone.* — [3]) *Gertrudem.* — [4]) *Danielem.*

148. [1]) *Nunc Kirchberg a Straubing versus orientem.*

Monum. Boica XI, pag. 161, num. 40. — Erben, Reg. I, pag. 118, num. 264. — Stumpf, Reg. num. 3520.

149.

Paulus et Gebehardus [presbyteri Ratisbonenses] cum Martino, sancti Ambrosii Mediolanensis praeposito, de periculis sibi a Bohemis imminentibus conqueruntur: ‚Expectamus enim sevissimam et fedissimam Boemiorum gentem, iam iamque nobis cum gladiis et ignibus imminentem‘. [1146 aug.]

Pflugk-Harttung, Iter Italicum II, pag. 476, num. 63.

De tempore v. Pflugk-Harttung l. l. pag. 732. Cf. etiam Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz. IV, pag. 469.

150.

Bernhardus, abbas Clarevallensis, ducem Vladislaum ceterosque nobiles et universum populum Bohemiae ad expeditionem in terram sanctam invitat, idemque negotium episcopo Moraviensi commendat. [1147 ineunte.]

Apographum in cod. ms. bibliothecae c. r. universitatis Pragensis VIII A 6 in exordio alia manu saec. XIV adscriptum (A). Exstat etiam in cod. ms. bibl. c. r. aulicae Vindobonensis saec. XV, num. 4483, fol. 190—190v (B) et in altero cod. ms. saec. XV eiusdem bibliothecae num. 4522, fol. 169—169v (C).

Boczek, Cod. dipl. Moraviae I, pag. 255, num. 275 (sicut asserit, e codice ms. capituli Olomucensis sign. CXXVI, ubi autem epistolam hanc non repperi). = Migne, Patrolog. lat. tom. 182, col. 652, num. 458. = Erben, Reg. I, pag. 119, num. 269.

Epistolam Chron. Vincentii ad a. 1147 his verbis commemorat: ‚Cum haec itaque praedicatio [Bernardi] . . . per epistolam transmissa ad aures domini Wladislai ducis Bohemiae pervenisset et coram eo et episcopo et clero et populo in publico lecta fuisset, supradictus dux . . . cum fratre suo germano, domino Henrico, et cum patruele suo, domino Spitigneo, et cum plurima procerum suorum militia . . . ultra mare iturus et contra paganos pugnaturus crucem assumpsit‘ *(Fontes rer. Boh. II, pag. 417). — Vide etiam Palacký, Dějiny I, 2 pag. 37; Bernhardi, Konrad III, pag. 543 et 548, nota 28.*

Duci W.[a] ceterisque[b] nobilibus et universo populo Boemie[c] Bernhardus Clareuallensis[d] vocatus abbas salutem in Christo. Est mihi[e] sermo ad voś de negotio Christi, in quo est salus vera.[f] Quod loquor, ut indignitatem[f*] persone scribentis excuset apud[g] vos[h] auctoritas domini, excuset consideratio utilitatis vestre, excuset que in nobis[i] est intentio karitatis.[k] Modicus enim sum, sed non

150. *a)* ‚Wladislao‘ *C, idem supra lineam addidit manus saec. XV in cod. A.* ‚Wracislao‘ *B. — b)* ‚ceteris‘ *A, C. — c)* ‚Bohemie‘ *A. — d)* ‚Clareualeñ‘ *C. — e)* ‚michi‘ *A. — f)* ‚vestra‘ *A, C;* ‚vrq̄ꝫ‘ *B. — f*)* ‚indingnitatem‘ *A. — g)* ‚aput‘ *C. — h) superscriptum ead. manu A. — i)* ‚vobis‘ *B, C. — k)* ‚caritatis‘ *C.*

modice cupio omnes vos[l] in visceribus Jesu[m] Christi. Hic zelus urget,[n] ut scribam, quod libentius viva voce cordibus vestris inscribere[o] laborarem, si ut[p] voluntas non deest, suppeteret et facultas. Sed spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Obtemperare[q] non potest corruptibile[r] corpus anime desiderio, nec spiritus velocitatem moles terrena valet comitare.[s] Sed quid hinc querimur? Abest a vobis[t] portio[u] nostri, sed que vilior est. Cor nostrum tamen[v] patet ad vos, o Boemi,[x] cor nostrum usque ad vos dilatatum[y] est, etsi corpus onerosum[z] terrarum intercapedo detineat. Audiat ergo universitas[aa] vestra verbum bonum, audiat[bb] verbum salutis,[cc] et oblatam indulgentie copiam devotis quibusdam anime brachiis amplectatur.[dd] Neque enim est simile tempus ceteris, que hucusque preteriere temporibus.[ee] Nova venit e celo divine miserationis ubertas; beati, quos invenit superstites[ff] annus[gg] placabilis domino, annus remissionis, annus[hh] utique iubileus. Dico[ii] vobis non fecit dominus taliter omni retro generationi, nec tam copiosius[kk] in patres nostros[ll] gratie munus effudit. Videte, quo artificio utitur ad salvandum vos,[mm] considerate pietatis abyssum[nn] et obstupescite peccatores. Necessitatem[oo] se habere aut facit aut simulat, dum vestris cupit necessitatibus subvenire. De celo venit consilium hoc, nec ab homine est, sed a corde pietatis divine processit. Commota est et contremuit terra, quia celi[pp] dominus cepit perdere terram suam, in qua visus est annis plus quam XXX homo inter homines conversatus. Suam, quam honoravit nativitate sua,[qq] illustravit miraculis, dedicavit sangwine, sepultura ditavit. Suam, in qua vox[rr] turturis audita est, cum virginis filius castitatis studio commendaretur.[ss] Suam, in qua primi apparuerunt flores resurrectionis. Hanc repromissionis terram ceperunt occupare maligni, et nisi[tt] fuerit qui resistat, ad ipsum inhyant religionis nostre sacrarium, locumque[uu] ipsum maculare conantur, in quo propter nos vita nostra obdormivit in morte, et prophanare sancta sanctorum, loca dico agni[vv] immaculati purpurata[xx] cruore. Audite amplius aliquid, quod movere debeat quod-

150. *l)* ,vos omnes' *B,* ,omnes' *omittit C.* — *m)* ,esse' *C.* — *n) alio atramento corr. ex* ,viget' *C.* — *o)* ,scribere' *A, B, C* (,scribere cord. vestr.' *C).* — *p) sequ.* ,facultas' *sed punctis subpositis deletum A.* — *q)* ,obteperare' *A.* — *r)* ,corumptibile' *A, B.* — *s)* ,comitari' *A,* ,commitari' *B.* — *t)* ,nobis' *A.* — *u)* ,porcio' *in margine alio atramento additum A.* — *v)* ,tamen' *omittit A, C.* — *x)* ,Bohemi' *A, C.* — *y)* ,dilatum' *B.* — *z)* ,corp. nostrum oner.' *C; sequ.* ,est', *sed punctis deletum A.* — *aa)* ,r' *superscripta A.* — *bb)* ,t' *superscr. A.* — *cc)* ,slutis' *A.* — *dd)* ,complectatur' *C.* — *ee)* ,que [b]temporibus hucusque preteriere[a]' *A*; ,que preteriere temporibus hucusque' *B, C.* — *ff)* ,superstes' *C.* — *gg)* ,animus' *A.* — *hh) sequ. iterum* ,annus', *sed punctis deletum A.* — *ii) seq.* ,enim' *punctis deletum A.* — *kk)* ,copiosum' *C.* — *ll)* ,vestros' *B, C.* — *mm) alia manus superscripsit* ,n' *A.* — *nn)* ,abissum' *C.* — *oo)* necessitate' *A, B.* — *pp)* ,celi' *om. A.* — *qq)* ,nativitate, suam quam ill.' *C.* — *rr)* ,vox' *in marg. A.* — *ss)* ,studium commendatur' *A,* ,comendatur' *C.* — *tt) genuine* ,ubi', *sed punctis deletum et* ,nisi' *ead. manu superscr. C.* — *uu)* ,lectumque' *A.* — *vv)* ,angni' *A, sed prior* ,n' *puncto deleta A.* — *xx)* ,purpurati' *A, C.*

libet[yy] durum pectus homini christiani. Accusatur proditionis[zz] rex noster, inponitur ei, quod non sit deus, sed falso simulaverit, quod non erat. Quis in vobis[a] est fidelis eius, surgat, defendat[b] dominum suum ab imposite proditionis[zz] infamia, securum conflictum ineat, ubi[c] sit et vincere[d] gloria et mori lucrum. Quid moramini, servi crucis, quid dissimulatis vos,[e] quibus nec robur corporum, nec terrena substantia deest.[f] Suscipite signum crucis et omnium, de quibus corde contrito[g] confessionem feceritis, plenam[h] indulgentiam delictorum hanc vobis summus pontifex confert, vicarius eius, cui dictum est: ‚Quodcunque solveris super terram, erit solutum et in celis.'[1] Suscipite munus oblatum et ad irrecuperabilem[i] indulgentie facultatem alter alterum prevenire festinet. Rogo et consulo, ne propria quisque negotia Christi negotio videat[k] preferenda,[l] nec propter ea, que temporibus aliis poterunt vel[m] possunt[n] exerceri, istud obmittat,[o] quod recuperari ultra[p] non possit. Et ut noveritis, quando, qua, quomodo sit eundum, iter vestrum[q] audite: In proximo pascha[r] [2] profecturus est exercitus domini et pars non modica per Vngariam[s] ire proposuit. Illud quoque statutum est, ne quis variis aut croceis[t] seu etiam sericis utatur vestibus, sed neque in equorum falleris auri vel argenti quippiam apponatur, tantum in scuto et ligno sellarum, quibus utentur, cum ad bella[u] procedent, aurum et argentum apponi licebit hiis, qui voluerint,[v] ut refulgeat sol in eis et terrore[x] dissipetur gentium fortitudo. Copiosius hec[y] et latius prosequi oportuerat, nisi quod habetis apud vos dominum . . Morauiensem episcopum,[3] virum sanctum et doctum,[z] quem exortatum[aa] volumus esse, ut secundum sapientiam, que data est ei a domino, diligentius super hoc universitatem vestram studeat exhortari. Exemplar quoque litterarum domini pape misimus vobis,[bb] cuius admonitionem intentissima debetis[cc] aure percipere et eius observare[dd] decreta. Valete in domino.[ee]

---

150. *yy) corr. ex* ‚quamlibet' *B; corr. ex* ‚quelibet' *C;* ‚quamlibet' *A.* — *zz)* ‚perdicionis' *C.* — *a)* ‚vob.' *superscr. A; sequens,* ‚est' *omissum in C.* — *b)* ‚et defendat' *C.* — *c)* ‚nisi sic' *A;* ‚ubi' *alio atramento corr. ex* ‚n' *B.* — *d)* ‚vivere' *codices.* — *e)* ‚vos' *in marg. A.* — *f) ita Boczek;* ‚terrena possunt deesse' *A, B, C.* — *g)* ‚cōtto' *in marg. corr. loco* ‚puro' *genuine positi, sed punctis deleti A.* — *h)* ‚plenam feceritis' *C.* — *i)* ‚inrecuperabilem' *A, B;* ‚irrecupabilem' *C.* — *k)* ‚velit' *C.* — *l) corr. ex* ‚preferri' *A.* — *m)* ‚et' *B, C.* — *n)* ‚poterunt' *A.* — *o)* ‚obtineat' *A, B.* — *p)* ‚ultra recup.' *C.* — *q)* ‚iter vestrum' *clariori atramento scriptum, inter* ‚eundum' *et* ‚audite' *spatium aliquot litterarum vacuum relictum A;* ‚paucis audite' *Boczek.* — *r)* ‚pasca' *A, B.* — *s)* Hungariam' *C.* — *t)* ‚griseis' *A, B.* — *u)* ‚loca' *B, C.* — *v)* ‚noluerint' *A.* — *x)* ‚terre' *(in marg.) A, B.* — *y)* ‚hec' *deest C.* — *z)* ‚sanct. edoctum' *C.* — *aa)* ‚exhortatum' *B;* ‚exhortamur *(corr. ex* ‚exortatum'), ut sec.' *C.* — *bb)* ‚vobis' *omittit A.* — *cc) corr. ex* ‚deberetis' *A.* — *dd)* ‚ob' *in marg. A.* — *ee)* ‚in dom.' *deest C.*

[1]) *Matth. XVI, 19.* — [2]) *die 20. aprilis. Hunc terminum expeditionis exercitui Teutonico primitus statutum fuisse, videtur etiam ex verbis Odonis De Diog. II (Mon. Germ. Script. XXVI, pag. 62.):* ‚Processit . . . ille [Alemannus] in Pascha'. *De vero egressionis tempore vide Bernhardi, Konrad III, pag. 596.* — [3]) *Henricum II.*

151.

Conradus III, Romanorum rex, monasterio Zwettlensi silvam quandam ad fluvium Champ donat. — Inter testes: ‚Hainricus, Olomucensis episcopus'.

[Ratisbonae 1147 post febr. 13.]

Frast, Stiftungsbuch d. Kl. Zwettl in Font. rer. Austr. 2. Abth. III, pag. 41. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 260, num. 280. — Erben, Reg. I, pag. 123, num. 276. — Stumpf, Reg. num. 3535.

Nota temporis diploma anno 1148 indict. 9 datum esse indicat, sed nomina testium, quae etiam in Stumpf, Reg. num. 3532 et 3534 occurrunt, donationem in curia Ratisbonensi mense februario anno 1147 habita factam esse ostendunt. Cf. Bernhardi, Konrad III pag. 541 et 543, not. 17.

152.

Conradus III, Romanorum rex, monasterii Ichtershausen[1] *fundacionem confirmat. — Inter testes:* ‚Heinricus, Olomucensis episcopus'.

Norimbergae 1147 apr. 24.

Hesse, Beiträge z. Gesch. d. Mittelalters II, pag. 41. — Stumpf, Reg. num. 3547. — Cf. Bernhardi, Konrad III, pag. 560.

153.

Matthaeus, Cracoviensis episcopus,[1] *et Petrus comes Bernhardum, Clarevallensem abbatem, ad corrigendos Ruthenorum, Polonorum et Bohemorum mores invitant.* *[1146 ex. — 1147.]*

Pez, Thesaurus anecdotor. noviss. VI, pag. 360, num. 125 (e cod. quodam monast. Windbergensis) = Erben, Reg. I, pag. 125, num 281 (exc.).

Epistola nullam omnino temporis notam continet. Pez anni 1150 spatio eam definit, cuius opinionem Erben probat. Mihi autem potius ante expeditionem contra Slavos anno 1147 factam scripta esse videtur.

154.

Miles quidam, nomine Asinus, monasterio sancti Johannis Bapt. in Ostrov ecclesiam in Krušina, praedium in Přistoupín et terram in villa Počatice donat.

[1140 iun. 25 — 1148 iul. 10.]

Traditur in privilegio Premislai Otakari I. regis, anno 1205 ian. 17 dato, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur (A).

---

152. [1]) *Ab Erfurt ad plagam meridionalem.*
153. [1]) *1143—1165.*

Piter, Thesaurus absconditus pag. 154 = Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 29, num. 25. — Erben, Reg. I, pag. 222, num. 489.

De memoriae fide confer ea, quae ad num. 40 et 46 adnotavimus.

Notum sit omnibus vere fidei cultoribus, tam presentibus, quam posteris eorum, quod quidam miles, nomine Asinus, filius Hozee,[a] dedit quandam ecclesiam pro remedio anime sue suorumque parentum in loco, qui Crusina [1] nuncupatur, et hoc ad monasterium sancti Johannis Baptiste Ostrow. Predium quoque, quod est Pristupymy,[2] ad idem monasterium obtulit et terram Pocatycych [3] ad aratrum sufficientem,[b] et circa prefatam ecclesiam terram dedit ad aratrum. Hoc quoque tam boni propositi beneficium dominus Otto, duodecimus sancte Pragensis ecclesie episcopus,[4] cum ceteris fratribus tam[c] banno quam presenti scripto sanctivit, quod quicumque huius bone voluntatis propositum evertere voluerit, in extrema tremendi[d] examinacione iudicii non solum cum Juda proditore domini nostri Jesu Christi, sed eciam cum omnibus destructoribus ecclesiastice utilitatis racionem redditurus sit.

155.

Miroslaus, quidam de primatibus Bohemiae, monasterium ordinis Cisterciensium in Sedlec fundat et dotat, consentiente et attestante Vladislao, duce Bohemiae, Ottone, Pragensi, et Henrico, Olomucensi episcopo.

[1142—1148 iul. 10.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario Musaei regni Bohemiae Pragae (A).

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 284 = Dewoty, Popsání ... řehole Cistercienské ... na svatém místě údolí Sedleckého, pag. 45. = Boczek, Cod. dipl. Morav. I, pag. 221, num. 245. — Riegger, Archiv d. Gesch. u. Stat. III, pag. 374 (reg.) — Erben, Reg. I, pag. 103, num. 231 (ex apographo characteribus saec. XII anno 1632 accurate delineato in tabulario Sedlicensi). — Gradl, Monum. Egrana I, pag. 19, num. 62 (reg.).

De monasterii Sedlecensis fundatione Ottonis, prioris Waldsassensis, Chronicon ap. Oefele, Rer. Boic. scriptores I, pag. 65 his verbis refert: Gerlacus, quartus abbas huius domus, vir multae sagacitatis et industriae, annis quinque et viginti *(1138–1163)* praefuit. ... Sub eo monasterium Zcedlitz fundatum est circa annum domini 1142. Ad cuius fundationem ipse feliciter solliciteque cooperatus est, ad quod etiam ipse primos fratres transmisit et spiritualis aedificii prima iecit fundamenta. Ob id visitandi illius loci potestatem abbates huius domus obtinuere.' *Eundem annum etiam Tabula abbatiarum ord. Cisterciensis, in monasterio Ebracensi conscripta, indicat; v. Winter, Die Cistercienser d. nordöstl. Deutschlands I, pag. 329, Dobner, Annal. VI, pag. 283 alia testimonia sequens monasterium anno 1143 fundatum esse putat. — Instrumentum fundationis notis omnibus chronologicis caret. Quod non ipso fundationis anno, sed paulo post conscriptum esse ipse modus dicendi probat. Hoc autem non serius quam anno 1148 factum esse ex eo colligitur, quod sigillo*

154. *a) altera* ‚e' *superscr. A.* — *b)* ‚sufficiens' *A.* — *c)* ‚tan' *A.* — *d)* ‚t'remendi' *A.*

[1]) *Krušina, vicus quondam ibi situs ubi hodie Pankrác prope Pragam.* — [2]) *Přistoupín, distr. pol. Český Brod.* — [3]) *Počatice; hodie non exstat.* — [4]) *1140 iun. 25 — 1148 iul. 10.*

Ottonis, Pragensis episcopi, († 1148 iul. 10) munitum erat. — Palacký ap. Erben op. l. pag. 624 de instrumento hoc adnotavit: „Diploma scriptum sub finem saec. XII,“ cui opinioni scripturae forma saeculo XII medio apte conveniens omnino obsistit.

☧ In nomine sanctę et individuę trinitatis. Notum sit omnibus Cristi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod regnante domino Wadizlauo, ☧‖ Boemiorum duce serenissimo, cum uxore sua nobilissima domina Getrvde[a] quidam de primatibus Boemię, Mirozlavs[a] nomine, divino ‖ monitus partim timore et amore, saluti suę volens consulere, cum sepius et a sapientioribus et etate provectioribus audivisset, sine cultu verę religionis nec ‖ karitatis unitatem posse subsistere, nec deo gratum exhiberi servicium, statuit se religiosas personas diligere et earum quieti auxiliante domino providere. Consideratis ergo sanctorum virorum secundum diversam professionem variis conversationibus, ad unius tamen domus cęlestis patris mansiones tendentibus, delegit de ordine Cisterciensium aliquos fratres mediatores sibi cum Christo procurare. Hoc ergo pio ac sancto voto de die in diem magis ac magis per gratiam sancti spiritus incalescente, de claustro Waltsaxen[a] conventum fratrum sibi impetravit committi. Cuius peticioni sanctę conversationis venerabilis abbas Gerlacvs[a] acclinatus, conventum fratrum in Bohemiam direxit. Quibus sancto desiderio susceptis, prefatus dominus Mirozlavs[a], consentiente et adtestante predicto venerabili duce[b] Boemię Wadizlao[a] et reverendo Ottone[a], Pragensium episcopo, canonica auctoritate confirmante, persuadente etiam et adtestante venerabili domino Heinrico,[a] Morauiensium episcopo, locum, qui dicitur Sedlce[a][1] cum omnibus, quę adtinent, deo et sanctę dei genitrici Marię[a] in usus fratrum predictorum in perpetuum libere dedit, inprimis siquidem statuens, ut ordo monachicus secundum beati Benedicti[a] regulam et patrum Cisterciensium institutionem perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Succedente ergo temporis opportunitate, divina gratia auxiliante, fundata est in Sedlce ęcclesia divino servicio apta et ei ordini congrua. Cui a primo fundationis suę exordio possessiones, quarum nomina infra continentur, ad usus ipsius ęcclesię et fratrum ibidem deo deservientium libere sine ullius reclamatione collate sunt: Solnic,[2] Hothovici,[3] Podolsani[4] cum omnibus appendiciis suis, Gradische[5] cum aqua, pratis et silva, Sdebudici,[6] in Pobor[7] curia cum terra Odolen et terra Donati, Belani,[8] Maleiouici,[9] Lvbenici,[c][10] < Glusow[11] et Cacin[12] cum omnibus attinenciis

155. *a) nomen litteris maiusculis scriptum A. — b) sequitur foramen in membrana 47 mm continens. — c) post hanc vocem reliquum lineae spatium 61 mm continens et tota linea sequens vacua relicta fuit, ibique alia manus posterior saec. XII alio atramento* ‚Glusow — fluentem‘ *addidit.*

¹) *Sedlec prope Kutná Hora (Kuttenberg).* — ²) *An Solenice in distr. pol. Příbram?* — ³) *Chotovice, distr. pol. Litomyšl.* — ⁴) *Podulšany, distr. pol. Pardubice.* — ⁵) *Hradiště prope Pardubice.* — ⁶) *Hodie non exstat.* — ⁷) *Pobołí, distr. pol. Kolín.* — ⁸) *Bylany, distr. pol. Kutná Hora.* — ⁹) *Majelovice, apud Uhlířské Janovice, distr. pol. Kutná Hora.* — ¹⁰) *Libenice, distr. pol. Kolín.* — ¹¹) *Hlízov, distr. pol. Kutná Hora.* — ¹²) *Fortasse Kačina prope villam Sv. Mikuláš in distr. pol. Kutná Hora.*

suis usque ad rivulum circa Borram silvam fluentem.[d]> Cęterum, ut bonum principium finis melior consequatur, prefatus Mirozlavs, totis visceribus intentus[e] in posterum quoque predictę ęcclesie providere, cum unicum haberet filium, constituit, ut, si hic filius sine filio herede moreretur, vel etiam in posterum deficiente in linea filiorum herede, sine cognatorum vel consanguineorum contradictione tota eius hereditas ad usus ęcclesię in Sedlce revertatur. Hoc etiam Dersizlavs,[a] Mirozlai[a] sororis filius, nullum habens filium, de sua hereditate constituit. Divino ergo amore inflammati tam venerabilis dux quam reverendi patres episcopi, dominus Otto[a] Pragensis ac venerabilis Heinricvs,[a] Morauiensium episcopus, cuius prudenti consilio Boemia decorata regebatur, decreverunt, ut nulli omnino hominum liceat prefatum locum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel minuere vel etiam ullatenus invadere vel ullis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur et illibata permaneant, tam ipse locus quam possessiones et omnia, quęcunque illius loci ęcclesia ab initio libere possedit aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci. Si qua igitur in futurum ęcclesiastica secularisve persona predictam ęcclesiam vel eius possessiones inquietare temptaverit, secundo terciove commonita, si non congrua satisfactione resipuerit, ream se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat. Cunctis autem iam sepe dictam ęcclesiam et eius possessiones tuentibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructus bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę beatitudinis inveniant. Ut autem hęc constitucionis et privilegii pagina rata permanens omni ambiguitate[f] careat, iam sepius dicti fideles servi Christi, dux videlicet et venerabiles patres episcopi sigillorum suorum notis confirmaverunt.

In membranae latere sinistro Vladislai ducis sigillum rotundum e cera fusci coloris impressum erat, cuius fragmentum diplomati adhuc adiacet. (Descriptionem eius vide ad num. 157). Posteriori eius parti sigillum secretum Henrici, episcopi Olomucensis, inerat, quod iam superius ad num. 115 descripsimus. (Imaginem minus accuratam praebet Dobner, Annal. Hagec. VI, tab. IV). Ottonis, episcopi Pragensis, sigillum, quod sub instrumenti finem indicatur, abest, neque in membrana vestigium ullum restat id aliquando appositum fuisse.

156.

Henricus II, episcopus Olomucensis, monasterii Strahoviensis, alias Montis Sion, fundationem enarrat et possessiones a Johanne I, Pragensi episcopo, Vladislao II, duce Bohemiae, et Gertrude ducissa ei donatas consignat.

[1143—1148 iul. 10].

---

155. d) *post hanc vocem reliquum lineae spatium 275 mm continens vacuum relictum est.* — e) *inter* ,in' *et* ,tentus, *foramen in membrana.* — f) ,bi' *ex* ,bu' *radendo correctum A.*

Instrumenti autographum amissum est. Superest tantum fragmentum manu saec. XV descriptum in urbario monasterii Strahoviensis anno 1410 conscripto fol. 40—41, quod in tabulario regalis canoniae Strahoviensis sub XVII A 6 asservatur (B).

Hugo, Sacri et canonici ord. Praemonstratensis annales II, Probationes, pag. DLIX. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 217, num. 243 (ex apographo saec. XVII e tabulario monast. Gradicensis). = Erben, Reg. I, pag. 106, num. 241. — Emler, Reg. II, pag. 1154, num. 2635 (frgm. ex B).

Annus fundationis monasterii Strahoviensis in fontibus coaevis nusquam liquido indicatur. Primam eius fundationem sub abbate Blasio circa annum 1140 factam esse ex eo patet, quod Gerlaci Milovicensis chronicon de monasterii huius primordiis ad annum 1184 commemorat; v. Font. rer. Bohem. II, pag. 485. Annum praedictum aperte profert Cosmae continuatio in Font. rer. Boh. II, pag. 271, quae Gerlaci relationem ad verbum repetit. Alterum conventum, qui e monasterio Steinfeldensi exiit, iam circa annum 1143 sedem stabilem et domicilium in Monte Sion habuisse ex relationis Gerlaci reliqua parte satis probabiliter efficitur. Cf. Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 278; Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, in Rozpravy České Akademie, třída I, 1900, num. 1, pag. 24. — Quo anno instrumentum hoc conscriptum sit, non satis constat. Boczek et post eum Erben annum 1143 proponunt. Nostra quidem sententia hoc tantum pro certo affirmare fas est, instrumentum Ottone, Pragensi episcopo, adhuc vivo († 1148 iul. 10) conscriptum esse. — Vide etiam Tomek, Dějepis města Prahy 2 I, pag. 93 sq.; Čermák, Premonstráti v Čechách, pag. 3 sq.

<In[a] nomine domini amen.> In nomine sancte et individue trinitatis. [H]enricus, dei gracia Olomucensis ecclesie humilis minister, omnibus christicolis tam moderni quam futuri temporis. Cum iuxta egregium apostolum omnis, qui in Christo manere desiderat, sicut ille ambulavit et ipse ambulare debeat,[1] ut per fidem habitatorem Christum in corde suscipiens, ipse quoque templum dei et habitaculum spiritus sancti esse valeat, dignum et iustum est, ut qui summi capitis membra sunt, vite quoque sanctitate et morum honestate suo capiti conformentur et spirituali conversatione unus cum deo spiritus effici glorientur. Habet enim unum quodque christiane religionis propositum plurima sanctorum exempla patrum precedencium, ut alii quidem in monte contemplacionis caritate speculande veritatis mente deo excedant, alii vero necessitatibus proximorum communicantes, necessitate eius, qua proximus diligitur, caritatis ab operibus pietatis non recedant, que, dum fideles quique largiente deo sectari emulantur, templum veri Salomonis de lapidibus in presenti quidem tunsionibus et pressuris expolitis non in hac Syria,[b] sed in illa superna Jerusalem sine sonitu mallei et securis cottidie edificatur. Hec itaque diligenter mente recolligens et in via dei alios sic alios[c] autem sic ire perpendens, ego Heinricus, dei gracia Olomucensis ecclesie minister indignus, inter filios dei computari desiderans et pro auctis in me divinitus donis

156. *a) Instrumento in codice haec inscriptio praefixa est:* ‚De fundamento domus istius Montis Syon, alias Strahowiensis‘. — *b)* ‚Syrie‘ *B.* — *c)* ‚alio sic alio‘ *B.*

¹) *Vid. I Ioan. c. II, 6;* ‚Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare‘.

rationes eciam donorum considerans, quis aptior esset vivendi modus, sollicita[d] cepi meditacione perquirere, ut beatorum sacerdotum, in quorum ordinem, licet peccatorem, vocavit me deus, vestigiis possem feliciter inherere, in qua profecto cogitacione, in qua ferventis animi estuacione divina, sicut spero, inspiracione menti occurrit, ut Iherosolimam causa oracionis pergerem sepulcrum domini gloriosum ceteraque loca sancta visitare et in loco, ubi steterunt pedes eius, dominum meum Jesum adorare. Cumque aspirante dei gracia eo pervenissem et in locis sanctis aliquanto tempore commoratus fuissem, illud beati Ieronymi ‚non Iherosolimis fuisse,[e] sed Ierosolimis bene vixisse laudabile est,' sepius mecum replicens, deo, a quo cuncta bona procedunt, inspirante, proposui, ut veterem hominem cum actibus suis exutus, nowum, qui secundum deum creatus est, in iustitia et sanctitate veritatis induerem et sub regula patris beati Augustini in habitu religionis deo servire contenderem. Intimato itaque tam domino patriarche quam cunctis fratribus ad sepulcrum nostri redemptoris in eodem regulari habitu domino famulantibus mentis mee desiderio, quod desiderabam, inveni, et in loco nostre redempcionis habitum sancte conversacionis suscipiens, ad propria remeare contendi.[2] Preerat interim Pragensi ecclesie venerabilis presul Iohannes,[3] vite sanctitate conspicuus, in universa morum honestate precipuus. Hic comperto mee voluntatis desiderio, ut erat vir religiosus, deo gracias retulit, predia ceteraque ad construendam fratrum eius ordinis habitacionem necessaria deo devotus per nos[f] obtulit. Cuius quidem uberiorem bone voluntatis fructum etsi mors inmatura preripuit, ante oculos tamen magestatis divine, cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur, meritum eius, sicut confidimus, non minuit. Subtracto itaque brevi temporis intersticio ex hac luce tam duce Boemorum beate recordacionis domino Vdalrico[4] quam pretaxato venerabili Pragensi episcopo, in locum eorum legittime subrogati, inclitus princeps Wladizlaus sedem paterni[g] principatus, et dominus Otto,[5] vir in Christo reverendus, kathedram[h] Pragensis episcopatus susceperunt. Qui sancti spiritus illustrati gracia divini operis cultum propensius exequi desiderantes, et in diebus suis tam numero quam merito populum deo servientem augeri gratulantes, principali munificencia locum hunc fundari[i] pecierunt, ad quem eciam plurima necessaria tum dominus dux et venerabilis ac deo devota domina ducissa quam dominus episcopus prenominatus largiflua liberalitate[k] contulerunt. Et hec omnia in posterum nulla[l] possent machinacione ab eodem loco alienari, dominus dux edicti principalis tenore et dominus episcopus obtentu perpetui anathematis firmaverunt. Et quoniam dignum erat, ut quemad-

156. *d)* ‚solicita' *B.* — *e)* ‚fuissem' *B.* — *f)* ‚primus' *Boczek.* — *g)* ‚pat'cij' *B.* — *h)* ‚kadethram' *B.* — *i)* ‚fundare' *Boczek.* — *k)* ‚lib'tate' *B.* — *l)* ‚nullam' *B*; ‚ne possent ulla' *Boczek.*

[2]) *Henricum episcopum anno 1138 de terra sancta rediisse Annal. Gradicenses referunt; Fontes rer. Boh. II, pag. 396.* — [3]) *I, 1135–1139.* — [4]) *i. e. Soběslao I, qui et Udalricus vocabatur.* — [5]) *1140 iun. 6 — 1148 iul. 10.*

modum auctore deo religiosorum virorum illuc augebatur devocio, sic, ymo amplius, sancte conversacionis et monastice perfectionis in eo augeri deberet religio, sollicita[m] cepi meditacione perquirere, unde tales eidem loco domino largiente persone providerentur, quorum exemplis et documentis ceteri facilius informarentur. Quia autem de Steinweldensi[6] cenobio crebra opinio insonuerat et tam dominum prepositum[7] quam omnes fratres sub regula beati Augustini domino ibidem militantes, inter eciam precipuos eiusdem ordinis viros velud luminaria in firmamento celi rutilare, nobis notificaverat, ut de[n] eorum beata et deo grata societate abbatem cum conventu mererer habere, desideravi, dominum prepositum rogavi et impetravi, quibus eiusdem loci regimen domino auctore commendavi. Et ut omnis tam terre nostre principum quam ceterorum Christi fidelium bonorum eidem loco donacio et eciam[o] pretaxata nostre humilitatis ordinacio perpetuo rata fieret, domini nostri sancte apostolice sedis summi pontificis auctoritate confirmari et obtentu sempiterni anathematis roborari pecii et impetravi. Donacio autem huius ecclesie hec est: Iohannes, Pragensis episcopus, dedit patrimonium suum totum, quod habuit in villa Lochinicih,[8] et quod ibidem emit a cognatis suis nomine Misten et filiis suis et ab aliis cognatis et terras, quas aquisivit a pio duce Wladislao et vgezd, quod Skalika[9] dicitur; Lusane[10] tota villa cum tota silva Messny et ibidem Vgezd usque ad custodiam, quod vulgariter dicitur ztrasa; Velusi[11] patrimonium, quod emit ibidem a Benes filio Marci; Cirnoticih[12] quantum habuit; Rassine[13] totam villam cum silva; ibidem equas dedit, quas dicimus emissarias; Trebnussi wzi[14] terram ad aratrum; Goricih[15] dimidiam villam Gradisce[16] et silvam; Hudonicih[17] quod habuit; et in eadem villa Mizlibor et uxor eius dederunt terram ad tria aratra. Idem episcopus Lubonici[p] wzi[18] dedit quidquid habuit; Ianisouiczih[19] totam villam; Nedelisti[20] terram, Konicih[21] terram. Iohannis episcopi familia: Munis, Radowan, Uteha, Ratua, Malaua, Manka, Bohumila, Mosna, Milgozt, Branka, Cikta, Agta, Piuona, Hanata, Nepriuad, Morawka, Thoma, Mztiss, Boletag. Hec autem sunt, que dux Wladislaus, pius et magnificus institutor clericalis castimonie per totam Boemiam, cum coniuge sua, domina Gertruda, pia matre clericorum, monialium et omnium orphanorum, dedit pro remedio anime sue fratribus et sororibus fa-

156. *m)* ‚solicita' *B.* — *n)* ‚de' *om. B.* — *o)* ‚quam' *B.* — *p)* ‚Lubouici' *B.*

[6]) *Steinfeld in dioc. Coloniensi supra Rhenum a Zülpich versus meridiem.* — [7]) *Ebervinum.* — [8]) *Lochenice, distr. pol. Králové Hradec (Königgrätz).* — [9]) *Česká Skalice, distr. pol. Nové Město nad Metují (Neustadt an d. Mettau).* — [10]) *Lužany, distr. pol. Jičín.* — [11]) *Veliš, distr. pol. Jičín.* — [12]) *Fortasse Černůtky prope Hořice, distr. pol. Král. Hradec.* — [13]) *Rašín, distr. pol. Král. Hradec.* — [14]) *Třemešoves Velká, alias Třebnouševes, prope Hořice, distr. pol. Král. Hradec.* — [15]) *Hořice, distr. pol. Král. Hradec.* — [16]) *Hradiště ap. Hořice.* — [17]) *Chudonice, distr. pol. Nový Bydžov (Neubidschov) aut Chodovice prope Hořice.* — [18]) *Libonice prope Hořice.* — [19]) *Jenišovice, distr. pol. Turnov (Turnau).* — [20]) *Nedělište, distr. pol. Král. Hradec.* — [21]) *Fortasse Konice ap. Kadeřavec, distr. pol. Turnov.*

mulantibus deo et sancte dei genitrici sanctoque Augustino: ducentos denarios de moneta omni die sabbati; curiam suam Radunice[22] cum omnibus appendiciis suis, videlicet villis, servis, ancillis et aliis diversis eorum pertinentibus. Nomina vero servorum hec sunt: Buss, Milon, Blas, Onata, Wsan, Ban, Drugan, Iacub, Bohdan, Ostoy, pastor equarum, Celek sutor, Modlac, Nedoma, Lubata, Radosta faber, Dedon, Ztras tornatores picariorum sunt. In eadem villa voluntarie sese servitio subdiderunt: Gradata, Zudar, Bohdan, Bozepor, Gogol hortulanus, Wilkon, Bohuta, Zobestoy. Hii vero sunt bubulci: Budata ipse est quintus, Peztek ipse IIIIus, Vteh ipse IIIus, Zirak ipse quintus, Luton ipse tercius, Golissa, Mikec, Bula ancilla, Nadey, Bohdan. In willa Orassicih[23] quatuor terre, Lagouicih[24] terra, Griwcicih[25] XX terre, Wirbne[26] Srin[q] arator et VI terre. Idem eciam dux dedit Cisca[27] villam pro anima[r] Michaelis et Lassouici[28] bini, dedit eciam villam Vgonenici[29] cum familia hac: Bel ipse quintus, Radac, Poztan ipse quintus, Krisan ipse VIIIus, Modlibog ipse IIIIus, Hropon, Radosta, Dobrotag, Bohdan ipse IIIIus, Bosana ancilla ipsa III, Lizzec ipse Vus, Borek ipse IIus, Vacemil, Dalata ipse Vus, Dewec, Premil ipse Vus, Beska ipse IIIIus, Mileissi, Nubil ipse IIIIus, Pomnen, Kratky ipse IIIIus; villam Golonozeh[30] et Lowossicih[31] cum luco uno, Nakonopnici,[32] Telicici,[33] quas villas pater eius centum . . . . .

157.

Vladislaus II, dux Bohemiae, ecclesiae Olomucensi castrum Podivín, olim a Pragensibus episcopis occupatum, et ius numos in eodem castro percutiendi restituit et homines dictae ecclesiae de exactionibus et oneribus publicis eximit.

[1146 oct. 18 — 1148 iul. 10.]

Autographum in tabulario archiepiscopali Cromesiriensi (A). — Apographum in Libro privilegiorum eccl. Olomucensis ms. saec. XIV in tabulario capit. metropol. Olomuc. E I 27 fol. 14—15, num. 13 (B) et in altero Libro privilegior. eiusd. eccl. saec. XIV in tabul. archiep. Cromesir. num. 16 (C). — Imago in membrana anno 1835 non satis accurate delineata in tabulario Musaei regni Bohemiae asservatur.

Richter, Augustini Olomucensis episcoporum Olomucensium series, pag. 289 (ex B). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 225, num. 247 = Erben, Reg. I, pag. 109, num. 246. — V. etiam Lechner in Zeitschr. f. Gesch. Mähr. u. Schles. II (1898), pag. 130 et Snopek in Hlídka IV (1899), pag. 460.

156. *q) lectio incerta. — r) sequitur* ‚sua', *sed cancellatum B.*
[22]) *Radonice, distr. pol. Louny (Laun). —* [23]) *Orasice, distr. pol. Louny. —* [24]) *Lahovice ap. Bílina, distr. pol. Teplice. —* [25]) *Řivčice, germ. Pflanzendorf, distr. pol. Louny. —* [26]) *Vrbno u Lesů, distr. pol. Louny. —* [27]) *Fortasse Velká Chýška, distr. pol. Pelhřimov. —* [28]) *Lašovice, distr. pol. Rakovník (Rakonitz). —* [29]) *Ouhonice, distr. pol. Smíchov. —* [30]) *Holonohy; vicus hic hodie non exstat, sed situs fuit prope Ouhonice. —* [31]) *Fortasse Lovosice, germ. Lobositz, distr. pol. Litoměřice (Leitmeritz). —* [32]) *Locus ignotus. —* [33]) *Fortasse Telčice distr. pol. Pardubice.*

Diploma verisimillime a scriptore quodam ecclesiae Olomucensis scriptum est. — Castri Podivín restitutionem iam anno 1144 factam esse docet Conradi III, Romanorum regis, diploma mense aprili dicti anni Bambergae datum (v. num. 138), quare etiam hoc Vladislai ducis diploma Boczek eumque secutus Erben eiusdem anni spatio definit. Quod non hoc anno, sed aliquot annis post conscriptum esse, inde facile apparet, quod inter testes adducitur Bohuslaus, praepositus Vissegradensis, qui non nisi Alexandro praeposito mortuo († 1146 oct. 18) dignitatem hanc assequi potuit. Diploma non post annum 1148 confectum esse ex eo intelligi potest, quod inter testes Otto, episcopus Pragensis († 1148 iul. 10) occurrit et Daniel adhuc Pragensis praepositus nominatur. — Palacký ap. Erben op. l. pag. 624 sine iusta causa diploma spurium esse censet.

C. ¦ In nomine sanctę et individuę trinitatis. ¦ Wladizlavs, dei gratia Bohemorum dux, omnibus christicolis tam moderni quam futuri temporis. Cum omnis potestas, quę ‖ iuxta apostolum non nisi ex deo est,[1] propensiori sollicitudinis [a] vigilantia ad hoc eniti debeat, ut cum omnium tum precipue ęcclesiarum dei iura et integra conservare et quę convulsa sunt ‖ ad ęquitatis normam deo auctore reformare valeat, ut pro amministratione regiminis momentanei potestatum omnium datori merito complaceat, nos quoque decorem domus dei ‖ et locum habitationis glorię suę diligentes ęcclesiis dei in terra nostrę dicionis constitutis sua iura inviolata conservari volumus et, si quid aliquorum malicia vel ignorantia vel etiam negligentia minus cautum est, ad statum iusticię nostris temporibus reduci desideramus. Qua de re etiam sanctam Olomucensem ęcclesiam super castro Podivin,[b] [2] quod in Morauia situm est, sepe apud predecessores nostros, Boemorum duces, et quod maius est, apud apostolicam sedem querimoniam movisse cognovimus et idem castrum ex antiquo iuris sui fuisse, sed postea lite quidem tantummodo contestata, sed nullo modo decisa, in ius Pragensis episcopi nescio qua ratione transisse comperimus. Primum quidem divinę iusticię intuitu ac deinde venerabilis viri domini Heinrici,[b] Olomucensis episcopi, interventu predictum castrum Olomucensi ęcclesię restituimus, et ne ulla super hoc Pragensi ęcclesię posset deinceps oriri reclamatio competens, pro libitu domini Ottonis,[b] Pragensis episcopi, concambium Selev[b] [3] scilicet cum appendiciis suis Pragensi ęcclesię principali munificentia contulimus, ut et Olomucensis ęcclesię diuturna querela iusto exitu terminata sopiretur et ęcclesię Pragensi nichil super hoc diminutum videretur. Iura quoque antiquę institutionis super eodem castro reformare intendentes, monetam ut primo fuit inibi fieri statuimus. Insuper liberali munificentia concedentes principali auctoritate roboravimus, ut predictę Olomucensis ęcclesię homines,[c] sive sint liberi sive servi [c] cuiuscumque

157. *a)* ‚ni‘ *ex* ‚ne‘ *radendo corr. A.* — *b) literis maiusculis scriptum A.* — *c)* ‚homines — servi‘ *in loco raso atramento magis distincto, sed eadem manu scriptum; vestigiis scripturae prioris diligenter investigatis hic genuine* ‚cuiuscumque conditionis . . . sexus‘ *scriptum esse puto.*

[1]) *Cf. Rom. XIII, 1:* ‚Non est enim potestas nisi a deo‘. — [2]) *Podivín (Kostel) distr. pol. Břeclav (Lundenburg).* — [3]) *Želiv, germ. Selau, distr. pol. Německý Brod (Deutschbrod).*

conditionis, cuiuscumque ętatis aut sexus, tam in domini Wratizlai,[b] quam domini Cǒnradi[b] necnon domini Ottonis[b] terra commorantes, ab eorum successorumque ipsorum, Morávię[b] principum, potestate et dominio sequestrati ac penitus religati nullis tributorum, vectigalium cęterorumque huiusmodi exactionibus gravari debeant, ab omni infestatione et vexatione principum terrę illius liberi permaneant. Nullus eos pro castrorum, quę in terra illa sita[d] sunt, reędificatione, nullus pro ingruenti aliqua expeditione inquietare audeat, sed ab omni prorsus munerum executione liberi ea tantum, quę venerabili patri nostro domino Olomvcensi[b] episcopo Heinrico,[b] qui in presentiarum habetur, eiusque successoribus substituendis in perpetuum comoda visa fuerint, exequendi liberam facultatem habeant. Ut autem hoc nostrę constitutionis donum amodo et deinceps auctore deo ratum habeatur, perpetui anathematis obtentu ab utroque episcopo firmari rogavimus scriptique presentis tenore et sigilli nostri impressione simul etiam nobilium nostrorum cęterorumque testium annotatione roborari fecimus.[e] Quorum nomina sunt hęc: Otto Pragensis episcopus, Daniel Pragensis prepositus, Boguzlau Wissegradensis prepositus, Groznata Melnicensis, Sebastianus Liutomericensis, Heinricus Pragensis decanus et Damianus Wissegradensis, Pula prepositus de Sacceska, Magnus custos ęcclesię sancti Wencezlai, Mahfridus archipresbyter, Ǒdalricus archipresbyter, Mladota archipresbyter, Zuac archipresbyter, Perhtoldus archipresbyter, Ippolitus archipresbyter, Paulus archipresbyter.[f] Spitigneu filius ducis Boriwoy, Heinricus, Depoldus et Wladizlau filius Zobezlai ducis, comes Dirsizlau, Mirozlau, Casta, Zobezlauec, Cǒnradus dapifer, Budizlau pincerna, Ropraht, Beness, Zuoysa, Zlaua cum filio Branis, Zbrazlau, Bauor, Ztrezimir, Mztigneu, Marquart de Dubraua, Budiss, Zauissa, Nacâs, Jurik agaso, Bun cum fratribus Pribran et Bicen, Nemoy, Jarogneu, Hwalek, Wecel, Girdebor, Olen, Zveyzlau,[g] Wilalm, Wacek, Jarogneu de Satec, Welizlau filius Petri.

(S. I.)

Sigillum rotundum e cera fusci coloris in membranae sinistro angulo inferiore impressum erat, quod nunc disiunctum diplomati adiacet. Priori parti, cuius diametros 80 mm continet, expressa est figura in solio sedens, quae in manu dextra vexillum tenet, sinistra scuto innititur. Circumscriptio: ✢ PAX · SCI · WACEZLAI · IN · MANV · DVCS · VAƆIZLAVƧ· *Posteriori parti sigillum secretum Henrici, ep. Olomucensis, idem atque in num. 115 inerat.*

158.

Vladislaus II, dux Bohemiae, ecclesiae Olomucensi circuitum de Libice, quondam ab Soběslao I duce donatum, confirmat et hominibus ecclesiae Olomucensis in Bohemia degentibus easdem libertates tribuit, quas hominibus eius in Moravia concessit. *[1146 oct. 18 — 1148 iul. 10.]*

157. *d)* ‚i' *radendo ex* ‚t' *corr. A. — e) quae subsequuntur, alio atramento, sed eadem manu scripta sunt. — f) sequitur spatium 21 mm longum. — g) litterae* ‚veyzlaı' *in loco raso eadem manu scriptae sunt; prioris scripturae vestigia, quae supersunt, genuine* ‚pitigneu' *hic scriptum esse indicant.*

Apographum in Libro privileg. eccl. Olomuc. ms. saec. XIV in tabulario capit. metropol. Olomuc. E I 27 fol. 10v—11, num. 7 (B) et pag. 153—154 (C). — Aliud apogr. exstat in altero Libro privil. eiusdem eccl. ms. saec. XIV, qui in tabulario archiep. Cromesir. asservatur, fol. B III num. 5 (D).

Richter, Augustini episcopor. Olomuc. series, pag. 292 (ex B). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 227, num. 248 = Erben, Reg. I, pag. 109, num. 245 — Cf. Snopek in Hlídka IV (1899), pag. 461.

Diploma eodem tempore atque proxime praecedens datum esse testes, qui hic afferuntur, docent. — Palacký ap. Erben op. l. pag. 624 et Kalousek in Památky archaelogické X pg. 653 sq. minus iuste spurium esse declarant.

In[a] nomine sancte et individue trinitatis. Wladizlaus,[b] dei gracia Boemorum[c] dux. Cum principalis sit providencie acta suorum temporum ad suorum successorum memoriam deferre et ea precipue, que libertati prospiciunt ecclesiastice, noverint tam presentes quam futuri, quod nos ad peticionem venerabilis episcopi Olomucensis Henrici[d] circuitum de Lubac,[1] quem tempore reverendi Johannis,[2] eiusdem ecclesie episcopi, dux Zobeslaus[e] bone memorie iam dicte ecclesie contulerat, confirmavimus ei et eius successoribus perpetua pace possidendum. Erat autem circuitus ille datus a prenominato principe cum assignacione cirotece[f] in silva, que interiacet inter Cazlawensem et Brinensem provinciam, in cuius parte habitabant homines, qui vulgo ztras[g] appellantur quorum erat officium quandam viam custodire, ne cui per eam sine speciali mandato principis pateret transitus terram Boemie[h] ingrediendo vel exeundo, ita ut hoc obsequio dediti cum aliis hominibus de Jesutboricensi[i 3] circuitu a nullo principe pro castrorum edificacione vel imminenti expedicione inquietarentur. Sed ne posteris eiusdem circuitus mete venirent in dubium, vel alicuius violencia predictam ecclesiam super eodem impediret,[k] eas presenti pagina fecimus adnotari. Sunt autem hec: Camenica[l] ex una parte, ex alia via Lubetina, versus Moraviam aqua, que dicitur Ozzlawa,[4] in Boemia Palaua.[5] Insuper principali munificencia omnibus hominibus Olomucensis ecclesie in terra Boemie[m] degentibus eandem concessimus libertatem, quam habet in aliis privilegiis nostris expressam, scilicet ut ab omni liberi sint iure vel exaccione, quod ad principis spectat utilitatem. Omnes autem possessiones, a principibus eidem ecclesie collate vel conferende, sive per eiusdem ecclesie antistitem vel eius successores in posterum requirende, eadem gaudeant libertate. Ut autem hec nostre confirmacionis pagina deinceps non irritetur, quos-

158. a) *Lemma:* ‚Privilegium Wladyslay, ducis Boemie, super libertate bonorum in Jesutboricz' *B;* ‚Confirmacio privilegii ducis Sobezlai per Wladyzlaum, ducem Morawie, facta super circuitum Lubac' *D.* — b) ‚Wladisslaus' *B;* ‚Wladyzlaus' *D.* — c) ‚Bohemorum' *D.* — d) ‚Henrici Olomucen.' *D.* — e) ‚Hobezlaus' *D.* — f) ‚cyrotece' *D.* — g) ‚stras' *D.* — h) ‚Bohemie' *D.* — i) ‚Jezuthboricensi' *D.* — k) ‚inpediret' *D.* — l) ‚Camenica' *B, D.* — m) ‚Bohemia' *D.*

1) *Libice, distr. pol. Chotěboř.* — 2) *II, 1104—1126 febr. 21.* — 3) *Jezbořice, al. Jestbořice, distr. pol. Pardubice.* — 4) *Oslava fl. Moraviae, qui apud Ivančice (Eibenschütz) in fl. Jihlavka influit.* — 5) *Nomen hoc explicat Kalousek l. l. pag. 659.*

libet[n] ausu temerario contra eam venientes tam a Pragensi quam ab Olomucensi episcopo fecimus excommunicari et presens scriptum nostro sigillo muniri subscriptorumque testium adnotacione roborari. Quorum nomina sunt hec: Otto Pragensis episcopus, Daniel Pragensis prepositus, Boguslau Wisegradensis,[o] Groznata Melnicensis, Sebastianus Luthomericensis, Zpitigneu filius ducis Boriwoy,[p] Henricus, Depoldus[q] et Wladizlau filius Zobeslai[r] ducis, comes Drisizlau,[s] Miroslau,[t] Casta, Zobezlawec,[u] Conradus dapifer, Budizlau[v] pincerna, Ropreht,[x] Benes,[y] Swoysa,[z] Slawa[aa] cum filio Branis, Zbraslau,[bb] Bawor, Ztrezimer,[cc] Mztygneu,[dd] Markwart[ee] de Dubrawa, Budis,[ff] Zawisa,[gg] Nacas, Jurik agaso,[hh] Bun cum fratribus Pribran et Bicen, Nemoy, Jarogneu,[ii] Hwalek,[kk] Wezzel, Girdebor, Olen, Zweyzlau,[ll] Wilam,[mm] Wecek, Jarogneu de Satec,[nn] Welizlau[oo] filius Petri.

159.

Eugenius III papa Henrico, episcopo Olomucensi, commendat Guidonis, diaconi cardinalis [s. Mariae in Porticu], legati in Poloniam missi, negotia efficienda. *Aparmae [1148] sept. 3.*

Apographum in cod. ms. saec. XII in bibl. c. r. aulica Vindobonensi num. 2178 fol. 176 (B). Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 251, num. 271. — Theiner, Disquisitiones criticae pag. 211, num. 22. — Erben, Reg. I, pag. 123, num. 275. — Jaffé Reg. pontif.² num. 9296.

Evgenius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Morauiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Qui de fratrum suorum caritate confidit, et mandare, quę agenda fuerint, non recusat. Quia igitur de persona tua valde confidimus, per presentia tibi scripta mandamus, quatinus dilecto filio nostro G.,[1] diacono cardinali, prudenti siquidem et honesto viro, cui in Polonie partibus vices nostras commisimus, in his que[a] sibi agenda incumbunt tam in Polonia quam in terra illa,[2] que noviter luce christiane fidei est perfusa, tamquam apostolicę sedis vicario diligenter assistas ipsique opem et consilium studeas exhibere, ut, dum per discretionis tuę solatium vel favorem subsidium fuerit assecutus, quanto circa Romanam ęcclesiam caritatis vinculo sis astrictus evidentius manifestes, et ille deo grata et hominibus fructuosa per ipsius misericordiam operetur. Datum Aparme idibus septembris.

158. *n)* ‚quolibet' *D.* — *o)* ‚Boguzlaus Wissegrad.' *D.* — *p)* ‚Zpitigneus f. d. Worywoy' *D.* — *q)* ‚Dyepoldus' *D.* — *r)* ‚Wladyzlaus f. Zobezlai' *D.* — *s)* ‚Drisizlaus' *D.* — *t)* ‚Myrozlaus' *D.* — *u)* ‚Zobezlawek' *D.* — *v)* ‚Budizlaus' *D.* — *x)* Roprecht' *D.* — *y)* ‚Beness' *D.* — *z)* ‚Zwoyssa' *D.* — *aa)* ‚Zlawa' *D.* — *bb)* ‚Zbrazlaus' *D.* — *cc)* ‚Ztrezmir' *D.* — *dd)* ‚Mzitigneus' *D.* — *ee)* ‚Marchwardus' *D.* — *ff)* ‚Budiss' *D.* — *gg)* ‚Zabysa' *D.* — *hh)* ‚nagaso' *B*; ‚Iursik nagaso' *D.* — *ii)* ‚Iarogneus' *D.* — *kk)* ‚Chwalek' *D.* — *ll)* ‚Zweizlaus' *D.* — *mm)* ‚Wilhelmus' *D.* — *nn)* ‚Iarogneus de Sacek' *D.* — *oo)* ‚Welizlaus' *D.*

159. *a)* ‚quem' *B.*

¹) *Guidoni, diac. card. tituli s. Mariae in Porticu, de quo cf. Bernhardi, Konrad III, pag. 714 etc.* — ²) *Pomerania, de cuius conversione, anno 1147 facta, vide Bernhardi l. l. pag. 563 seq.*

160.

Henricus II, episcopus Olomucensis, Wibaldo, abbati Stabulensi et Corbeiensi, Romam profecturo respondet, se nihil ad tempus habere, quod a papa exigat.

[1149 post aug. — 1150 in.]

Apographum in cod. epistolar. Wibaldi saec. XII in tabulario Dusseldorpensi fol. 83v—84.

Martène et Durand, Veterum scriptor. et monum. amplissima collectio II, col. 414, num. 229. — Jaffé, Bibl. rer. Germanic. I, pag. 378, num. 253.

Litterarum huius et quae consequitur, componendarum terminum non ultra ianuarium anni 1150 proferendum esse, ex eo cognosci potest, quod Wibaldus se iam ineunte februario 1150 Romam venturum esse speravit. Nam de legatione ad papam sibi anno 1149 mense augusto imposita Guidoni, cancellario papae, referens, dicit: ‚Credimus, quod faciem vestram ante purificationem sanctę Mariaę videamus‘. *(Wibaldi ep. 194 ap. Jaffé l. l. pag. 314.) — Cf. Bernhardi, Konrad III, pag. 808.*

W.,[1] serenissimo domino et patri suo, venerabili sanctę Corbeiensis ecclesię abbati, H.,[2] dei per pacientiam Moraviensium id quod dicitur, servitutis cum devotione orationis mutuę participationem. Vestrę litteras benignitatis veneratione debita suscepimus; ex quibus desiderio, quod desideravimus, vos videlicet quia salvum esse percepimus, gratias divinę pietati exsolvimus. Non enim vestram minus quam nostram sospitatem et prosperitatem desideramus et ab eo, hęc qui prestare potest, precibus licet indignis augeri et conservari deposcimus. Quod autem fatietenus vestra pietas videre nos tantum desideravit, grates quidem agimus; ipsam tamen proinde, quod nos videre non valuit, minime dolere rogamus, presentiam cuius nostri cordis a memoria nec locorum spacia nec tormenta infirmitatis continua amovere queunt. De cętero, quoniam vestrę sublimitatis excellentia pro nobis usque adeo humiliari non dedignatur, quod nostrę verbula parvitatis domino nostro papę sese velle deferre promittat, ei humiliter inclinamur[a] et, ut vestrum iter angelus domini bonus comitetur, votis omnibus optamus. Et quoniam in presentiarum ad predictum dominum nostrum quod deferamus nichil aliud habemus, nostras et continuas mandari oratiunculas, infirmitatem quoque vestrę relatione gratię insinuari rogamus.

161.

Daniel, episcopus Pragensis, Wibaldo, abbati Stabulensi et Corbeiensi, sese papae commendaturo gratias agit munusque mittit. Arnoldum, cancellarium regis Conradi, salutat.

[1149 post aug. — 1150 in.]

---

160. *a)* ‚inclinamus‘ *cod.*

[1]) *Wibaldo.* — [2]) *Henricus II Zdik 1126—1150.*

Apographum in cod. epistolar. Wibaldi ms. saec. XII in tabulario Dusseldorpensi, fol. 84.

Martène et Durand, Veterum script. et monum. ampl. collectio II, col. 415, num. 230. — Jaffé, Bibl. rer. Germanic. I, pag. 379, num. 254.

De epistolae tempore confer ea, quae ad epistolam praecedentem adnotavimus.

W.,[1] domino et patri suo, reverentissimo Corbeiensis, Stabulonensis ęcclesię venerabili abbati, D.,[2] licet indignus, dei tamen gratia Pragensium episcopus, cum sinceritate servitii exiguas orationes. Regalibus vos occupatum negotiis et regali assidentem[a] lateri, gratulamur. Hoc enim gratia vestra ex antiquo aput parvitatem nostram beneficiis multis obtinuit, ut profectui vestro congaudeamus. Verumtamen quod litteras vestras, omni suavitate et mellita dulcedine plenas, nobis mittere dignatus estis, quantas in presentiarum valemus, gratiarum[b] actiones sanctę paternitati vestrę referimus; et licet corpore disiunctos diversitas locorum separet, nunc tamen presentia vestra, spiritui nostro cottidie pre oculis habita, per scripta vestra est renovata. De cętero, quia tantam gratiam humilitati nostrę in oculis vestris dominus contulit, ut in curia quoque Romana nostri memor esse velitis, et inde quidem gratias vobis agentes obnixe postulamus, quatenus inmeritę nostrę personę memoriam, quantulamcunque dignabimini, apud domnum apostolicum facere non abnuatis. Preterea quandam parvulam caritatem sanctitati vestrę transmisimus, rogantes et in domino obsecrantes, ut benivole eandem suscipiatis et ex ea equum saltem servientis vestri ferrare non abnuatis. Honestam et deo devotam ac dilectam familiam vestram ex obsequio parvitatis nostrę, dominum quoque nostrum cancellarium,[3] amicum nostrum, salutare dignemini. Orantem pro nobis sanctitatem vestram, nobis multum necessariam, in pace et prosperitate dominus deus sanam et incolumem conducat et reducat et longevo tempore custodiat.

162.

Conradus III, Romanorum rex, Emanueli, imperatori Graecorum, nuncium de Henrici regis victoria relaturum mittens, „post celebratam deo auctore curiam, quam kalendas may[1] cum principibus Saxonie, Polonie, Boemie, Leuticię in civitate Merseburg habere decrevit“ nuncios suos ad eum directurum esse promittit. *[1150 febr.]*

Jaffé, Bibl. rer. German. I, pag. 355, num. 237 (e cod. epist. Wibaldi). — Conf. Bernhardi, Konrad III, pag. 802 not. 31.

---

161. *a)* ‚assidente‘ *cod.* — *b)* ‚gra̅‘ *cod.*
[1]) *Wibaldo.* — [2]) *Daniel I. 1148—1167.* — [3]) *Arnoldum.*

162. [1]) *1 mai 1150. An curia haec habita sit, nescitur; v. Bernhardi, op. l. pag. 838.*

163.

Henricus II, episcopus Olomucensis, exponit, quomodo sacrorum ordinum celebratio secundum ecclesiae suae usum fiat. *[ante 1150 iun. 25.]*

Apographum in cod. ms. num. 202 bibliothecae capituli metrop. Olomucensis fol. 226 manu saec. XII. scriptum.[a]

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 210, num. 234. — Erben, Reg. I, pag. 98, num. 218. — Imaginem phototypicam vide ap. Friedrich, Monum. palaeographica Boh., tab. 3.

Quo tempore ordo hic conscriptus sit, plane incertum restat. Boczek annum 1132 conicit. Mihi autem verisimilius videtur, eas posterioribus demum annis episcopatus Henrici II scriptas esse.

Heinricus,[b] dei gratia sanctę Olomucensis ęcclesię humilis minister. Quia sancta mater ecclesia, quę ex diversitate gentium in unitatem fidei divinitus congregata in Christo unum esse desiderat sicut fidei unitatem sic eandem dominicorum preceptorum identitatem per omnia custodit et observat, merito ab eiusdem fidei integritate recedentes, merito diversa atque[c] adversa inter se sentientes, hereticorum nomine denotatos condempnat. Verum si pro diversitate locorum quarundam sanctorum patrum traditionum ordo variatur, quem tamen fides catholica et religio ęcclesiastica alterari paciatur, non dampnat, non respuit, tantum si alteratores in soliditate fidei perseverare deprehendit. Qua de re nos quoque in sanctę ęcclesię gremio fideliter persistentes, non sanctorum patrum statutis obviantes, sed qualiter decentius et competentius divinum peragatur officium ratione investigantes, quem in sacrorum ordinum celebratione usum habere consueverimus, subter denotare voluimus. Omnibus itaque, qui ordinandi sunt, in ęcclesia congregatis, post introitum et Kyrie[d] eleison et primam orationem communem omnium ordinandorum vocationem facimus ibique prostrati lętaniam choro canente divinę pietatis auxilium et sanctorum omnium suffragium super[e] omnes communiter invocamus. Quo facto lectionem primam aliquis ordinandorum pronuntiat, qua lecta et dicto Gratias et oratione, ostiariorum vocationem[f] et consecrationem celebramus, post quorum consecrationem nobis ad sedem nostram transeuntibus, secundam lectionem ostiarius ordinatus legit. Sic deinceps ante terciam lectores, ante quartam exorcistas, ante quintam acolitos, ante sextam subdiaconos ordinamus. Post sextam autem lectionem ante evangelium lecturos evangelium diaconos consecramns. Lecto autem a nuper ordinato evangelio, sequitur presbyterorum vocatio, quibus asstantibus Veni sancte spiritus canitur. Deinde eorum

163. *a) Praefigitur inscriptio rubro colore eadem manu in inferiore parte fol. 225v scripta:* ‚Ordo, qualiter in nostra ęcclesia sacri ordines fiunt'. — *b) nomen literis maiusculis scriptum.* — *c)* ‚atque' *scribentis errore in cod. bis positum.* — *d)* ‚y' *alio atramento corr. ex* ‚i'. — *e)* ‚s' *eodem atramento corr. ex* ‚o' *genuine erronee posito.* — *f) sequitur* ‚facim', *sed cancellatum.*

ordinatio celebratur. Conveniens étenim nobis visum est, ut unumquemque in ordine suo ante officium, quod subiturus est, ordinemus; videlicet ut subdiaconum ante epistolam, qui lecturus est epistolam, diaconum ante evangelium, presbyterum ante oblationem sacrificii, quod oblaturus est, consecremus.[g] Próinde ęcclesię nostrę usus antiquior obtinebat, ut consecrati eadem die sacerdotes dei, si missas ob aliquam causam per se celebrare differrent, calicem, quem de manu episcopi cum oblata et vino suscipiunt, in manibus tenentes pontifici missam celebranti sollempniter assisterent et episcopo dominica consecrante mysteria, ipsi quoque tacite calices suos benedicerent et in fine missę episcopo communicante, ipsi quoque de propriis calicibus quasi pro communione perciperent. Sed quoniam, ut quidam divini tractator testatur eloquii, ubi desunt verba, non sunt sacrificia, nequaquam dominicum corpus esse suspicamur, quod instituta a sanctis patribus verborum sollempnitate non consecratur. Convenientius itaque iudicavimus, ut hi, qui missas celebraverunt, oblatas, quas in consecratione dante pontifice in patenis susceperunt, in patena episcopi ante[h] inchoationem sacrificii cum summa reverentia reponant et vinum de calicibus propriis velut primitias oblationis domino in calicem episcopi offerant, et post peracta mysteria episcopo communicante ipsi quoque de manu pontificis corpus et sanguinem domini percepturi devote accedant. Nec vero generaliter hoc omnibus observandum prescribimus, sed ęcclesię nostrę usum hunc esse significamus, in quo etsi ab aliquarum consuetudine ęcclesiarum differamus, cum plurimis tamen nos concordare non dubitamus; cum omnibus vero catholicę fidei constantiam et eandem dominicorum preceptorum observantiam propiciante domino observare elaboramus.

164.

Hugo, abbas Praemonstratensis, Henricum, episcopum Olomucensem, aegrotantem consolatur eique abbatem Siloensem (Gotschalcum) commendat.

[circa 1150.]

Apographum manu saec. XII ex. in cod. ms. bibliothecae c. r. aul. Vindobonensis num. 219 [Rec. 2271] fol. 1.

Religiosissimo patri deoque propicio Olomucensi episcopo H.[1] H.[2] Premonstratensis cum suis visitari et consolari divinitus. Dilecto vestro filio Syloensi abbate [3] referente, iugiter et graviter egrotare vos audivimus et, quantum fas est, indoluimus. Nam si aliter afficeremur, merito minus vos diligere arguremur secundum illud domini responsum ad discipulos pari de causa constristatos:

163. *g)* ɔſec̈m⁹ *cod.* — *h)* ‚ante‘ *deest in cod.*

164. [1]) *Henrico II. 1126—1150.* — [2]) *Hugo I. 1129—1161.* — [3]) *Gotschalco 1148—1184.*

‚Si diligeretis me, gauderetis utique'[4] et cetera. Dolemus tamen non ob corporalem molestiam, quam patimini, que vobis est preparacio et quasi quidam transitus ad requiem, paciencia siquidem necessaria[a] est, ut reportetis remuneracionem, sed propter pauperum Christi et precipue eorum, qui in Boemia degunt, desolacionem. Illos quippe vos adduxistis et actenus dilexistis, immo verus imitator Christi usque in finem diligere et, ubicumque opus fuerit, eis debetis providere. Inter quos dilectum filium nostrum et vestrum Syloensem abbatem specialiter paternitati vestre refovendum commendamus, quatinus ducem Boemicum[5] et episcopum,[6] nepotem vestrum, sibi et fratribus suis eandem sollicitudinem, quam vos vestris exhibetis, inpendere ammoneatis. Valete, et de adventu vestro, quem ex multo iam tempore desideravimus, quam diu vobis superest halitus,[b] non desperabimus.

165.

Henricus, episcopus Olomucensis, infirmus, precibus Godscalci, abbatis Siloensis, se commendat. *[1150 ante iun. 25.]*

Traditur in Gerlaci Milovicensis Chron. ad annum 1184.

Fontes rer. Bohem. II, pag. 490. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 262, num. 282 (ex Dobner, Monum. hist. Boem. I, pag. 105). = Erben, Reg. I, pag. 128, num. 284.

Epistolam hanc et proxime sequentem haud multum ante Henrici episcopi mortem scriptam esse Gerlacus l. l. indicat.

Godscalco, domno et fratri venerabili, de Syloa[1] abbati, Henricus miser, infirmus. In manus vestras commendo spiritum meum. Quia iuxta voluntatem divinam vehementi infirmitate afflicti morti nos appropinquasse cognoscimus, fraternitatem vestram, quam erga quosque humanitatis officia non segniter impendere non ignoramus, humiliter et obnixe petimus, et etiam iugem nostre peccatricis anime memoriam in orationibus vestris faciatis.

166.

Henricus, episcopus Olomucensis, morbo laborans, precibus Godscalci abbatis fratrumque monasterii Siloensis denuo sese commendat. *[1150 ante iun. 25.]*

Traditur in Gerlaci Milovicensis Chron. ad annum 1184.

Fontes rer. Boh. II, pag. 490. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 263, num. 283 (ex Dobner, Monum. hist. Boem. I, pag. 105). = Erben, Reg. I, pag. 128, num. 285.

---

164. *a)* ‚ri' *eadem manu superscriptum. — b)* ‚h' *superscriptum.*
[4]) *Joh. XIV, 28. —* [5]) *Vladislaum II. —* [6]) *Danielem I. 1148—1167.*

165. [1]) *Želiv, germ. Selau, distr. pol. Německý Brod (Deutschbrod).*

Domno Godscalco, Syloensi venerabili abbati, ceterisque fratribus in Christo dilectis Henricus miser et infirmus, si quid valet miseri et infirmi oratio. Quoniam divine maiestatis pietas secundum suam propitiationis clementiam carnem nostram sue visitationis flagello castigans castigavit, nec tamen adhuc morti tradidit, vestre sinceritati, in vobis pre ceteris mortalibus anime nostre plurimum spei habentes, significare non distulimus. Et quia ex apostolico eloquio, ,quem diligit pater, corripit, flagellat autem omnem hominem, quem recipit,'[1] humilitati nostre non modicum solatii subintrat, sive pristine incolumitati restituamur, sive secundum celestis voluntatis, cui nemo resistere potest, placitum separemur a corpore, ut in sanctitatis vestre orationibus memoriam nostri, licet peccatoris, habere non abnuatis, suppliciter et obnixe deposcimus.

167.

Eugenius III. papa abbatissam et moniales ad sanctum Georgium Pragae de Henrici, episcopi Olomucensis, morte consolatur, eisque de altarium ornamentis ab eo donatis gratias agit. *Ferentini [1151] apr. 15.*

Autographum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi.

Hammerschmid, Hist. s. Georgii, pag. 66. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 264, num. 287. = Migne, Patrolog. lat. tom. 180, pag. 1470. — Erben, Reg. I, pag. 128, num. 286. — Jaffé, Reg. pontif.² II, num. 9473.

Eugenius, episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus B.,[1] abbatisse sancti Georgii, et eius sororibus salutem et apostolicam benedictionem.‖ Obitus venerabilis fratris nostri Henrici,[2] bone memorie Moraviensis episcopi, benigni patroni et benefactoris vestri, animum nostrum ‖ plurimum contristavit. Cuius nimirum commendabilis vita nobis gaudium et vobis in vestris necessitatibus oportunum solacium ‖ conferebat. Sed consolationem in eo recipere possumus, quia miserie temporali subtractus, ad eternam beatitudinem est translatus. Inter hec autem illud omnino debemus intendere, ut si quid ei adhesit carnalis pulveris, miserante domino relaxetur, et ipse pro nobis apud conditorem nostrum familiarius intercedat. Maiora quippe de ipso auxilia, maiora solacia modo speranda sunt, quam cum nobiscum corporali presentia morabatur. Nos

166. [1]) *Hebr. XII, 7.*

167. [1]) *Berthae 1143—1151.* — [2]) *Obiit 1150 iun. 25; v. Monachi Sazav. cont. Cosmae in Fontes rer. Boh. II, pag. 263. Vincentius Prag. (ibid. pag. 419) perperam annum 1151 indicat. Diem obitus 25. iunii (VII. kal. iul.) tradunt: Necrolog. Bohem. (Dobner, Monum. Boh. III, pag. 13; Necrolog. Podlažicen. (Dudík, Forschungen pag. 415); Necrol. Claustroneob. (Fischer, Gesch. v. Kloster-Neubg. II, pag. 108); Necrol. Windberg. (Monum. Boic. XIV, pag. 100); Necrol. Floreff. (Analect. pour serv. à l'hist. ecclésiast. de la Belgique XIII, pag. 96). Diem 23. iun. (IX kal. iul.) praebet Necrol. Olomuc. (Arch. f. österr. Gesch. 69, pag. 647).*

vero anime ipsius inter missarum sollempnia inmemores esse non possumus, nec debemus, qui non solum, dum viveret, apostolice sedi ac nobis devotus extitit, et suis nos exeniis visitavit, sed positus in extremis illa idonea ornamenta, que per instructas et peritas manus vestras ad altaris ministerium studiosius operari fecit, pia nobis cum devotione obtulit, et ad nos deferri precepit. Que nos benignitate debita suscipientes, et pro eius anima divinam maiest[atem][a] attentius exoramus, et de labore et exercitio vestro vobis multimodas gratiarum actiones referimus, monentes vos, ut in proposito professionis vestre iuxta mandatum et doctrinam predicti patris vestri attentius perduretis, quatenus intervenientibus beatorum Petri et Pauli meritis ad eternę beatitudinis gaudia largiente domino feliciter pervenire possitis. Datum Ferentini XVII kalendas maii.

Appendet e filo canapis bulla plumbea Eugenii III (vide num. 142).

168.

Conradus III, Romanorum rex, monasterio sancti Nicolai de Litore[1] *possessiones in regno Italiae positas confirmat. — Inter testes:* ‚Daniel, Pragensis episcopus'. *Ratisbonae 1151 [post iun. 11].*

(Kandler) Cod. dipl. Istrianus (sine pag.). — Erben, Reg. I, pag. 129, num. 287 (ex Meiller, Reg. d. Babenberg., pag. 35, num. 24). — Stumpf, Reg. num. 3582. — Cf. Bernhardi Konrad III, pag. 881.

169.

Conradus III, Romanorum rex, abbatiae Floreffensis[1] *protectionem suscipit eiusque possessiones et libertates confirmat. — Inter „testes, qui adfuerunt":* ‚Daniel, Pragensis episcopus'. *Herbipoli 1151 [sept. med.].*

Miraei Opp. dipl. et hist. IV, pag. 205. — Cod. dipl. Saxon. reg. I Hauptth., tom. II, pag. 156, num. 227 (tantum series testium). — Stumpf, Reg. num. 3585.

Ad notam temporis huius privilegii conf. testimonia de generali curia Herbipoli 1151 mense septembre medio celebrata ap. Bernhardi, Konrad III, pag. 886, not. 9. — Danielem episcopum ibi fuisse etiam Wibaldus, Stabulensis abbas, in epistola sua ad Emanuelem, Graecorum imperatorem, missa commemorat: ‚Inde est, quod mediante preterito mense septembre *[Conradus III]* apud civitatem Herbipolim quosdam principes imperii sui evocavit. Ubi etiam convenerunt Coloniensis archiepiscopus,[2] Bremensis archiepiscopus,[3] Halverstadensis episcopus,[4] Cicensis episcopus,[5] Bavenbergensis episcopus,[6] Mersburgensis episcopus,[7] Herbipolensis episcopus,[8] Argentinensis episcopus,[9] Wormaciensis episcopus,[10] Pragensis episcopus[11] et legati

167. *a) membrana laesa.*

168. [1]) *Venetiae.*

169. [1]) *A Namur versus meridiem. —* [2]) *Arnoldus II. —* [3]) *Hartwicus. —* [4]) *Udalricus. —* [5]) *Wichmannus. —* [6]) *Eberhardus. —* [7]) *Reinhardus —* [8]) *Gebehardus. —* [9]) *Burchardus. —* [10]) *Conradus. —* [11]) *Daniel I.*

diversorum episcoporum ac principum. Et de laicis principibus convenerunt marchio de Witin,[12] marchio de Brandeburch,[13] palatinus comes de Bawaria,[14] comes de Wincenburch[15] in Saxonia, prefectus urbis Moguntinae,[16] prefectus urbis Herbipolis,[17] prefectus urbis Bavenberch[18] et alii multi comites, honorati et milites. Qui omnes cum magna voluntatis hilaritate fide data et iuramento prestito promiserunt, quod ad eandem expeditionem *[contra Rogerum, regem Siciliae,]* cum omni virtute et potentia militiae suae venient et prosequentur' *(Jaffé, Bibl. rer. German. I, pag. 476, num. 343).*

170.

Conradus III, Romanorum rex, monasterium Gratia Dei[1] *tuendum suscipit eiusque bona confirmat. — Inter principes et praelatos, quorum „consilio et peticione haec acta sunt", nominatur etiam* ,Daniel, episcopus de Praga'.

Altenburg 1151 nov. 13.

Ludewig, Reliquiae manuscript. XI, pag. 539. — Stumpf, Reg. num. 3594. — Cfr. Bernhardi, Konrad III, pag. 902 not. 41. Vide etiam Ficker, Beiträge z. Urkundenlehre II, pag. 326, 518. — Posse in Cod. dipl. Saxon. reg., I Hauptth., tom II, pag. 153 privilegium hoc ad a. 1150 nov. 12 reponit.

171.

Fridericus I., Romanorum rex, in curia Merseburgensi monasterii Corbeiensis privilegia et possessiones confirmat. — Inter testes, qui affuerunt: ,Daniel, Pragensis episcopus'.

Merseburg 1152 mai 18.

Philippi-Wilmans, Kaiserurkunden d. Prov. Westfalen II, pag. 314. — Stumpf, Reg. num. 3626.

Nomina testium in hoc diplomate eadem quidem manu, sed posterius addita esse videntur. Conf. Ficker, Beiträge z. Urkundenlehre II, pag. 78 et 421. — De episcopi Danielis in curia Merseburgensi praesentia Vincentius Pragensis haec refert: ,Fridericus ... in regem eligitur. Qui eodem anno plurimis suis principibus et duci Boemie Mersburk curiam indicit, ad quam dominus dux W(ladizlaus) tamquam novelle creature obaudire nolens, ire rennuit, ex consilio tamen domnum D(anielem) episcopum cum quibusdam terrę sue sapientibus ad ipsum dirigit'. *(Fontes rer. Boh. II, pag. 421.)*

172.

Eugenius III papa Eberhardum Salisburgensem, Hartwicum Bremensem, Hillinum Trevirensem archiepiscopos, et Eberhardum Bambergensem, Hermannum Constantiensem, Henricum Ratisponensem, Ottonem Frisingensem, Conradum Passaviensem, Danielem Pragensem, Anselmum Havelbergensem, Burkardum

---

169. [12]) *Conradus.* — [13]) *Albertus.* — [14]) *Otto.* — [15]) *Herimannus.* — [16]) *Ludovicus.* — [17]) *Poppo.* — [18]) *Guichardus.*

170. [1]) *Gottesgnaden prope Kalbe a. d. Saale.*

Eichstetensem episcopos reprehendit, quod Wichmanno, de sede Cizensi ad Magdeburgensem contra canones translato, faveant. Hortatur, Fridericum I regem moneant, ut et ipse a sua super hoc intentione desistat.

Signiae [1152] aug. 17.

Jaffé, Bibl. rer. German. I, pag. 535, num. 402 (e cod. epistolar. Wibaldi). = Doeberl, Mon. Germ. selecta IV, pag. 76, num 26 b. — Otonis Frising. Gesta Friderici lib. II, c. 8 in Mon. Germ. SS. XX, pag. 393, ed. Waitz, pag. 87. — Jaffé, Reg. pontif. 2, II, num. 9605. — Cf. Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. I, pag. 403.

173.

Henricus II, dux Bavariae et marchio Austriae, controversiam, quam Chadoldus de Harroz cum fratribus sancti Johannis Baptistae hospitalis Hierosolymae habuit de possessionibus patrui sui Chadoldi senioris, scilicet villa Zogelsdorf et silva Mailberg, componit. — Inter testes, qui praesentes aderant: ‚Ernesto, Conradi Moraviensis comitis filius‘.

Claustroneuburgae 1156 aug. 15.

Boczek, Cod. dipl. Mor. V, pag. 218, num. 3. — Erben, Reg. I, pag. 620, num. 3. — Delaville Le Roulx, Cartulaire général de l' ordre des Hospitaliers de s. Jean de Jérusalem I, pag. 184, num. 245.

174.

Fridericus I, imperator Romanorum, in curia generali Ratisbonae in nativitate sanctae Mariae[1] *celebrata litem, quae inter patruum suum Henricum, ducem Austriae, et nepotem suum Henricum, ducem Saxoniae, de ducatu Bawariae diu agitata fuit, terminat et „de consilio et iudicio principum, Wadizlao, illustri duce Boemie, sententiam promulgante et omnibus principibus approbantibus, marchiam Austrie in ducatum commutat et eundem ducatum cum omni iure prefato patruo suo Hainrico et prenobilissime uxori sue Theodore in perpetuum beneficium concedit“.*

Ratisbonae 1156 sept. 17.

Monum. Germ. Leg. sect. IV, Constitutiones tom. I, pag. 220, num. 159. — Wilhelm Erben, Das Privilegium Friedrich I. für das Herzogtum Österreich pag. 137. — Erben, Reg. I, pag. 130, num 292 (fragm. ex Monum. Boic. XXVIII, 2, pag. 354, num. 107). — Stumpf, Reg. num. 3753.

Privilegii huius celeberrimi, ‚minus‘ dicti, sinceritatem demonstravit Wattenbach in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quell. VIII, pag. 87 sq. et Ficker in Sitzungsber. d. kais. Akad. Wien XXIII, pag. 489 sq. Novissime W. Erben in libro supra nominato privilegii argumentum interpolatum esse docet. Cuius sententiae repugnat Simonsfeld in Deutsche Litteraturzeitung XXV (1904), pag. 990 sq.

---

174. 1) = *8. sept.*

175.

Fridericus I, imperator Romanorum, fratribus sancti Johannis Baptistae hospitalis Hierosolymae possessiones in ducatu Austriae sitas, et specialiter villam Zogelsdorf et silvam de Mailberg confirmat, petente patruo suo Henrico, duce Austriae. — Inter testes: ‚Ernest, filius Conradi Moraviensis comitis‘.

Ratisbonae 1156 sept. 17.

Boczek, Cod. dipl. Mor. V, pag. 219, num. 4. — Erben, Reg. I, pag. 620 not. ad num. 3. — Delaville Le Roulx, Cartulaire des Hospitaliers de s. Jean I, pag. 185, num. 246. — Stumpf, Reg. num. 3755.

176.

Fridericus I, imperator Romanorum, ecclesiae Pataviensi villam Merdingen in Suevia, a rege Conrado II iniuste ablatam, ex sententia principum „in curia sollempni“ restituit atque confirmat. — Inter testes: ‚Daniel, Pragensis episcopus, Wladezlaus, dux Bohemie, et frater eius Dipaldus‘. *Bambergae 1157 iul. 4.*

Monum. Boica XXIX, 1, pag. 344, num. 497. — Erben, Reg. I, pag. 130, num. 294. — Meiller, Reg. z. Gesch. d. Babenberg. pag. 39, num. 38. — Stumpf, Reg. num. 3773.

177.

Fridericus I, imperator Romanorum, monasterii Novae Celae (Neustift prope Brixen) protectionem suscipit eiusque bona confirmat. — Inter testes: ‚Daniel, Pragensis episcopus‘ *et* ‚Wadezlaws, dux Bohemiae‘.

Bambergae 1157 iul. 5.

Böhmer, Acta imperii selecta, pag. 92, num. 99. — Emler, Reg. II, pag. 1155, num. 2636. — Stumpf, Reg. num. 3774.

178.

Fridericus I, imperator Romanorum, monasterii Lutrensis[1] *protectionem suscipit eiusque privilegia confirmat. — Inter testes:* ‚Debaldus de Bohemia‘.

Montbarrey[2] *1157 nov. 14.*

Lünig, Teutsches Reichsarchiv XIX (spicileg. ecclesiast. contin. I) pag. 968, num. 28 et 980, num. 52. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 266, num. 289 (reg.) = Erben, Reg. I, pag. 130, num. 293. — Stumpf, num. 3786. — Cf. Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. I, pag. 107.

---

178. [1]) *Lure inter Vesoul et Belfort, depart. Haute-Saône.* — [2]) *a Dôle versus merid. et orientem, depart. Jura.*

179.

Vladislaus II, dux Bohemiae, monasterio sancti Johannis Bapt. in Ostrov silvam praedio Putim adiacentem donat. *[1148 febr. 17—1158 ian. 18.]*

Donationis memoria traditur in privilegio Premislai Otakari I regis, anno 1205 ian. 17 dato, cuius autographum spurium in tabulario Trebonensi asservatur (A).

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 154. — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 33, num. 25. — Erben, Reg. I, pag. 223, num. 489.

De memoriae fide confer ea, quae ad num. 40 et 46 adnotavimus.

Gracia dei dux Wladislaus iunior, nepos Wratislay, a Christo[a] succensus, cupiens particeps effici consorcio iustorum, quod iuste sibi optandum est et nostris oracionibus impetrandum, dedit silvam adiacentem prope predio sancti Johannis Baptiste, quod vocatur Putim[1], ubi est ecclesia constructa in honore beati Petri principis apostolorum.

180.

Fridericus I, imperator Romanorum, Vladislao II, duci Bohemiae, eiusque successoribus circulum aureum in certis festivitatibus gestandum et censum de Polonia antiquitus traditum porro exigendum concedit.

Ratisbonae 1158 ian. 18.

Autographum exstat in tabulario c. r. aulico Vindobonensi (A).

Balbin, Miscell. hist. Boh., dec. I, lib. VIII, pag. 3, num. 4. — Lünig, Teutsches Reichsarch. VI, 2 (partis special. contin. I, erste Fortsetzg.) pag. 3, num. 1. — Pubitschka, Chronol. Gesch. Böhm. IV, 1, pag. 360 not. t (extr.). — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 378. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 267, num. 291. — Erben, Reg. I, pag. 131, num. 295. — Jireček, Cod. iur. Boh. I, pag. 26, num. 16. — Monum. Germ. Leg. sect. IV, Constitutiones I, pag. 236, num. 170. — Privilegium etiam Pulkava Chronico suo inseruit; v. Ludewig, Reliquiae manuscr. XI, pag. 272; Dobner, Monum. hist. Boh. III, pag. 171 = Köhler, Cod. dipl. Lusatiae I (2. ed.) pag. 21, num. 10; Fontes rer. Boh. V, pag. 91. — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 80, num. 123; idem, Reg. d. Babenberg. pag. 41, num. 45. — Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. I, pag. 324. num. 444. — Cod. dipl. Saxoniae reg. I Hauptth., II, num. 279. — Verh. d. hist. Ver. v. Oberpfalz u. Regensb. XLIII, pag. 44. — Dobenecker, Reg. Thuring. II, num. 170. — Stumpf, Reg. num. 3795.

Nota temporis annum 1157 et indictionem V indicat, sed privilegium ad annum 1158 pertinere anni regni et imperii probant. — Circulum Vladislao duci concessum veram fuisse coronam regalem Dobner peculiari commentatione probare conatus est in Born, Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen V (1782), pag. 1—54. — De scriptorum eiusdem

---

197. *a)* ‚xpio' *A.*
[1]) *Putim, distr. pol. Písek.*

temporis, qui de dignitate regia Vladislao concessa scripserunt, testimoniis fusius disputat Tourtual, Böhmens Antheil an den Kämpfen K. Friedrich I in Italien I, pag. 105—112. Vide etiam Palacký, Dějiny [3] I, 2, pag. 47; Dudík, Mähr. allg. Gesch. III, pag. 321 sq.; Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. I, pag. 96 et 123.

C. § In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus, divina favente clementia imperator Romanorum augustus. §‖ Cum tam lege naturę quam scripta bonum operari moneamur ad omnes, precipue eos, qui in amministratione imperii et rei publicę veraci consilio et‖ indefesso laboris studio nobis assistunt et pro gloria imperii propaganda strennuissime decertando omnibus inimicorum incursibus et quibuslibet pericu‖lis sese obiciunt, specialis prerogativa honoris sublimare dignum duximus, ut de virtutum premiis et gloria coronę diffidere non debeant, qui legitime certaverint. Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium tam presens ętas quam successura posteritas, qualiter nos Wadizlao, illustri et strennuissimo duci Boemorum, ob insignia servicii ac devotionis tam eius quam omnium Boemorum merita honoris insigne, quo avus et ceteri progenitores eius duces Boemię beneficio imperialis excellentię ceteris ducibus preminebat,[a] circulum videlicet gestandum concessimus et per eum omnibus successoribus successoribus[a] suis in perpetuum. Decernimus itaque et inrefragabili lege statuimus, ut liceat prefato duci Boemię Wadizlao illis temporibus, quibus nos coronam et diadema glorię portamus, in nativitate domini videlicet et in pascha et in penthecosten, circulum portare, et amplius in festivitate videlicet sancti Venzelai et sancti Adelberti, eo quod illas sollempnitates propter patronos suos maiori reverentia et celebritate tota Boe[m]ia[b] veneretur. Sicut itaque cebratio[c] et impositio coronę nostrę non debet fieri nisi per manus archiepiscoporum et episcoporum, ita prefato duci Boemię a nullo hom[in]um[b] circulus imponatur nisi a dilecto nostro Daniele, venerabili Pragense episcopo, et Johanne, Olumucense episcopo, eorumque successoribus. Quod si forte Olumucensis defuerit, nichilominus Pragensis pro sede et dignitate excellentiori vices compleat amborum; similiter autem Olumucensis, si forte Pragensis defuerit. Ad hęc predicto duci Boemię et successoribus eius addimus et concedimus censum de terra Polonię [1], quem antecessores eius duces Boemię a Polonia retro temporibus accipere solebant. Ut autem hęc nostra donatio et constitutio supranominato duci Wadizlao karissimo nostro eiusque successoribus omni tempore rata et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et sigillo nostro insigniri iussimus, adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina hęc sunt: Eberhardus

180. *a) ita A. — b) membrana laesa. — c) ita A iniuria scriptoris pro* ‚celebratio‘.

[1]) *Quae hic de censu Poloniae allegantur, ad ea, quae tempore Bretislai I anno 1054 stipulata sunt, referuntur; eodem anno teste Cosma* „urbs Wratizlav et aliae civitates a duce Bracizlao redditae sunt Poloniis ea conditione, ut quam sibi tam suis successoribus quingentas marcas argenti et XXX auri annuatim solverent“ *(Fontes rer. Boh. II, pag. 86).*

Salzburgensis archiepiscopus, Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus, Hertwicus Ratisbonensis episcopus, Eberhardus Bambergensis episcopus, Cůnradus Patauiensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Daniel Pragensis episcopus, Heinricus dux Austrię, Fridericus dux Sueuorum, Ludewicus lantgravius Duringię, Adebertus marchio Saxonie, Otto marchio Missenensis, Otto et Fridericus palatini comites.

‡ Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. ‡ (M.)

Ego Reinaldus cancellarius vice Arnaldi, Magontini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi. (S. I.)

Datum Ratisbone XV kalendas februarii, indictione V, anno dominicę incarnationis MCLVII, regnante domno Friderícho, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius VI, imperii vero III.

Diplomati impressum est sigillum Friderici I imperatoris e cera alba confectum, cuius imaginem praebet Heffner, Die deutschen Kaiser- u. Königs-Siegel tab. V, num. 33.

181.

Fridericus I, imperator Romanorum, monasterio Seccoviensi[1] *iudicium, a Conrado III rege quondam in Adelrammum de Feistritz de bonis dicto monasterio restituendis editum, confirmat. — Inter testes, qui huic actioni interfuerunt:* ‚Daniel, Bragensis episcopus'. *Ratisbonae 1158 [m. ian. medio].*

Zahn, Urkundenb. d. Herzogth. Steiermark I, pag. 375, num. 395. — Stumpf, num. 3796.

De fide dubitat Stumpf l. l., cuius sententiam impugnat Ficker, Beiträge z. Urkundenlehre II, pag. 137 et 387.

182.

Daniel I, episcopus Pragensis, recognoscit, se quasdam reliquias sanctorum propria manu in altari sancti Petri (in Bohnice) recondidisse.

1158 mai 30.

Autographum in membrana scriptum in tabulario parochiae Bohnicensis.

Millauer, Die Kirche zu Bohnitz, pag. 6, in Abhandlgn. d. kgl. böhm. Gesellsch. d. Wissensch. 1830. = Erben, Reg. I, pag. 621, num. 4. Imaginem lapidi incisam dedit Millauer l. l.; imaginem phototypicam praebet Soupis památek historických a uměleckých v král. Českém, XV, pag. 5.

Anno dominice incarnacionis millesimo CLVIII, indictione V, epacta XVIII, concurrente I, III kalendas iunii, ego Daniel, licet indignus, dei tamen gratia Pragensis episcopus, anno ordinacionis mee VIIII, mense V, die mensis XXX has reliquias

181. [1]) *Seckau in Styria a Knittelfeld versus septentriones.*

horum sanctorum propria manu in hoc altari recondidi: De ligno Domini, de sepulcro Domini, sancte Marie virginis, sancti Johannis Baptiste, sancti Petri apostoli, sancti Andreę apostoli, sancti Stephani protomartyris, sancti Viti, sancti Wencezlai, sancti Adalberti, sanctorum Benedicti, Johannis, Mathei, Ysaac, Christini martyrum, sancti Nicolai, sancti Benedicti, sancti Godehardi, sancti Egidii confessorum, sancte Marię Magdalene, sancte Valpurge virginis, sancte Ludmile martyris et aliorum sanctorum. Titulus vero huius ecclesię sancto Petro, principi apostolorum, annotatur. Isti et omnes sancti dei intercedere dignentur pro me peccatore ad dominum deum amen. Ego Wladizlaus, Boemorum rex eiusdem temporis, idem oro amen, amen. Ego Judita, Boemorum regina eiusdem temporis, idem oro amen, amen. Ego Geruasius, Wisegradensis prepositus et cancellarius, huius ecclesię constructor, eiusdem temporis, idem oro, amen, amen, amen.

183.

Fridericus I, imperator Romanorum, hospitale sancti Salvatoris in Mantua tuendum suscipit. — Inter „testes, qui huic statuto interfuerunt“ : ‚Daniel, Pragensis episcopus‘; ‚Ladizlaus, rex Boemorum‘; ‚Theobaldus, dux Boemię‘.

Super Mintium fluvium inter Voltam et Valeggio 1158 iul. 10.

Böhmer, Acta imperii sel. pag. 97, num. 104. — Emler, Reg. II, pag. 1155, num. 2637. — Stumpf, Reg. num. 3815.

184.

Fridericus I, imperator Romanorum, in conventione, per quam Mediolanenses in gratiam suam redituri sint, statuit inter alia, ut pro pacis conditionibus bona fide complendis et conservandis CCC obsides a Mediolanensibus dentur, qui „in partibus Italiae omnes serventur, preter L vel pauciores per interventum regis Boemorum Wladislai et aliorum principum ultra montes, si domno imperatori placuerit, deferendos“. Praeterea „antequam castra ab obsidione moveantur, captivi omnes reddantur in potestatem regis Boemi“ mandat.

[Apud Mediolanum] 1158 sept. 1.

Monum. Germ. Leg. sectio IV, Constitutiones I, pag. 241, num. 174 (ex editione Waitziana Gestorum Friderici l. III, c. 47). — Stumpf, Reg. num. 3818. — Cf. Vincentii Chronicon ad ann. 1158, Fontes rer. Boh. II, pag. 440. Vide etiam Palacký, Dějiny[3] I, 2, pag. 55; Tourtual, Böhmens Antheil an den Kämpfen K. Friedrich I in Italien I, pag. 45 sq.

185.

Fridericus I, imperator Romanorum, hospitales domos Jerosolimitano xenodochio pertinentes, in omnibus locis imperii sui sitas, tuendas suscipit earumque

possessiones et libertates confirmat, petente Raimundo, venerabili Hospitalis Jerusalem magistro. — Inter testes: ‚Daniel Pragensis episcopus'.

In comitatu Veronensi 1158 oct. 25.

Stumpf, Acta imperii ined. pag. 493, num. 347. — J. Delaville Le Roulx, Cartulaire général des Hospitaliers I, pag. 203, num. 270.

186.

Fridericus I, imperator Romanorum, ad Otacarum V, marchionem Styriae, legatos suos mittit de regni Hungariae negotiis cum eo tractaturos. Se in hac re sine consilio eius, regis Bohemiae et ducis Austriae nihil facturum esse significat.

[1158.]

Apographum in cod. epist. imper., regum, pontif., episcoporum in bibl. reg. Hannoverae, XI, 671 signato, fol. 523.

Sudendorf, Registrum od. merkwürd. Urkk. f. deutsche Gesch. I, pag. 61, num. 22 = Erben, Reg. I, pag. 131, num. 296. = Zahn, Urkundenb. d. Herzogth. Steiermark I, pag. 377, num. 397.

Quo tempore epistola scripta sit, ex eo cognosci potest, quod Gesta Frider. I, lib. III, c. 13 (12) referunt; ed. Waitz pag. 144. — Cf. autem etiam ea, quae commentatus est Meiller, Reg. archiep. Salisburg. pag. 463 not. 63.

Friderichus, dei gratia Romanorum imperator semper augustus, dilecto nepoti suo Othacaro, illustri marchioni de Styra, gratiam suam et omne bonum. Sicut per alias literas nostras tuae dilectioni nuper mandavimus, quod de negocio regni Hungarici abs tuo consilio et auxilio nihil omnino ordinaremus vel terminaremus, ita adhuc in eadem erga te bona voluntate permanemus. Nos itaque auditis singulorum nuntiorum de Hungaria singulis legationibus, sine carissimorum nostrorum consilio, regis videlicet Bohemiae [1] et ducis Austriae,[2] patrui nostri, et tui similiter nihil nunc tractare, nihil ordinare, nihilque prorsus terminare volumus. Inde est, quod ex consilio curiae nostrae honorabiles legatos nostros, magistrum videlicet H.,[3] sacri palatii nostri prothonotarium, qui de omnibus consiliis nostris familiarior nobis est et magis secretarius, et comitem H.[4] de Dietz, nobilem virum et prudentem, tuae honestati a latere nostro transmittimus. In quorum ore verba nostra plenarie posuimus. Quibus etiam totam voluntatem nostram tibi secretius intimandam commisimus, quae omnia ex ore ipsorum patenter audies et cognosces. Age ergo, sicut vir fidelis et charissimus princeps, et quem honorem nostrum et imperii perfecte diligere credimus et amplecti, et ad promovendum honorem imperii circa hoc negocium una cum rege Bohemiae et duce Austriae iuxta

186. [1]) *Vladislai.* — [2]) *Henrici II.* — [3]) *Henricum.* — [4]) *Henricum.*

verbum et persuasionem legatorum nostrorum omnem curam, sollicitudinem et studium tuum ita diligenter adhibeas, sicut nos de tua dilectione speramus et confidimus. Quicquid enim vos tres ex consilio vestro una cum legatis nostris super hoc verbo ordinaveritis et statueritis, nos absque omni retractatione ratum habebimus et gratum.

187.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Gezoni, abbati Strahoviensi, de infirmitate sua scribit eumque rogat, ut ad se veniat. Suadet, ne fratrem Rudolfum a Praemonstratensi ordine recedere permittat. *[1153—1158.]*

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 60 (B).

Roth, Eine Briefsammlung d. Propstes Ulrich von Steinfeld aus d. 12. Jh. in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsvereines XVIII, pag. 263, num. 9. = Žák, Listy Oldřicha, proboŝta Steinfeldského, do Čech a na Moravu zaslané, in Rozpravy České Akademie VIII, třída I, pag. 7, num. 1.

Epistolam non longe post praepositurae officium susceptum (cc. 1153) Ulricum scripsisse ipse dicendi genus indicat. Ante annum 1158 scriptam esse optimo iure putat Žák op. l. pag. 34; v. et. ibidem pag. 37 et 44.

Gezoni, venerando patri et domino, frater V.[1] filialem in Christo dilectionem. Ex quo a nobis recessistis et onus importabile super dolorem vulnerum meorum addidistis, semper speravi vestra consolatione[a] refoveri. Sed iam secundo ex litteris vestris intellexi, non facile posse fieri quod speraveram. Mea enim infirmitas tanta est, ut vobis non sufficiat[b] occurere, vos autem tam debilitas corporis quam varie cause hincinde concurentes impediunt, ne ad nos facile transire valeatis. Sed quia licet caro infirma sit, spiritum tamen nostrum ad omnia bona promptum esse cognosco, quantum paternitatem vestram solicitare audeo, suppliciter et instanter, rogo, ut, si ante non potestis, saltem circa tempus proximi colloquii nos visitare nullatenus omittatis. Quia enim tam vestra quam mea infirmitas tempus resolutionis nostre proximum esse certissime clamat, consolatorium mihi videtur et utile, ut si usque ad predictum tempus vita nobis comes fuerit, tam patres ordinis quam nos invicem hac una saltem vice visitemus. Poterit enim fortasse ex mutua collatione tam nobis quam vobis gratia dei aspirante aliquid spiritualis consolationis accrescere. Ceterum de fratre Růdolfo, super quo placuit vobis meam parvitatem consulere, scio vos melius scire, quod loquitur ineptum esse et frivolum. Priorem enim habitum, quem per manus patris sui sua voluntate suscepit, postea eodem patre suadente et iniungente

187. a) ‚consolatione' *obscuriore atramento superscriptum B.* — b) ‚non sufficiat' *alio atramento superscriptum B.*

[1]) *Ulricus.*

sua sponte mutavit. Premonstratensem ordinem cum habitu eiusdem ordinis suscepit et per plures annos iam tenuit; a quo velle recedere nichil est aliud quam proprium votum et obedientiam[c] iniunctam deserere. Cuius vesanie particeps essetis, si in hoc ei assensum preberetis.

188.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Godescalcum, abbatem Siloensem, invitat, ut se circa tempus proximi colloquii Praemonstratensis visitet.

[1153—1158.]

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 60v—61 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 265, num. 10. = Žák, Listy Oldřicha probošta Steinfeldského, pag. 8, num. 2.

De tempore vide Žák op. l. pag. 44.

Godescalcho, dilecto amico et venerabili abbati, frater V.[1] fraternam in Christo dilectionem. Iam secundo in litteris vestris mihi mandastis meam vos desiderare presentiam. Quam si vere desideratis, facite, ut in hoc tam[a] meum quam vestrum desiderium inpleatur. In vobis enim non in me est facultas huius rei. Mea enim infirmitas tanta est, ut ad vos transire non valeam, vestre autem iuventuti facile est ad nos venire. Quapropter dilectionem vestram instanter moneo et rogo, ut si ante non potestis, saltem circa tempus proximi colloquii nos visitare nullatenus omittatis, ut de pluribus tam vobis quam nobis necessariis secretius conferre valeamus.

189.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Danieli I, episcopo Pragensi, ordinem Praemonstratensem commendat. Petit, ut abbatem Strahoviensem et Siloensem ad colloquium Praemonstratense hoc anno venire permittat.

[1153—1158.]

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 61 (B).

Roth in Neues Archiv d. Gesellsch. f. ält. deutsche Gesch. XXI, pag. 560 et in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 266, num. 11. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 8, num. 3.

De tempore vide Žák op. l. pag. 34 et 44.

---

187. *c)* ‚obidientiam' *B.*

188. *a)* ‚tam' *alio obscuriore atramento superscriptum B.*

1) *Ulricus.*

Danieli, dilecto domino ac vere reverendo pontifici, frater V.,[1] si quid valet peccatoris oratio. Novit sublimitas vestra, quanto humane consolationis auxilio in brevi destituti sumus tam nos quam fratres nostri, qui apud vos sunt. Cum enim recolo sanctitatem[a] et prudentiam venerabilis viri Morauiensis episcopi[2] et zelum nobilis ac deo devote ducisse Boemie,[3] quem circa religionem habuit ac strenuitatem sancti patris nostri,[4] cuius onus ad me indignum et viribus tam corporis quam animi destitutum translatum est, fateor prudentie vestre, etsi eorum beatitudini congaudeam, non parvum tamen nostre desolationis attendo periculum. In quo unum tantum reperio solatium, quod vestram altam prudentiam et prudentem altitudinem[b] sic zelus divini cultus temperavit, ut plus vobis placeat religiosa Christi pauperum humilitas quam vana potentum huius mundi sublimitas; quod et vobis erit contra varia huius vite pericula firma defensio et Christi pauperibus, qui sub vestro regimine degunt, tuta protectio. Unde divinam clementiam coditianis precibus pulsare non cessamus, ut inter mundanas varietates vestram prudentiam sic regat ac defendat, ut nec frangatur adversis, nec extollatur prosperis. De cetero quantum audemus discretioni vestre suggerimus et suggerendo instanter rogamus, ut fratres nostros abbates de Monte Sion[5] et Siloe[6] ad persolvendum ordinis institutum hoc anno venire vestra consentiat paternitas. Desiderant enim eos patres ordinis videre et nos tam de suis quam nostris negotiis plura habemus cum eis conferre. Poterit enim vobis fortasse ex nostra mutua visitatione aliquid spiritualis consolationis accedere. Conservet deus sanctitatem vestram diu incolumem, pater venerande.

190.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Reinerum abbatem ad se vocat.

[1153—1158.]

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 61v (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 267, num. 12. = Žák, Listy Oldřicha probošta Steinfeldského, pag. 9, num. 4.

De tempore vide Žák, op. l. pag. 44.

Reinero, dilecto amico et venerabili abbati,[1] frater V.[2] fraternam dilectionem in Christo. Plurimum doleo, quod tam remoti ab invicem sumus, quod nobis tam raro loquimur, quod nos tam raro videmus. Unde dilectionem vestram in-

189. *a) sequitur* ‚ven', *sed deletum B.* — *b)* ‚di' *superscriptum B.*

1) *Ulricus.* — 2) *Henrici II dicti Zdik († 1150 iun. 25).* — 3) *Gertrudis, uxoris Vladislai II († 1150 aug 5).* — 4) *Ebervini, praepositi Steinfeldensis († inter annos 1145—1153).* — 5) *Strahov.* — 6) *Želiv, germ. Selau.*

190. 1) *Monasterium ignoratur.* — 2) *Ulricus.*

stanter moneo et rogo, ut, si fieri potest, hoc anno cum aliis abbatibus nos visitare non omittatis, ut in sequenti anno cum eis quiescatis. Erit enim fortasse tam nobis quam vobis utile, si adhuc vel semel nos videamus et mutua locutione nos consolemur.

191.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Gezoni, abbati Strahoviensi, respondet, quomodo fratres, qui contra Reinerum abbatem se erexerunt, castigandi sint. [1153—1158.]

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 63 (B). Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 271, num. 17. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 10, num. 5.

De tempore vide Žák op. l. pag. 38.

Gezoni, dilecto domino et venerabili patri, frater V.[1] debite dilectionis devotum obsequium. Quantum dicitis nostrum vos desiderare adventum, tantum ego vestram sepe opto presentiam, sed nostra desideria inpedit conmunis debilitas, que nos ad mutuam visitationem insufficientes reddit. Super hiis autem, que in dominum Reinerum abbatem acta esse ex litteris vestris intellexi, plurimum doleo tum pro scandalo ordinis, tum quia personam eius semper specialiter dilexi. Fateor tamen prudentie vestre, quod quanto plus eum diligo tanto amplius dolui, quando eum assumptum esse cognovi ad sarcinam viribus suis imparem. Inperitus nauta sepe naufragium sibi facit et navi, quam inter pericula regere nescit. Nec hoc ideo dico, quod in homine sit ecclesiam dei regere, sed quia unusquisque proprium donum habet a deo, alius sic, alius autem sic. De multitudine autem conspiratorum illorum, super quibus placuit vobis meam imprudentiam consulere, non aliud respondere audeo vel debeo, nisi ut, qui contra ordinem peccare non timuerunt, per ordinem puniantur. Quid autem de hiis, qui per conspirationem vel maliciosam concordiam adversus abbatem suum se erexerint, in ordine scriptum sit, melius nostis. Quam penitentiam quomodo in loco, ubi hec acta sunt, inplere possint, non video, cum omnes in hoc malo consensisse dicatis preter unum. Unde consequens videtur, ut vel ad matricem revocati vel per alias ecclesias divisi, si in ordine salvari cupiunt, secundum instituta ordinis penitentiam agere non recusent. Abbati autem, qui cum eis nullo conposicionis modo convenire potest, ut dicitis, nichil tutius aut honestius consulendum video, nisi ut libens et gaudens tanto oneri sua sponte se subtrahat et[a] ad quietem subiectionis redire festinet. Hoc consulo, quia hoc ego facerem, si similis[b] causa

191. a) ,et' *superscriptum B.* — b) ,si' *alio atramento superscriptum B.*

1) *Ulricus.*

michi occureret. Quod si desolationem loci opponitis, ad hoc vobis respondeo, ut non vobis parcatis, sed honori ordinis consulendo et privatis communia preponendo in locum illorum prevaricatorum conventum aliorum fratrum mittere non dubitetis cum abbate, quem ipsi sibi sua sponte elegerint. Hec est mea sententia, nisi prudentie vestre aliud melius visum fuerit, cui res magis nota est, quam michi. Valete et[c] sorores[2] nostras ex parte nostra salutate et orationibus[d] eorum meam parvitatem commendate.

192.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Godescalco, abbati Siloensi, significat se fratri cuidam, ut apud se permaneat, permisisse; pro puero quodam U. rogat.

[1153—1158.]

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 63v—64 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 273, num. 18. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 11, num. 6.

De tempore vide Žák op. l. pag. 47.

Godecalcho, dilecto amico et venerabili abbati, frater V.[1] salutem et omne bonum. Frater, pro quo nos rogastis, cum a vobis recessit, ut dicit, voluntatem habuit redeundi ad vos et per licentiam nostram manendi apud vos. Sed cum ad nos venisset, invenit matrem suam, que eum genuit, et quosdam propinquos suos in tanta desolatione, ut a lacrimis continere non posset. Unde obnixe me rogavit, ut eum apud nos aliquanto tempore manere permitterem, sperans eorum desolationem sua presentia posse relevari. Quod ei negare nec volui nec debui. Pro puero autem V., quem apud vos[a] remansisse audivi, dilectionem vestram suppliciter rogo, ut causa dei et mei insipientiam eius et pusillanimitatem prudentia vestra instruatis et consolemini, quatinus in bono, quod incepit, firmiter perseveret. Valete et fratres et sorores[2] nostras ex parte nostra salutate et orationibus eorum nostram parvitatem conmendate. Quos multo affectu visitare desideraveram, sed quantum appetivit animi voluntas, tantum impedivit corporis debilitas.

191. c) *post hanc vocem* ‚fratres et' *excidisse videtur; cf. epistolam proxime sequentem.* — d) ‚nibus' *alio atramento superscriptum B.*
2) *In monasterio Doxanensi; v. Žák, l. l. pag. 25.*

192. a) ‚vos' *fortasse ead. manu, sed obscuriore atramento superscriptum B.*
1) *Ulricus.* — 2) *In monasterio Louňovicensi; v. Žák, l. l. pag. 26.*

193.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Reinerum abbatem monet, ut consilio episcopi Moraviensis et abbatis Strahoviensis in omnibus se committat. Addit fratrem quendam R. apud se permanere permisisse. *[1153—1158.]*

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 64 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 274, num. 19. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 11, num. 7.

De tempore vide Žák, l. l. pag. 47.

Reinero, dilecto amico et venerabili abbati, frater V.[1] spiritu consilii et fortitudinis habundare. Fateor karitati vestre, quod vestra dilectio et adversitas vestra ex parte cognita pene me compulerant contra vires meas sumere laborem veniendi ad vos. Sed infirmitas corporis succrescens tandem me ab hac intentione dolentem revocavit. Quia ergo corporali presentia vos[a] visitare non possum, litteris vestram dilectionem intuitu caritatis amoneo, ut propria voluntate omnino postposita consilio domini Morauiensis[2] et domini abbatis de Monte Syon[3] aliorumque abbatum nostri ordinis vos in omnibus conmittere non dubitetis. Sic enim vestre saluti consuletis et fame, si ipsi vobis testimonium perhibuerint, quod in nullo a consilio eorum recesseritis. De fratre autem R., quem necessarium vobis esse dicitis, volo vos scire, quod, cum ad nos venisset, invenit matrem suam et quosdam propinquos suos in tanta desolatione, ut a lacrimis non posset continere. Unde obnixe rogavit, ut eum aput nos aliquanto tempore[b] manere permitterem, sperans eorum desolationem sua presentia posse relevari, quod ei negare nullatenus potui. Valete.

194.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Johannem, episcopum Olomucensem, exhortatur, ut abbatibus ordinis Praemonstratensis, qui in Bohemia sunt, congregatis, quomodo discordiae inter Reinerum abbatem et conventum eius componendae sint, consilium reperiat. *[1153—1158.]*

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 64v—65 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 274, num. 20 = Žák, Listy Oldřicha probošta Steinfeldského, pag. 12, num. 8.

De tempore cf. Žák op. l. pag. 47.

193. a) ‚vos' *eodem atramento superscriptum B.* — b) ‚tempore' *alia manus obscuriore atramento superscripsit B.*

[1]) *Ulricus.* — [2]) *Utrum Johannes III (1150—1157) an IV (1157—1172) hic dicatur, incertum restat.* — [3]) *Gezonis.*

Johanni,[1] dilecto domino et venerando Morauiensis ecclesie presuli, frater V.,[2] Steimveldensium fratrum inutilis servus, promereri euge servi boni.[3] Gratias agimus deo, qui procellas adversum vos exortas sua gratia ex parte conpressit, unde iam liber[a] aliorum necessitatibus securius animum intendere potestis expertus in vestra tribulatione, qualiter calamitatibus aliorum condescendere debeatis. Super hiis enim, que in dominum abbatem R.[4] acta esse cognovi, plurimum doleo, tum pro scandalo ordinis, tum quia personam eius semper specialiter dilexi. Unde contra vires meas proposueram assumere laborem veniendi ad vos, sed corporis infirmitas succrescens me tandem ab hac intentione dolentem removit. Vestram itaque sanctitatem, quam circa ordinem, quem professus[b] estis, fervere cognovi, suppliciter rogo et rogando exhortor, ut postposita omni mora congregatis abbatibus nostri ordinis, qui in Boemia sunt, super hoc tale consilium reperiat vestra prudentia, ut et scandalum, quod in loco illo tam crebro oritur, finem accipiat et locus ordini nostro semel traditus ab ordine non recedat. Quid autem domino abbati de Monte Sion super hoc scripserim,[c] ipse vobis dicere poterit. Quod si vobis non placuerit, hoc tamen provideat vestra discretio,[d] ne sic presens scissura resarciatur, ut iterum et iterum rescindatur. Conservet deus sanctitatem vestram diu incolumem ad consolationem pauperum suorum.

195.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, apud Danielem I, episcopum Pragensem, se excusat, quod corporis infirmitate impeditus eum visitare non possit.

[1153—1158.]

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 65 (B). Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 275, num. 21 = Žák, Listy Oldřicha probošta Steinfeldského, pag. 12, num. 9.

De tempore vide Žák l. l. pag. 34.

Daniheli, dilecto domino ac venerando Pragensis ecclesie presuli, frater V.,[1] Steinveldensium fratrum inutilis servus,[a] in omnibus gratie dei solatio refoveri. Lectis litteris sanctitatis vestre novum in eis reperi genus pietatis, dum

---

194. *a) post hanc vocem circa quinque literae erasae sunt;* ‚liberalitate' *corrigendum esse putat Roth.* — *b)* ‚profesus' *B.* — *c)* ‚p' *ex* ‚b' *eod. atramento corr. B.* — *d)* ‚discretio' *alia, ut videtur, manus obscuriore atramento superscripsit B.*

[1]) *Utrum Johannes III (1150—1157) an Johannes IV (1157—1172) hic dicatur, incertum restat.* — [2]) *Ulricus.* — [3]) *Luc. XIX, 17 et Math. XXV, 23.* — [4]) *Reinerum; v. supra num. 191 et 193.*

195. *a)* ‚servus' *addidi.*

[1]) *Ulricus.*

ad eos visitandos me invitat vestra paternitas, pro quibus meum erat vestram exorare clementiam. Unde verbis vestre dulcedinis excitatus[b] laborem viribus meis imparem subire proposueram, sed corporis infirmitas succrescens ab intentione me dolentem retracxit. Quia ergo corporali[c] presentia vultum sublimitatis vestre diu desideratum videre prohibeor, spirituali affectu a vobis seiungi non patiar. Cotidianis enim orationibus pro mea parvitate personam vestram domino commendare non cessabo, quatinus eius gratia inter mundi huius turbines sic prudentiam vestram dirigat, ut nec fuscetur prosperis[d] nec deficiat in adversis. Karitas autem, qua pauperes Christi clementer respicitis, et inter procellas presentis vite vos tuebitur, et ad portum quietis optate perducet. Conservet deus sanctitatem vestram diu incolumem ad consolationem pauperum suorum.

196.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Gezonem, abbatem Strahoviensem, ad se venire optat. Rogat, praecipiat fratri, qui temere in Bohemia remansit, ut sine mora redeat. Addit de pecunia a quodam Coloniense suscepta.

[1153—1158.]

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 68 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 281, num. 30 = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 13, num. 10.

De tempore vide Žák l. l. pag. 35.

Gezoni, dilecto domino et patri, frater V.[1] valere in domino[a] spiritu et corpore. Ex quo litteras vestras accepi, magno desiderio proposueram contra valitudinem corporis mei vestrum inplere mandatum non solum vobis occurrendo, sed etiam usque ad vos perveniendo; sed quedam oculta negotia interim nobis occurrerunt, que sine magno dispendio ecclesie nostre relinquere non potui. Unde quantum audeo paternitatem vestram[b] magno affectu supplicando rogo, ut quia Wirziburh nobis occurrere proposueratis, reliquum iter usque ad nos perficiendo veniatis. De cetero dilectionem vestram rogamus, ut fratri, qui in Boemia temere remansit, ex nostra parte in virtute obedientie precipiatis, ut remota omni dilatione ad nos redire festinet, si non vult anathemati subiacere. Rogamus etiam vos, ut domino episcopo[2] dicatis, quod ordo non patitur, quod fratres nostri alibi maneant, nisi in abbatiis ordinis nostri aut in possessionibus[c] ad abbatias

---

195. *b)* ‚excitans' *B.* — *c) ex* ‚corporis' *corr. B.* — *d)* ‚properis' *B.*

196. *a)* ‚in domino' *alio atramento superscriptum B.* — *b)* ‚uram' *(sine abbreviaturae signo) B.* — *c)* ‚ses' *eod. atramento superscriptum B.*

[1]) *Ulricus.* — [2]) *Danieli I; v. epist. proxime sequentem.*

pertinentibus.[3] De cetero quidam Coloniensis, qui filiam suam ad vos duxit, me rogavit, ut vobis scriberem, quod pro ea V marcas dedit, quas quia secum ferre ausus non fuit, nobis eas servandas conmisit, donec talis nuntius vester ad nos veniat, per quem vobis eas tute mittere possimus. Valete.

197.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Danieli, episcopo Pragensi, significat instituta ordinis non pati, ut fratri R. facultatem apud eum permanendi det.

[1153—1158.]

Apographum in cod. ms. saec. XII. bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 68v—69 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 282, num. 31. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 14, num. 11.

De tempore vide Žák l. l. pag. 35.

Dilecto domino et digne venerando Daniheli, Pragensis ecclesie episcopo, frater V.,[1] Steinueldensium fratrum inutilis servus, promereri euge servi boni.[2] Lectis litteris karitatis vestre vehementer dolui me accepisse aliquam peticionem sublimitatis vestre, quam implere non audeo. Proposueram enim non solum peticionibus vestris obsequi, sed et mandatis vestris in omnibus fideliter[a] obedire. Quod autem per litteras vestras a me querit vestra dignatio, notum vobis facimus esse contra instituta ordinis nostri,[3] que omnio proibent fratres nostros alibi manere quam in abbatiis ordinis nostri aut in possessionibus ad abbatias pertinentibus. Quod autem fratrem R. ad tempus vobiscum manere sustinui, scire vos volo, quod ad hanc transgressionem me conpulit vestre persone magna dilectio, quam singulariter venerandam esse intelligo. Conservet deus[b] sanctitatem vestram diu incolumem ad consolationem pauperum suorum.

198.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Gezoni, abbati Strahoviensi, de pecunia Reinero abbati quondam commissa scribit eumque rogat, ut eam sibi reddi faciat.

[1153—1158.]

Apographum in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episc. Maguntiae fol. 69 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 283, num. 32. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 14, num. 12.

196. [3]) *V. Statuta ord. Praemonstratensis dist. I, c. XXII. (Averbode 1898) pag. 74.*

197. [a]) ‚de' *eodem atramento superscriptum B.* — [b]) *quae subsequuntur, ex epist. superius sub num. 195 edita supplevi; in B conclusio haec tantum verbis* ‚et cetera' *indicatur.* [1]) *Ulricus.* — [2]) *V. Luc. XIX, 17; Matth. XXV, 23.* — [3]) *V. epist. praecedentem not. 3.*

Gezoni, dilecto[a] et venerabili patri, frater V.[1] salutem mentis et corporis. Scitis, quod dominus R.[2] ab abbatia sua remotus quendam puerum, qui ei causa conversionis conmissus fuerat, secum reduxit, pecunia autem, que ei cum puero data fuit, in usus fratrum cessit. Mater vero[b] et amici pueri continuo, ut dominus R. rediit, eandem pecuniam satis inpatienter repetierunt. Consilio autem fratrum et quorumdam amicorum nostrorum, qui inter matrem pueri et dominum R. mediatores fuerunt, marcam argenti de nostra ecclesia ei dari feci hac spe, ut vos nobis eam reddi faciatis, sicut dominus R. vos promisisse testatur.

199.

Fridericus I, imperator Romanorum, cuidam fideli suo de Cremona, nomine Tinto Mussa de Gatta, ius comitatus concedit. — Inter testes, qui interfuerunt: ‚Daniel, Pragensis episcopus'.

Iuxta Melagnanum super Vitablam[1] *1159 mai 17.*

Böhmer, Acta imperii selecta pag. 98, num. 106. — Stumpf, Reg. num. 3854.

200.

Fridericus I, imperator Romanorum, ecclesiae in loco Rebdorf a Conrado, episcopo Eichstädtensi, constructae tutelam suscipit. — Inter testes: ‚Daniel, Pragensis episcopus'.

Apud Novam Laudam 1159 aug. 1.

Monum. Boica XXXI, I, pag. 413, num. 219. — Erben, Reg. I, pag. 133, num. 219. — Stumpf, Reg. num. 3861.

201.

Hadrianus IV papa monasterii sancti Stephani Gradicensis prope Olomuc, ordinis Praemonstratensis, tutelam suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat, petente Ottone III, duce Olomucense.

[1154—1159 sept. 1.]

Privilegium deperditum est. Exstat tantum fragmentum adulteratum apud Sibenaicher, Historica relatio de conditoribus . . . mon. Gradicensis; cod. ms. saec. XVII in tabulario terrae Morav. Brunnae, fol. 31v, qui de privilegii concessione his verbis refert: ‚Dicebatur hic primus *[ex ord. Praemonstr.]* Gradicensis abbas a vulgo non Georgius, sed rudi idiomate

---

198. [a]) ‚dilecto' *eodem atramento superscriptum.* — [b]) ‚vero' *alio atramento magis distincto superscriptum.*

[1]) *Ulricus.* — [2]) *Reinerus.*

199. [1]) *Melegnano super Vetabbiam a Mediolano versus meridiem et orientem.*

Jura. Huic in abbatiali subsellio collocato mox illustrissimus marchio Otto III, quo commodius cum fratribus suis obsequiis divinis sese sine sollicitudine et cura temporalium alimentorum mancipare posset, omnium bonorum antehac Gradicensi ecclesiae sub annum Christi 1078 ab avo suo Ottone primo collatorum possessiones cum iuribus, privilegiis libertatibusque universis denuo a se ratificatis confirmatisque liberalissime extradidit, atque sic extraditas ditiones universas speciali diplomate ab Adriano IV, pontifice maximo, qui recenter mortuo Eugenio III successerat, roborari fecit. Cavetur illo pontificio diplomate gravissimis verbis: „Ne futuris perpetuis temporibus ulli omnino hominum liceat ecclesiae Gradicensis possessiones, a domino fundatore illi appropriatas, perturbare, violare, temerare, auferre vel ablatas retinere aut quocunque alio modo divexare.“ Addita hac gravi et horrida comminatione, quam his formalibus apud Tetzelium reperio: „Si quis sciens contra eandem ecclesiam temere quid tentaverit, sciat se reatu divino innodatum existere et a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Jesu Christi alienum esse atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat et cum impiis, qui non resurgent in iudicio reputetur. < Omnipotentis iram in hac vita et in futura furorem contra se sentiat. Fiat habitatio eius deserta et in tabernaculis eius non sit qui inhabitet. Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua, commotus commoveatur ipse et filii eius mendicent et eiiciantur de habitationibus suis. Scrutetur etiam foenerator omnem substanciam eius et diripiant alieni labores eius. Orbis terrarum pugnet contra eos ac cuncta elementa sint eis contraria, sanctorumque omnium merita eos confundant et apertam vindictam in hac adhuc vita super eos ostendant. > Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi et fructum huius benedictionis [!] percipiant et ad districtum iudicem aeternae patriae proemia largientem gloriamque sempiternam secure ac feliciter perveniant amen.“ — *Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 265, num. 288. — Erben, Reg. I, pag. 130, num 291 et pag. 133, num. 298. — Vide etiam Teige, Zpráva o pramenech dějin kl. Hradištského, pag. 30 sq.*

202.

Fridericus I, imperator Romanorum, „Rolando cancellario caeterisque cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum pontificem“,[1] *mandat, ut ad generalem curiam in octava epiphaniae*[2] *Papiae celebratam veniant, personarum ecclesiasticarum totius imperii et aliorum regnorum sententiam recepturi et audituri. Addit: „Quod si ad tam celebrem aeclesiae conventum examinationis causa venire volueritis, karissimi principes nostri et aecclesiae katholicae, Herimannus Ferdensis,*[3] *Daniel Bragensis, patres et episcopi venerabiles, quos de palatio nostro ad vos transmisimus una cum comite palatino,*[4] *consanguineo nostro, aliisque legatis nostris securum vobis conductum prestabunt.“*

[1159 oct. ex.]

Exstat in Gestis Friderici lib. IV c. 65 (55) ed. Waitz, pag. 246. — Erben, Reg. I, pag. 133, num. 300. — Monum. Germ. Leg. sect. IV, Constitutiones I, pag. 255, num. 184. — Stumpf, Reg. num. 3869.

---

202. [1]) *Accepit nomen Alexandri III.* — [2]) *13 ian. 1160. Incepit vero concilium die 5. mensis februarii; v. Jaffé, Reg. pontif.*[2] *II, pag. 419.* — [3]) *Verdensis.* — [4]) *Otto de Wittelsbach; cf. Tourtual, Böhmens Antheil. Exkursheft zum Schisma (= Forschungen z. Reichs- u. Kirchengesch. d. XII Jh.), pag. 13 sq.*

203.

Victor IV papa Henrici, abbatis Laureshamensis, erga se studium laudat eique gratias agit de „sancto consilio, quod Fridericus, Romanorum imperator augustus, ad restaurandam ecclesiae unitatem et haeresim scismaticam resecandam eius aliorumqne consilio dispensaverit.“ Hermannum Verdensem et Danielem Pragensem episcopos de statu et proposito suo narraturos esse addit.

Vetrallae 1159 dec. 5.

Apographum in Chron. Lauresham. in Monum. Germ., Script. XXI, pag. 445. — Erben, Reg. I, pag. 133, num. 301. — Jaffé, Reg. pontif.[2] *II, num. 14428.*

204.

Vladislaus I, rex Bohemiae, monasterio Waldsassensi ambitum quendam in silva provinciae Sedlecensis et praedium ‚Preolac‘ dictum donat.

1159.

Apographum in Libro privilegiorum mon. Waldsassensis saec. XIV in tabulario regni Bavariae Monacensi [sign.: Kl. Waldsass. Litteral. No. 17] fol. 38 (B).

Ad donationem hanc fortasse spectant ea, quae in posteriore parte Chron. Waldsass. Ottonis prioris adnotantur: ‚Anno MCLX Wladislaus II, rex Boemie, fuit in nostro monasterio, cui et solennem fecit donationem‘ *(Oefele, Rer. Boicarum Script. I, pag. 65).*

In[a] nomine sancte et individue trinitatis. Wadizlaus, dei gracia rex Boemorum serenissimus. Qui transitoriis munere divino bonis habundamus et temporalium incrementis honorum pre proavis nostris gloriamur, salutem anime pensantes congruum esse credimus presencia pro futuris, terrena pro celestibus commutare. Quapropter deum de suis muneribus honorare volentes et in oracionibus pauperum Christi, qui sunt in ecclesia Waltsassensi in nomine domini congregati, plurimum confidentes, pro amore Christi et salute anime tam mee quam predecessorum meorum ac pro eorum peticionis obtentu in silva provincie Zedilcensis ambitum, quod sclavonice vgeid[b] dicitur, et quoddam predium Preolac[1] nominatum cum omnibus appendiciis suis prenotate ecclesie communi omnium primatum assensu hereditario iure possidendum donavimus, spiritalia[c] cum populo dei commercia taxantes, quatinus et illorum inopia ex nostra habundancia suppleatur et nostris excessibus desiderata ex eorum oracionibus venia et consolacio prestetur. Ut autem nostre devocionis donacio rata et inconcussa permaneat, omnes quicumque hoc factum violare et in pauperes Christi manum mittere presumpserint,[d] regie maiestatis et tocius terre reos ac perpetue dampnacioni et excommunicacioni subditos per presencia scripta moderni sive futuri temporis fidelibus significamus

204. *a) Praefixa est inscriptio haec:* ‚Privilegium sub domino Gerlaco abbate‘. — *b) ita B.* — *c)* ‚spitalia‘ *B.* — *d)* ‚presumpserit‘ *B.*

1) *Fortasse Přívlaky, germ. Pröhlig, distr. pol. Žatec (Saaz).*

et sigilli nostri inpressione confirmamus ac subscriptorum testium testimonio roboramus. Henricus, Theobaldus, hii fratres regis, Fridericus filius regis. Ordinis clericalis: Geruasius cancellarius regis et prepositus Wissigradensis, V̊ldericus prepositus Pragensis, Iurata prepositus Melnicensis,[e] Petrus prepositus Bolesilensis,[f] Domicilanus prepositus Lutomericensis, Albertus prepositus Sachikensis; Naches castellanus Pragensis, Henricus castellanus Sathensis, Vezene castellanus Bolesilensis,[g] Quhalech castellanus Vadizicensis,[h] Chothebor agaso regis, Chochan dapifer regis, Wezel pincerna regis, Marchuart camerarius regis, Zuezlaus castellanus Gradicensis, Stibor castellanus Budisinensis, Zauisa[i] castellanus Zedelicensis.[k] Acta sunt autem hec anno ab incarnacione domini MCLVIIII, indictione VII, anno regni eius primo.

205.

Arnoldus, Ballenstadensis[1] *abbas, duas villulas trans Mildam, hactenus a Slavis possessas, Flamingis vendit sub testimonio* ‚Thietboldi, ducis Bohemie'.

1159.

v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. I, pag. 331, num. 454; idem, Albrecht d. Bär, pag. 468, num. 39. — v. Raumer, Reg. hist. Brandenburg., num. 1278.

206.

Fridericus I, imperator Romanorum, Pelegrino, patriarchae Aquileiensi, eiusque successoribus episcopatum Bellunensem cum toto comitatu et pertinentiis donat. — Inter testes: ‚Daniel, Pragensis episcopus.'

Papiae in generali concilio 1160 febr. 15.

Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. I, pag. 438, num. 10. — Stumpf, Reg. num. 3892.

207.

Peregrinus, Aquileiensis patriarcha, Arnaldus Maguntinus, Reinaldus Coloniensis, Wichmannus Magdeburgensis et Hartwicus Bremensis archiepiscopi et universi episcopi et abbates et viri religiosi in concilio Papiae congregati causa audita et testimoniis comprobata Victoris IV papae electionem confirmant Rolandi (Alexandri III) electionem cassant eumque anathematizant. Quam sententiam

---

204. *e)* ‚Melinensis' *B. — f)* ‚Bosecilensis' *B. — g) ex* ‚Bolesilinsis' *corr. B. — h) ita B. — i)* ‚Zausa' *B. — k)* ‚Zedesicensis' *B.*

205. [1]) *Ballenstedt, oppidum et monast. ord. s. Benedicti in ducatu Anhaltensi.*

ut universi christiani ratam firmamque teneant, hortantur. — Concilii decretis inter alios „rex Ungarorum, rex Danorum, rex Boemie per legatos et litteras suas consenserunt.“ Inter episcopos, qui interfuerunt et consenserunt, etiam (Daniel) Pragensis subscribitur. *[1160 febr. ex.]*

Monum. Germ. Leg. sectio IV, Constitutiones I, pag. 265, num. 190. — Erben, Reg. I, pag. 133, num. 302.

208.

Vladislaus I, rex Bohemiae, possessiones monasterii sancti Stephani (Gradicensis) prope Olomuc confirmat, petente Blasio abbate.

Pragae 1160 iun. 16.

Autographum in membrana scriptum in tabulario Musaei regni Bohemiae Pragae (A).

(Hugo), Annales ord. Praemonstratensis, I, Probationes pag. 599. — Vorgeschützt — jedoch ohnerwiesen gebliebenes Eigenthum in der bei einem hochlöblich kaiser kgl. Landrecht im Marggr. Mähren von denen Dobromielitzer Guthinhaberen wider das Kloster-Stift Hradisch .... um einen Antheil der zu dem Stiftdorf Hradschan gehörig Huthweide. Znaym [1751?] fol. D 2b—E. — Zu Recht-gegründete Iustification deren von Seiten des Kloster-Stifts Hradisch s. ord. Praemonstr. innhabenden Beneficiorum curatorum (1760) fol. F (ex autogr.). — Piter, Thesaurus absconditus, pag. 187. = Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 409 (series testium). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 270, num. 293 (ex apographo Friebekii). — Erben, Reg. I, pag. 134, num. 304 (extr. ex A). — Imaginem photographicam praebet Sickel, Monumenta graphica medii aevi, fasc. III, tab. 7.

Privilegium manu quadam ignota exaratum extra cancellariam regiam scriptum esse videtur; quod cum alia tum id potissimum indicat, quod eandem manum in nullo prorsus alio Vladislai regis diplomate deprehendimus, quodque ne de uno quidem autographo eorum, quae ad nos pervenerunt, Vladislai regis diplomatum probari potest in cancellaria regia esse scriptum. — In diplomate conficiendo scriba donationis privilegium, quod Ottone principe auctore anno 1078 datum est (v. num. 79), adhibuit: ex quo bonorum, quibus Otto monasterium donavit, elenchum ad verbum fere descripsit. — Vide etiam Teige, Zpráva o pramenech dějin kl. Hradištského, pag. 22 et 31 sq.

Anno dominicę incarnationis millesimo centesimo sexagesimo, epactarum XI, concurrentium V, indictionis VIII. Ego Wladizlaus dei gratia secundus rex Boemorum ‖ divina propiciante clementia cognoscens ministros ęcclesię, que est secus urbem Olomucz edificata in nomine sanctę et individue trinitatis et in honore beati prothomartyris Stephani [1] ‖ dedicata, nocte dieque in dei laudibus iugiter insudare et tantorum dei athletarum orationum particeps cupiens fieri corde et animo humiliter cępi excogitare, qua ratione ‖ mei celebritas memorię apud illos posset haberi in secula sine fine. Unde omnipotentis dei inspirante gratia ac

208. [1]) *Hradiště, alias Hradisko, germ. Hradisch.*

institutione ammonitus canonica, venerabili eiusdem ęcclesię abbate, domino Blasio, meo occurrente ac favente desiderio, fratrum prothomartyris Stephani precibus me subdidi atque, ut eorum orationum particeps sine fine fierem, devotus munus communionis suscepi. At ego, ne fratres meos in Christo dilectissimos gratuito mihi fraternitate concessa aliquo modo aggravare videar, in signum hoc sacratissimi pacti inter nos habiti, in retributionem pro mea regnique mei incolomitate ac stabilitate unaque pro germanorum meorum, tam Teobaldi quam Heinrici, necnon filii mei Friderici meorumque remissione peccatorum, quicquid illis propinquorum,[a] videlicet avi mei, primi regis Boemorum Wratizlai, ac primi ducis Morauiensium senioris Ottonis et prudens discretio ad usum in nomine domini studuit deputare necnon et omnium principum Morauiensium, ea sic se haberi et gaudeo et laudo, insuper et regie potestatis auctoritate ac consensu omnium primatum Boemię confirmo, et ne hoc posteros latere queat, sub testimonio scripturę meo signo munitę usquequaque ratum esse commendo. Villarum autem nomina, quę in obsequio eorum in privilegiis patrum scripta reperiuntur, sunt hęc: * Kyseleuici,[2] * Rochin,[3] * Gaicin,[4] Vgezd[b][5] *; in Boemia que nominatur Vlipi.[6] Preterea data est curia, que nominatur Vsobren[7] cum suis adiacentibus villis sub omni tributo et consuetudine, sicut ante solvebat dominę suę. Data est[c] et silva quę vocatur[d] Luboczca. In Boemia duę villę, quas dedit rex primus Wratizlaus ęcclesię: Vgerzco,[8] Nedamirice.[9] Nakel[10] ea conditione, ut qui eam inhabitare deliberant, cum tributo beato Stephano decimas solvant, ceteris vero ad imperium ducis bella exercentibus, sive urbem aut pontem[e] reparantibus,[f] seu sub qualibet necessitate laborantibus, non aliud, quam quod prefatus pater cenobii iusserit, faciant. Vgezd Lasanę,[11] Lubos,[12] Popouici,[13] Selechouici,[14] Sadlouici,[15] Gradcane,[16] Jusatici,[g][17] Zlobici,[18] Bezmirov,[19] Obid-

---

208. *a)* ‚piuquoꝝ' *A.* — *b)* ‚g' *ex* ‚a' *statim inter scribendum corr. A.* — *c)* ‚est' *eod. atramento superscriptum A.* — *d) prima hasta literae* ‚u' *in vocis initio radendo correcta ex* ‚l' *A.* — *e)* ‚o' *ex* ‚a' *statim inter scribendum corr. A.* — *f)* ‚re' *eod. atramento superscriptum A.* — *g)* ‚a' *ex* ‚e' *correcta; in Ottonis ducis diplomate (num. 79) et in Venceslai ducis litteris donationis (num. 110) villa haec melius ‚Tieseticzi' vocatur.*

[2]) *Kyselovice, distr. pol. Kroměříž (Kremsier).* — [3]) *Fortasse Roštín, distr. pol. Kroměříž.* — [4]) *Hejčín, germ. Hatschein, prope Olomouc.* — [5]) *In privilegio Ottonis ducis villa haec* ‚Ugezd Lazene' *nominatur; v. infra not. 11.* — [6]) *Ubi vicus hic quaerendus sit, incertum est.* — [7]) *Úsobrno, germ. Hausbrunn, distr. pol. Mor. Třebová (Mährisch-Trübau).* — [8]) *An sit Uhersko in distr. pol. Vysoké Mýto? In privilegio Vratislai ducis (superius num. 80) vicus hic* ‚Vgerczy' *vocatur.* — [9]) *Hodie non exstat.* — [10]) *Náklo, germ. Nakel, distr. pol. Litovel (Littau).* — [11]) *Fortasse Laštany, distr. pol. Sternberg.* — [12]) *Libuše, distr. pol. Sternberg.* — [13]) *Popovice, distr. pol. Přerov (Prerau).* — [14]) *Fortasse Želechovice, distr. pol. Litovel.* — [15]) *Fortasse Žadlovice, distr. pol. Zábřeh (Hohenstadt).* — [16]) *Hradčany, distr. pol. Prostějov (Prossnitz).* — [17]) *Těšetice ab Olomouc versus occidentem.* — [18]) *Zlobice, distr. pol. Kroměříž.* — [19]) *Bezměrov, distr. pol. Kroměříž.*

couici,[h] [20] Bunouici,[21] Tasalci,[22] Vstin [23] ad III[a] aratra, Stichouici[24] ad unum aratrum, Sarouici [25] ad unum aratrum, Celcici [26] ad II[o] aratra, Prusi [27] ad II[o] aratra, Suhsici [28] ad II[o] aratra, Topolaz [29] ad II[o] aratra, Sirouici [30] ad unum aratrum, Gneuotine [31] ad unum aratrum, Vnatici [32] cum omni consuetudine terre.[i] Wacezlaus dux Morauię pro remedio animę patrui sui Ottonis dedit villam Kygow [33] cum omni utilitate sua. Otto dux iunior dedit duas villas Rusca,[34] Wrezouici [35] pro anima filię suę Suatauę. Datus est etiam de Olzaua [36] VI[us] denarius, et de ponte Brazilaue [37] civitatis VI[us] denarius. De via vero, quę ducit ad Poloniam iuxta civitatem Gradek,[38] VI[us] denarius, et de moneta decimus denarius. Data sunt et duo vivaria piscium, nomen unius Widoma et nomen alterius Tecalec. Et multa familia habetur. Hęc autem scripta quicumque cognoscant fideles sub testamento domini nostri Jesu Christi et totius ęcclesię necnon et harum personarum: Danielis Pragensis episcopi et Johannis Morauiensis episcopi et Theobaldi ducis Boemorum et Heinrici germani regis, Friderici filii regis, Cunradi principis Morauiensium et Gezonis abbatis de Monte Syon, Petri abbatis dę Breunoi, Petri abbatis de Insula, Siluestri abbatis de Zasauua, Wilhelmi abbatis de Wilhelmov, Godescalci abbatis de Seleov, Deocari abbatis de Lutomizlo, Hugonis abbatis de Podelasithch et Mizlochonis de Opatouith, Nadei abbatis de Trebeith, necnon V[o]delrici prepositi Pragensis, Pauli decani, Jeronimi magistri, Petri prepositi Bolezlauensis, Jurette prepositi Melnicensis, Alberti prepositi Zachensis et Nemoi camerarii regis, Cocchan dapiferi regis, Wetcellonis pincerne regis, Woizlai agasonis, Drisizlai urbis prefecti Pelzenne, Jarognevi prefecti Satcensis, Heinrici Wissengradensis prefecti et omnium primatum Boemię. Ad hęc quoque ut hęc mea predicta[k] confirmatio rata et fixa in perpetuum permaneat, ex canonica et apostolica auctoritate maledictionem in huius decreti mei prevaricatores subscribi volui. Igitur ego Daniel, dei gratia sanctę Pragensis ęcclesię XIII[us] episcopus, et Johannes, sanctę Olomucensis ęcclesię VIIII[us] episcopus, tali decreto bannum apponimus, ut si quis temerator huius rei

208. *h) nomen hoc scriba genuine* ‚Obitcouici' *scribere voluit, sed litera* ‚t' *et sequentis* ‚c' *maiori parte iam scripta, literas has in* ‚d' *resarcivit.* — *i)* ‚cum omni consuetudine terre' *eod. atramento in loco raso scriptum A.* — *k)* ‚a' *ex* ‚i' *eodem atramento corr. A.*

[20]) *Obědkovice, distr. pol. Kroměříž.* — [21]) *Bohuňovice, distr. pol. Sternberg.* — [22]) *Tážaly, distr. pol. Olomouc.* — [23]) *Ústín, distr. pol. Olomouc.* — [24]) *Stichovice, distr. pol. Prostějov.* — [25]) *Žárovice, distr. pol. Prostějov.* — [26]) *Čelčice, distr. pol. Přerov.* — [27]) *Prusy, distr. pol. Přerov.* — [28]) *Sušice, distr. pol. Přerov.* — [29]) *Topolany, distr. pol. Olomouc.* — [30]) *Fortasse Žeravice, distr. pol. Přerov.* — [31]) *Hněvotín, germ. Nebotein, distr. pol. Olomouc.* — [32]) *Hodie non exstat.* — [33]) *Kyjov, germ. Gaya.* — [34]) *Fortasse Hruška, distr. pol. Přerov.* — [35]) *Březovice. Qui vicus huius nominis hic dicatur, diiudicare nequeo.* — [36]) *Olšava, fl. in sinistra fluminis Morava (March) ripa.* — [37]) *Břeclav, germ. Lundenburg, distr. pol. Hodonín (Göding).* — [38]) *Hradec, germ. Grätz, oppidulum Silesiae ab Opava (Troppau) versus meridiem.*

aut contemptor extiterit, perpetuis condempnationibus subiaceat innodatus et sanctorum dei, quorum ibi reliquię requiescunt, meritis et orationibus duplici contritione conteratur, ut laborando sine intermissione angustia et tribulatione, dolore et amaritudine in fine mundi cum Juda traditore salvatoris omnibusque menbris diaboli in inferno inferiori sine fine crucietur. Amen. Amantibus hęc et laudantibus, pro posse quoque augentibus et defendentibus sit salus et protectio, pax et exultatio et sanctę trinitatis eiusdemque individue unitatis benedictio nunc et in evum amen. (S. I.)

Data Prage per manum Gervasii[l] cancellarii et prepositi Wissengradensis eiusdem anni XVI kalendarum ivlii[l].

Diplomati impressum erat Vladislai regis sigillum, e cera alba confectum, cuius tantum parvum fragmentum restat.

209.

Fridericus I, imperator Romanorum, Peregrino, Aquileiensi patriarchae, de proelio apud Carcanum commisso[1] *scribit. Addit: „Quicunque eciam statum reverentissimi papae Victoris minorari et attenuari praedicant, scias omnino falsum esse, quia iam multa regna: Hyspanie, Ungarie, Dacie, Boemie, comes quoque Barzelonensis et comes sancti Egidii cum tota Provincia et Burgundia ei obediunt et de die in diem dilatatur et crescit."* *[1160 post aug.]*

Monum. Germ. Leg. sect. IV, Constitutiones I, pag. 274, num. 196. — Erben, Reg. I, pag. 135, num. 305. — Stumpf, Reg. num. 3897.

210.

Vladislaus I, rex Bohemiae, ecclesiae Misnensi pro restitutione damnorum eidem ecclesiae illatorum tradit villam ‚Prezez' in pago Budissinensi. *1160.*

Autographum in tabulario regio generali Dresdensi (A).

Köhler, Cod. dipl. Lusatiae superioris I, Anhang pag. 32, num. 26. — Erben, Reg. I, pag. 135, num. 306. — Codex dipl. Saxoniae regiae II Hauptth., tom. I, pag. 56, num. 54; I Hauptth., tom. II, pag. 202, num. 295.

Autographum manu ignota, quae iam in nullo prorsus alio Vladislai regis diplomate in conspectum redit, exaratum scriba quidam ipsius ecclesiae scripsisse videtur. — Diplomatis sermo nullas plane stili offert proprietates, quae etiam in aliis eiusdem regis diplomatibus recurrant, quam ob rem diploma nostrum non in cancellaria quidem regia, sed potius ab ecclesiae, ad quam spectat, persona quadam artis dictandi perita verbis contextum esse videtur.

---

208. *l) literis maiusculis scriptum A.*
209. 1) *die 9 mensis augusti 1160.*

(C) In nomine sanctę et individuę trinitatis. Wladizlaus, divina favente clementia Boemorum rex. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris || quam presentibus, quanta devocione nos pro malorum nostrorum indulgentia et vitę eternę recompensatione karissimorumque fratrum nostrorum perpetua felicitate || necnon Boehemorum[a] redemptione dampnum restituimus, quod sanctę Misinensi[b] ecclesię ignis intulimus vastatione. Ut enim || commissorum tam nos ipsi quam fratres nostri ceterique huius vastationis auxiliarii plenariam obtineamus remissionem, pro dampni restitutione iam memoratę sanctę Misinensi[b] ecclesię in honore sancti Johannis evangelistę sanctique Donati martyris constructę villam Prezez[1] dictam in pago Bvdessin[b] dicto sitam in proprium tradidimus cum omnibus suis appenditiis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, agris, campis, terris cultis et incultis, paludibus, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molis molendinis, piscationibus,[c] silvis, venationibus, exitibus et reditibus, viis, inviis, quesitis et inquirendis cum omni utilitate, quę ullo modo ad usum episcopi inde[d] poterit provenire. Concedimus itaque et regni nostri iure firmamus, ut predicta bona ita libere a prefatę diocesis antistite sempiterna possideantur hereditate, ne aliquis successorum nostrorum aut aliqua persona sive laica sive clericalis ullam habeat potestatem aliquid ad usum suum aut servitium inde tolendi vel usurpandi. Et ut[e] hęc rata et inconvulsa per succedentium volubilitates temporum permaneant, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri inpressione insigniri iubentes corroboravimus. Huius rei testes sunt: Daniel Pragensis episcopus, fratres regis Heinricus, Theobaldus, filius regis Fridericus, camerarius regis Nemoy, dapifer Cochan, pincerna Wezcelo, agaso[f] Woyzlavs; primates: Drisizlaus, Zbrazlaus, Conradus, Heinricus prefectus urbis Donin, Heinricus Chideliz et fratres eius Sifridus, Bertholdus; ministeriales Misinensis[b] ecclesię: Ro̊dulfus et fratres eius Bůrchmannus, Heinricus.

(S. I.)

Data per manum cancellarii Geruasii prepositi Wissegradensis ecclesię[g] anno ab incarnatione domini MCLX, indictione VIII,[h] anno tercio domni Wladizlai Bohemorum regis, ordinationis vero Gervngi[b] Misinensis episcopi VI. Actum[i] feliciter, amen.[b]

---

210. *a) genuine scriba* ,behemorum' *scripsit, quod litera* ,o' *supra lineam addita in* ,boehemorum' *emendavit, sed postea* ,o' *superscriptam erasit, ex litera* ,b' *hasta erasa* ,o' *fecit aliamque* ,b' *in vocis initio adscripsit.* — *b) literis maiusculis scriptum A.* — *c)* ,a' *ex* ,o' *eod. atramento corr. A.* — *d)* ,e' *ex* ,o' *eod. atramento corr. A.* — *e)* ,t' *in loco raso eod. atramento corr.*; *post hanc vocem genuine* ,rata' *positum erat, quod autem erasum est.* — *f)* ,s' *in loco raso ex* ,zſ' *corr. A.* — *g) sequitur spatium 53 mm continens vacuum relictum A.* — *h) reliquum lineae spatium 88 mm continens vacuum relictum est A.* — *i) sequitur spatium, quod 60 mm efficit.*

[1]) *Fortasse Presske apud Goeda in Lusatia superiore.*

Diplomati impressum est sigillum rotundum e cera alba confectum, duo latera habens, cuius diametros sunt 80 mm. In priore parte figura conspicitur in solio sedens, veste regia induta, corona capiti imposita in quaque manu sceptrum gerens. Circumscriptio: ✠ WLADIZLAU' · DEI · GRA · ///// MORV · REX. *In parte aversa sanctus Venceslaus in solio sedens depingitur, qui manu dextra vexillum tenet, sinistra scuto innititur. Circumscriptio:* ✠ PAX · REGIS · WLADIZLAI · IN MbVU · SCI · WENCEZLAI ·

211.

Fridericus I, imperator Romanorum, Ottoni, episcopo Bellunensi, episcopatum restituit. — Inter testes: ‚Tipoldus, dux Bohemorum'.

Landriano[1] *1161 sept. 1.*

Ughelli, Italia sacra (ed. Coleti) V, col. 152. — Erben, Reg. I, pag. 136, num. 308. — Stumpf, Reg. num. 3916.

212.

Fridericus I, imperator Romanorum, abbatiae Cluniacensi donationem prioratus in Rüggisberg confirmat, praesente inter alios: ‚Teobaldo, duce Boemorum'.

Lodi 1161 dec. 4.

Zeerleder, Bern. Urkundenb. I, pag. 43. — Stumpf, Acta imperii, pag. 504. — Stumpf, Reg. num. 3923.

213.

Fridericus I, imperator Romanorum, ecclesiae Merseburgensi donat septem mansos, in pago Merseburgensi sitos, quos Theodericus (Luzicensis marchio) in feodum habuit. — Inter testes: ‚Teobaldus, dux Boemie'.

Lodi 1162 ian. 20.

Cod. dipl. Saxoniae regiae, I Hauptth., tom. II, pag. 209, num. 207. — Stumpf, Reg. num. 3927.

214.

Fridericus I, imperator Romanorum, octingentos mansos „in provincia, quę dicitur Dalminze, in episcopatu Missinensi... videlicet in nemore illo, quod est inter predictam provinciam et Boemiam, ad meridionalem plagam orientalis Mildę[1] *in burchwardo Mochowe*[2]*" monasterio in Altzelle*[3] *confert. — Inter testes:* ‚Teobaldus, dux Boemię'.

Lodi 1162 febr. 26.

Cod. dipl. Saxoniae regiae, I Hauptth., tom. II, pag. 210, num. 308. — Stumpf, Reg. num. 3929.

---

211. [1]) *a Mediolano versus meridiem.*

214. [1]) *Die Freiberger Mulde.* — [2]) *Mochau prope Döbeln.* — [3]) *a Meissen versus meridiem et occidentem.*

215.

Fridericus I, imperator Romanorum, civibus Cremensibus castrum Cremam donat. — Inter testes: ‚Teobaldus, dux Boemię' *et* ‚Udalricus dux *[Bohemiae]*'.

Lodi 1162 mart. 7.

Stumpf, Acta imperii, pag. 187, num. 142. — Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. I, pag. 441, num. 13. — Stumpf, Reg. num. 3931.

216.

Fridericus I, imperator Romanorum, civibus Pisanis omnia iura et privilegia confirmat. — Inter testes: ‚Dietpoldus, dux Boemię' *et* ‚dux *[Bohemiae]* Udalricus'.

Papiae 1162 apr. 6.

Monum. Germ. Leg. sect. IV, Constitutiones I, pag. 282, num. 205. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 272, num. 294 (reg. perperam ad an. 1161) = Erben, Reg. I, pag. 135, num. 307. — Stumpf, Reg. num. 3936.

217.

Fridericus I, imperator Romanorum, Romani, episcopi Gurcensis, eiusque ecclesiae bonorum tutelam suscipit. — Inter testes: ‚Tibaldus, dux Boemorum, Vlricus Boemus'.

Papiae 1162 apr. 7.

Jaksch, Monum. hist. ducatus Carinthiae I, pag. 174, num. 226 (ex autogr.). — Stumpf, num. 3940.

218.

Fridericus I, imperator Romanorum, monasterii Clavatensis[1] *protectionem suscipit. — Inter testes:* ‚dux *[Bohemiae]* Udalricus'.

Papiae 1162 apr. 27.

Muratori, Antiquitates Italicae VI, pag. 259. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 274, num. 297 (fragm.) = Erben, Reg. I, pag. 136, num. 309. — Stumpf, Reg. num. 3941.

Udalricus dux nominatur etiam inter testes privilegii tuitionis, quod Fridericus imperator eodem, ut videtur, tempore monasterio S. Michelle della Chiusa (prope Susa) concessit; Stumpf, Reg. num. 3942.

219.

Fridericus I, imperator Romanorum, civitati Ravennae consulum electionem aliasque libertates concedit. — Inter principes, „in quorum presencia hec acta sunt": ‚dux *[Bohemiae]* Udalricus'.

Savignano 1162 iun. 26.

Ficker, Forschungen z. Reichs- u. Rechtsgesch. Italiens IV, pag. 170, num. 130. — Monum. Germ. Leg. sect. IV, Constit. I, pag. 299, num. 213. — Stumpf, num. 3955.

---

218. [1]) *Clivio ab Varese versus septemtrionem et orientem.*

220.

Fridericus I, imperator Romanorum, Raimundo, Barchinonensi comiti, comitatum Provinciae, urbem Arelatensem et comitatum Forcalquerii in feodum concedit. — Inter testes: ‚Udalricus, dux Boemorum'.

Apud Taurinum 1162 aug. 18.

Monum. Germ. Leg. sect. IV, Constitutiones I, pag. 305, num. 216. — Stumpf, Reg. num. 3963.

221.

Fridericus I, imperator Romanorum, Ardicium, Gebennensem episcopum, contra Bertholdum ducem de Zaringen et Amadeum, Gebennensem comitem, regalia et possessiones ecclesiae Gebennensis occupantes, tuetur, eique omnia restituenda decernit. — Inter testes: ‚Daniel Pragensis[a] episcopus' *et* ‚Dipoldus, dux Boemie'.

St. Jean-de-Losne 1162 sept. 7.

Muratori, Antiquitates Italicae VI, pag. 57. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 274, num. 298. — Erben, Reg. I, pag. 136, num. 310. — Stumpf, Reg. num. 3967.

Daniel episcopus et Theobaldus dux etiam inter testes alii diplomatis, quod Fridericus imperator die 8 septembris eidem episcopo dedit, adferuntur; Stumpf, Reg. num. 3968.

222.

Adalbertus, episcopus Frisingensis, Eberhardum I, archiepiscopum Salisburgensem, certiorem reddit de curia apud Norimberg celebrata et de nuntiis Alexandri papae III ad imperatorem missis. Addit de guerra nonnullorum principum contra ducem Bavariae.

[1163 post aug. 3.]

Apographum saec. XVI exstat in cod. epist. imper., regum, pontif., episcoporum bibliothecae regiae Hannoveranae XI, 671, fol. 532 (B).

Sudendorf, Registrum I, pag. 66, num. 24. = Erben, Reg. I, pag. 136, num. 311 (fragm.). — Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. I, pag. 351, num. 482. — Cod. dipl. Sax. I Hauptth., tom. II, pag. 219, num. 320 (fragm.). — Meiller, Reg. archiep. Salisb., pag. 104, num. 238. — Dobenecker, Reg. Thuringiae II, pag. 47, num. 265 (reg.).

De tempore v. Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. I, pag. 345, not. 2. — Heinemann l. l. minus recte epistolam hanc medio mense martio scriptam esse censet. Cuius sententiam etiam Posse in Cod. dipl. Saxoniae, Meiller et Dobenecker l. l. secuti sunt. — Cf. et. Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz. V, pag. 377 et VI, pag. 421.

---

221. *a)* ‚Pergensis' *Muratori.*

Venerabili patri et domino E.,[1] Saltzburgensi[a] archiepiscopo, A.,[2] dei gratia Frisingensis ecclesiae minister humilis, orationes, servitium cum debita reverentia ... Praeter hoc dicebatur, quod contra ducem Bauariae[3] guerram movere velint marchio Albertus[b] de Saxonia, palatinus comes item de Saxonia,[4] episcopus Cicensis,[5] comes provintiae Turingiae.[6] De hac autem conspiratione per dominum imperatorem remoti sunt rex Bohemiae,[7] dux Sueviae,[c][8] et, ut putabatur, dux Austriae[9] et marchio Stirensis.[10] Ceteri a duce parvi habentur. Cum Polonis pax facta est. A domino imperatore ad colloquium sumus evocati, XIIII die post nativitatem sanctae Mariae,[11] a civitate Augusta in Italiam statim profecturo.

223.

Fridericus I, imperator Romanorum, ecclesiae Misnensi villam ‚Prezez' a Vladislao I, rege Bohemiae, pro restitutione damni donatam confirmat.

Altenburg 1165 febr. 26.

Autographum in regio tabulario generali Dresdensi (A).

Calles, Series episc. Misn. pag. 133. — v. Bünau, Leben und Thaten K. Friedrichs I, pag. 427. — Köhler, Cod. dipl. Lusatiae superioris II (ed. 2.) pag. 23, num. 11. — Erben, Reg. I, pag. 136, num. 312. — Cod. dipl. Saxoniae regiae II Hauptth. tom. I, pag. 58, num. 56; I Hauptth. tom. II, pag. 223, num. 325. — Schultes, Directorium dipl. II, pag. 171, num. 315 (reg.). — v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. I, pag. 357, num. 492 (tantum series testium). — Dobenecker, Reg. Thuring. II, num. 288. — Stumpf num. 4040.

(C.) ⁑ In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus. ⁑‖ Divinis et salutaribus sanctarum scripturarum erudimur documentis et predecessorum nostrorum regum et imperatorum frequenter‖ ammonemur exemplis, ut ęcclesias dei summa devocione ac benignitate ditemus easque modis, quibus possumus, munere gratię nostrę ‖ ampliare et sublimare non cessemus. Omnibus igitur imperii nostri fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, quod nos divinę remunerationis intuitu et pro remedio anime nostrę ex imperiali clementia villam quandam Prezez[1] nuncupatam, in pago Milzana sitam, ęcclesie Misinensi, que in honore beati Johannis apostoli et ęwangelistę et beati Donati consecrata est, cum omnibus pertinentiis eius concessimus, tam in agris, quam in silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, molis et molendinis, piscationibus et venationibus, terris cultis et incultis, exitibus et reditibus et cum omni iure et servitio et utilitate, quę nunc eidem ville inest

222. *a)* ‚Saltzb' *B.* — *b)* ‚Alb' *B.* — *c)* ‚dux Wet' *B.*
[1]) *Eberhardo I (†1164).* — [2]) *Albertus.* — [3]) *Henricus (Leo).* — [4]) *Adalbertus (de Sommerschenburg).* — [5]) *Udo II.* — [6]) *Ludowicus II.* — [7]) *Vladislaus I.* — [8]) *Fridericus (de Rotenburg), Conradi III regis filius.* — [9]) *Henricus.* — [10]) *Ottacarus V.* — [11]) = *22 sept.*

223. [1]) *Fortasse Presske apud Goeda in Lusatia superiore.*

vel in posterum poterit provenire. Noverit etiam omnium, tam futurorum, quam presentium fidelitas, qualiter dilectus noster Wladizlaus, Boemorum rex, prefatam villam, quam in beneficium a nobis habebat, pro preda et incendio, quod Misinensi ęcclesię intulerat, in restauratione dampni in manus nostras resignavit ea conditione, quod de manu nostra predictę ęcclesie concederemus et auctoritate privilegii huius ei confirmaremus, quod et factum est, sicut presens pagina testatur. Statuentes itaque imperiali auctoritate precipimus, ut nulla persona parva vel magna de eadem villa vel de pertinentiis eius ipsam Misinensem ecclesiam inquietare audeat vel in aliquo presumat molestare. Si quis enim aliquo ausu temerario hanc nostre donationis et confirmationis exhibitionem infringere attemptaverit, XX libras auri puri pro pena componat, medietatem fisco nostro et reliquam medietatem ecclesie Misinensi. Huius rei testes sunt: Wladizlaus rex et fratres eius Tipoldus et Heinricus, Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus, Euerardus Bambergensis episcopus, H.[2] Uerdensis episcopus, Daniel Pragensis episcopus, Gerungus Misinensis episcopus, Johannes Mersburgensis episcopus, marchio Albertus, marchio Otto, marchio Theodericus, lantgravius Loduicus, comes Dedo, comes Heinricus, comes Fredericus, prefectus Misinensis Herimannus et alii quam plures.

Signum domini Frederici, Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis MCLXV, indictione XIII, regnante domino Frederico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XIII, imperii vero X, feliciter amen. (S. I.)

Datum apud Altenburg IIII kalendas martii.

Diplomati impressum est sigillum Friderici I imperatoris e cera alba confectum, cuius imaginem praebet Heffner, Die deutschen Kaiser- und Königs-Siegel tab. V, num. 33.

224.

Fridericus I, imperator Romanorum, civitati Pisanae insulam Sardiniae in feudum donat, Udalrico, duce Bohemiae, stabilitatem concessionis huius iureiurando affirmante. — Inter testes: ‚Uldericus dux Boemie'.

Frankofordiae 1165 apr. 17.

Lünig, Cod. dipl. Ital. I, pag. 1057, num. 7. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 275, num. 300 (reg.) = Erben Reg. I, pag. 137, num. 314. — Stumpf, Reg. num. 4042.

Stumpf l. l. diploma spurium esse censet, sed de concessione facta non est cur dubitemus. Vide Bernardi Marangonis Annal. Pisan. in Mon. Germ. Scr. XIX, pag. 252, ubi de Udalrico duce haec commemorantur: ‚(Imperator) . . . . . ut perpetuo feudum istud conservetur et inviolatum permaneat, principem Boemorum, potentissimum utique virum, iurare fecit.'. *Cf. Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. II, pag. 5.*

223. [2]) *Hermannus.*

225.

Fridericus I, imperator Romanorum, regale quondam monasterium Kitzingense clausura et vita arctiore reformat. — Inter testes: ‚Ulricus dux Boemie‘.

Bischofsheim 1165 aug. 18.

Monum. Boica XXIX, 1, pag. 378, num. 512. — Erben, Reg. I, pag. 138, num. 316 (reg.). — Stumpf, Reg. num. 4050.

226.

Fridericus I, imperator Romanorum, sententiam cleri Wormatiensis de clericorum decedentium testamentifactione confirmat. — Inter testes: ‚Ulricus, dux Boemorum‘.

Wormatiae 1165 sept. 26.

Monum. Germ. hist. Leg. sect. IV: Constitutiones I, pag. 321, num. 227. — Erben, Reg. I, pag. 138, num. 317. — Stumpf, Reg. num. 4053. — Cf. Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. I, pag. 391.

227.

Vladislaus I, Bohemiae rex, monasterio Waldsassensi ambitum quendam in silva ultra provinciam Sedlecensem et villam Dudlebci cum campo Přívlaky in provincia Satcensi donat.

Waldsassen 1165 iun. 28. — sept. 28.

Duo autographa in membrana scripta in tabulario generali regni Bavariae Monachii asservantur (A, A').

Lünig, Teutsches Reichsarchiv XVIII (Spicileg. ecclesiasticum ps. III) pag. 258 (perperam ad a. 1169). = Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 407 (ad a. 1160). — Lang, Regesta Boica I, pag. 252. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 276, num. 301 (ex A'). — Erben, Reg. I, pag. 137, num. 315 (fragm. ex A'). — Gradl, Monum. Egrana I, pag. 25, num. 80; vid. etiam Mittheilungen d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XX, 1882, pag. 261. — Mitth. d. Alterthumsver. zu Plauen, 4. Jahresschr. I, num. 1 (II[b]). — Dobenecker, Reg. Thuringiae II, pag. 54, num. 301.

Quodque autographum alia manu exaratum monasterii ipsius scribas confecisse verisimile est. Etiam diplomatis verba in monasterio ipso contexta esse videntur; quae maximam partem ex eiusdem regis diplomate anno 1159 dato (vid. num. 204) deprompta sunt.

§ In nomine sancte et indivdue[a] trinitatis. § Wladislaus,[b] dei gratia secundus rex Boemorum, * transitoriis[c] ex dei dispensatione bonis habundans et temporalium incrementis honorum * salutem anime[d] pensans, congruum || esse credidit ex consilio apostoli presentia pro futuris, terrena pro celestibus commutare. Quapropter * in orationibus pauperum Christi, qui sunt in ecclesia

227. *a) ita A;* ‚individuę‘ *A'*. — *b)* ‚Wladizlaus‘ *A'*. — *c)* ‚tnsitoriis‘ *A'*. — *d)* ‚animę‘ *A'*. —

Waltsahsensi[e][1] in nomine domini congregati,[f] plurimum confidens, pro amo||re Christi et salute animę suę * ac pro eorum petitionis obtentu in silva ultra provintiam Zedelze[g] ambitum, quod sclavonice vgehcs[h] dicitur, a fonte rivi, qui vulgo dicitur Helstre,[2] inferius usque in rivum, qui || vulgo vocatur[i] Iwinbach,[3] et ab hoc rivo usque in fontem vocatum Iwinbůrne[4]; itemque a predicti rivi fonte Helstre nominati usque ad fontem, qui vulgo vocatur remotior Luboce,[5] sicut more[k] silvarum consignatum est, quod vulgo gelâchiet[l] nuncupatur, et sicut ab exteriori parte predictum rivum Lůboce fontes influunt; addens etiam in provintia Satcensi villam nomine Dudlebci[m][6] cum latissimo campo nomine Preolac[n][7] et cum aqua Egre[o] tante[p] longitudinis spacio terminata, quanto predicto agro est[q] continuata, in perpetuum hereditario iure possidenda prenotatę ecclesie contradidit, spiritalia cum servis dei conmercia[r] sagaci corde pertractans, quatenus[s] et illorum inopia ex eius habundantia suppleatur[t] et suis excessibus desiderata ex eorum orationibus prestetur[u] venia et consolatio. Ut autem hec[v] devotionis donatio rata et firma in posterum habeatur, per presentia scripta moderni sive futuri temporis fidelibus sigilli impressione[x] ac infra scriptorum[y] testium testimonio roboratum est: Dux Teobaldus[z] et Henricus fratres[aa] regis, Wadizlaus[bb] filius Sobelzlai,[cc] Fridericus[dd] et[ee] Suatopluc filii regis. Prepositi autem et clericalis ordinis hii: Geruasius cancellarius et prepositus Wisegradensis,[ff] dominus Olricus[gg] prepositus, Iurata prepositus *,[hh] Petrus prepositus Bolezlauensis, Albertus prepositus Sacensis, Martinus notarius regis, Podiua canonicus Wisigradensis[ii] et capellanus regis.[kk] Iarogneu castellanus Satcensis cum omnibus fratribus suis, Drisizlau castellanus Pehnensis,[ll] Stibor[mm] camerarius regis, Wezelo[nn] pincerna regis, Kochan dapifer regis, agaso Woyzlau,[oo] Zauise Zedelcensis[pp] comes cum suis subditis; omnes hii sunt laicalis professionis. Hec autem rata facta sunt theotocos per glo-

227. *e)* ‚Walthsesensi' *A'.* — *f)* ‚cogregati' *A'.* — *g)* ‚Sedlec' *A'.* — *h)* ‚vgehd' *A'.* — *i)* ‚vocatur' *om. A'.* — *k) genuine* ‚mof ē', *sed radendo correctum A, A'.* — *l)* ‚i' *eod. atramento superscr. A;* ‚gelachiet' *A'.* — *m)* ‚Dudlebei' *A'.* — *n)* ‚Preulaca' *A'.* — *o)* ‚Oegre' *A'.* — *p)* ‚tantę' *A'.* — *q)* ‚est predicto agro' *A'.* — *r)* ‚comertia' *A'.* — *s)* ‚quatinus' *A'.* — *t)* ‚le' *fortasse ex* ‚be' *radendo corr. A.* — *u)* ‚etur' *ead. manu in loco raso scriptum A.* — *v)* ‚he' *A'.* — *x)* ‚nrpressione' *scriptoris errore A'.* — *y)* ‚sc' *ex* ‚se' *corr. A.* — *z)* ‚Thebaldus' *A'.* — *aa) genuine scriba* ‚frid' *scripsit, quod postea literis* ‚id' *erasis in* ‚frs' *correxit A.* — *bb)* ‚Wladizlaus' *A'.* — *cc)* ‚e' *ex* ‚i' *eod. atramento corr. A.* — *dd)* ‚Frideri' *A'.* — *ee)* ‚et' *om. A'.* — *ff)* ‚Wissegradensis' *A'.* — *gg)* ‚V̊lricus' *A'.* — *hh)* ‚Iur. p. Melnicensis' *A'.* — *ii)* Wisig^' *A;* ‚Wissegradensis' *A'.* — *kk)* ‚radensis et capellanus regis' *in loco raso ead. manu eodemque atramento corr. A'; prioris scripturae vestigiis diligentissime investigatis, hic genuine scriptum esse puto:* ‚Wisse]gd cancellari⁹ regis . . .' — *ll)* ‚Pelznensis' *A'.* — *mm)* ‚Estibor' *A'.* — *nn)* ‚Weclo' *A'.* — *oo)* ‚Voyzlau' *A'.* — *pp)* ‚Sedlicensis' *A'.*

[1]) *Waldsassen ab Eger (Cheb) versus meridiem et occidentem.* — [2]) *Die Elster, flumen a Schönberg ad septemtrionem et occid. profluens.* — [3]) *Eibenbach, nunc Hennebach, rivus apud Eibenbrunn.* — [4]) *Eibenbrunn a Grasslitz (boh. Kraslice) ad occidentem.* — [5]) *Liboc, germ. Leibitsch, rivus a Grasslitz ad occid. profluens, qui apud Königsberg (boh. Kynšperk) in fl. Eger (Ohře) influit.* — [6]) *Iam non exstat.* — [7]) *Přívlaky, germ. Pröhlig, ab Žatec (Saaz) ad septemtr. et occidentem.*

riosum regem supra prescriptum coram testibus prenotatis anno dominicę incarnationis MCLXV, IIII kalendas iulii in ecclesia sanctę Marię Waltsahs, Gerlaco abbate inibi presidente, Daniele vero episcopo sanctę Pragensis ęcclesię[qq] XIII[mo] existente. Hoc itaque decretum si quis voluerit infringere, sive rex, sive dux, seu princeps, sive alia quęlibet[rr] persona, anathematis gladio, nisi resipiscat, se percussam in die iudicii sine fine sentiat. Data per manum Geruasii,[ss] cancellarii et prepositi Wisigradensis ęcclesię[ss] et[tt] regis cancellarii, IIII kalendas octobris.[tt]

Utrique autographo sigillum rotundum (diametros 81 mm), e cera alba confectum, duo latera habens e scidula membranae appendet. In quo eadem figura atque in sigillo, quod appendet diplomati eiusdem regis anno 1160 ecclesiae Misnensi dato (v. num. 210), non nisi paulum immutata conspicitur, quae quidem diversitas satis eo explicatur, quod sigillum ex alia quadam forma provectum est. Circumscriptio partis anticae haec est: ✠ WLADIZLAWꝛ DEI GR///// OЄMORV RЄX. *Circumscriptio partis aversae:* ///PAX RЄGIS WLADI//LAI IN MЬN/// SCI W[ЄNCЄZLAI]. *Sigilli autographo A appensi pars fracta desideratur.*

228.

Daniel I, episcopus Pragensis, recognoscit, se quasdam reliquias sanctorum in altari sancti Andreae[1] *propria manu recondidisse.* — *1165 oct. 11.*

Apographum servavit Petri Sittaviensis Chronicon Aulae regiae lib. III, c. 15 (B).

Erben, Reg. I, in addit. pag. 621, num. 5 (exc. e recensione Dobneriana in Monum. hist. Boh. V, pag. 500). — Damus e novissima editione v. d. Emler in Font. rer. Boh. IV, pag. 337.

Anno dominice incarnacionis millesimo CLXV, indiccione XIII, epacta VI, concurrente vero IIII.[a] Ego Daniel, licet indignus, dei tamen gracia Pragensis XIII episcopus, anno ordinacionis mee XV, mense X,[b] die mensis undecimo, V idus octobris, regnante gloriosissimo et serenissimo Romanorum imperatore semper augusto Friderico, temporibus quoque gloriosissimi regis Boemorum Wladislai, has reliquias horum sanctorum in hoc altari propria manu recondidi: De ligno Domini, de sepulcro Domini, sancte Marie virginis, de vestimento Domini, sancti Iohannis Baptiste, sancti Andree apostoli, sancti Iacobi apostoli, sancti Adalberti martiris, sancti Thymothei et Apollinaris, sancti Gereonis et sociorum eius, sancti Christophori et sociorum eius, sancti Benedicti, sancti Iohannis, sancti Mathei, Ysaac, Cristini martirum, beati Pancracii martiris, sancti Wenceslai martiris, sancti Clementis pontificis et martiris, sancti Martini episcopi

227. qq) ‚ecclesię' *A'.* — rr) ‚quelibet' *A'.* — ss) ‚Geruasii, venerandi prepositi sanctę Wissegradensis ecclesię' *A'.* — tt) ‚et — octobris' *eadem manu, quae autographum A' scripsit, suppletum A.*

228. a) ‚tercia' *B.* — b) ‚sexto' *B.*

1) *In ecclesia sancti Andreae quondam in Antiqua civitate Pragensi.*

et confessoris, sancti Henrici confessoris, sancti Mauri confessoris, sancte Marie Magdalene, sancte Gerdrudis virginis, undecim milium virginum, sancte Ludmille et aliorum plurimorum sanctorum. Titulus vero [huius ecclesie][c] sancto Andree annotatur. Isti et omnes sancti dei intercedere dignentur pro me peccatore ad Dominum. Amen. Ego Wladislaus, rex Boemorum eiusdem temporis, idem oro. Amen. Ego Judita, regina Boemorum eiusdem temporis, idem oro. Amen, Amen. Ego Petrus, dictus abbas de Insula, constructor huius ecclesie, idem oro. Amen, Amen, Amen.

229.

Daniel I, episcopus Pragensis, recognoscit, se quasdam reliquias sanctorum propria manu altari sanctae Mariae (in villa Řečany [1]) recondidisse.

— 1165 nov. 14.

Apographum in libro memorabil. parochiae in Zdechovice pag. 9 (C).

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 440 (B). = Tourtual, Böhmens Antheil an den Kämpfen K. Friedrich I in Italien II, pag. 337, not. 597. — Kalousek in ephemeride Method VII (1881), pag. 104 (ex C).

Anno dominice[a] incarnationis MCLXV, indictione XIII, epacta XVII, concurrente[b] vero IV. Ego Daniel, licet indignus, dei tamen[c] gratia Pragensium episcopus XIII, anno ordinationis mee XV,[d] mense XI, die mensis XIV, regnante Frederico,[e] gloriosissimo et serenissimo Romanorum imperatore et[f] semper augusto, temporibus quoque[g] Wladislai, gloriosissimi Bohemie regis, has reliquias horum sanctorum[h] in hoc[i] altari XVIII kalendas decembris[k] propria manu recondidi: De ligno Domini, de sepulchro Domini, sancte Marie virginis, sancti Iohannis[l] Baptiste, sancti Petri apostoli, sancti Iohannis[l] apostoli, sancti Mathei apostoli et evangeliste,[m] sanctorum Mauri et sociorum martyrum, sancti Wencezlai[n] martyris, sancti Adalberti martyris, sancti Pancratii martyris, sanctorum Iohannis,[l] Benedicti, Mathei, Isaac,[o] Christini[p] martyrum, sancti Timothei martyris, sancti Apollinaris martyris, sancti Ambrosii confessoris, sancti Saturnini confessoris, sancti Remigii confessoris, sancti Gothardi confessoris, sancti Udalrici confessoris, sancti Martini confessoris, sanctarum XI milium[q] virginum, sancte Ludmile martyris, sancte Marie Magdalene, sancte Margarite virginis,[r] sancte

---

228. c) *in B om.; auctoritatem instrumenti proxime sequentis secutus addidi.*

229. a) ‚dominicae' *et ita etiam infra* ‚ae' *pro simplici* ‚e' *C.* — b) ‚concursu' *B, C.* — c) ‚divina tamen' *B;* ‚divina dn' *C.* — d) ‚XVII' *B.* — e) ‚Friderico' *B.* — f) ‚et' *om. B, C.* — g) ‚temporibusque' *B, C.* — h) ‚hoc sepulchrum' *B, C.* — i) ‚hoc' *om. B.* — k) ‚kal. dec.' *deest B, C.* — l) ‚Ioannis' *C.* — m) ‚evangeliste' *om. B, C.* — n) ‚Venceslai' *B;* ‚Wenceslai' *C.* — o) ‚Isaci' *B;* ‚Isauc' *C.* — p) ‚Grispini' *C.* — q) ‚mille' *B, C.* — r) ‚virg. martyris' *C.*

[1]) *alias Řečeňany, distr. pol. Pardubice.*

Cecilie virginis,[r] sancte[s] Barbare virginis.[r] Isti et[t] omnes sancti dei[u] intercedere dignentur pro me peccatore ad dominum deum. Amen.[v] Ego Wladislaus, rex Bohemie eiusdem temporis,[x] idem oro. Amen. Ego Judita,[y] regina Bohemie eiusdem temporis,[x] idem oro. Amen.[z] Ego Predbor,[aa] castellanus de Zazlaw,[bb] constructor huius ecclesie eiusdem temporis,[x] idem oro. Amen, Amen. Ego Borena,[cc] coniux eiusdem comitis, cooperatrix huius operis eiusdem temporis[x] idem oro. Amen, Amen, Amen. Titulus vero huius ecclesie sancte Marie gloriose virgini annotatur.

230.

Daniel I, episcopus Pragensis, recognoscit, se quasdam reliquias sanctorum propria manu altari sanctae Mariae in villa sancti Iacobi[1] *recondidisse.*

— 1165 nov. 19.

Autographum in membrana scriptum in tabulario Musaei regni Bohemiae (A).

Wocel in Časopis Českého Musea 1847, I, pag. 223 (cum imagine lithographica). — Erben Reg. I, pag. 138, num. 318.

Instrumentum hoc ab eodem scriptore exaratum esse videtur, qui etiam Danielis episcopi litteras a. 1158 mai 30 datas (v. supra num. 182) scripsit.

Anno dominicę incarnacionis millesimo CLXV, indictione XIII, epacta XVII, concurrente IIII. Ego Daniel, licet indignus, dei ‖ tamen gratia Pragensium episcopus XIII, anno ordinacionis meę XV, mense XI, die mensis XVIIII, regnante Frederico, gloriosissimo ‖ et serenissimo Romanorum imperatore et semper augusto, temporibus quoque Wladizlai, gloriosissimi Boemorum regis, has reliquias horum sanctorum ‖ in hoc altari XIII kalendas decembris propria manu recondidi: De[a] ligno Domini, de sepulcro Domini, sancte Marie virginis, sancti Iohannis Baptiste, sanctorum Andreę, Iacobi, Bartolomei apostolorum, sancti Wencezlai martyris, sancti Adalberti martyris, sancti Pancracii, sancti Lamberti martyris, sancti Blasii

229. *s)* ‚s. Barb. virg.' *om. B.* — *t)* ‚et' *om. B, C.* — *u)* ‚domini' *B, C.* — *v)* ‚dominum. Amen, Amen' *B, C.* — *x)* ‚eisdem temporibus' *B, C.* — *y)* ‚Iuditha' *B.* — *z)* ‚Amen' *om. B, C.* — *aa)* ‚Bredbok' *B;* ‚Praedbok' *C. Nomen hoc inauditum Kalousek l. l. (testimonio litterarum Soběslai II ducis anno 1175 monasterio Plassensi datarum nisus)* ‚Budivoi' *corrigere vult. Sed lectionem genuinam,* ‚Predbor' *fuisse potius crediderim, cuius vocis ultima* ‚r' *maiuscula describentis errore facile* ‚k' *legi poterat.* — *bb)* ‚Lazlaw' *B, C.* — *cc) An* ‚Bozena' *corrigendum sit? Cf. Kalousek l. l.*

230. *a)* ‚De — aliorum sanctorum' *alia penna et atramento obscuriore, sed eadem manu in spatio vacuo relicto scr. A.*

[1]) *Sv. Jakub, germ. St Jakob, vicus prope Církvice, distr. pol. Kutná Hora (Kuttenberg).*

martyris, sancti Sixti martyris, sanctorum Benedicti, Iohannis, Mathei, Ysaac, Christini martyrum, sancti Nicolai,[b] sancti Gregorii,[c] sancti Egidii confessoris, sancti Avgustini confessoris, sancti Gotardi confessoris, sancti Leonis confessoris, sancte Gertrudis virginis, sancte Barbare virginis, sancte Lvdmile martyris, sanctarum XI milium virginum et aliorum sanctorum.[d] Isti et omnes sancti dei intercedere dignentur pro me peccatore ad dominum deum. Amen. Ego Wladizlaus, rex Boemorum eiusdem temporis, idem oro. Amen. Ego Ivdita, regina Boemorum eiusdem temporis, idem oro. Amen. Ego Maria, constructrix huius ecclesię, cum filiis meis Zlaueboro et Pavlo eiusdem temporis, idem oro. Amen, Amen, Amen. Titulus vero huius altaris sanctę Marię gloriose et perpetue virgini annotatur.

231.

Fridericus I, imperator Romanorum, de fluminis Rheni correctione decernit. — Inter testes: ‚Vlricus, dux de Boemia'. *[Traiecti] 1165 [nov. ex.]*

Monum. Germ. hist. Leg. sectio IV: Constitutiones I, pag. 323, num. 228. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 275, num. 299. — Erben, Reg. I, pag. 137, num. 313. — Stumpf, Reg. num. 4056.

232.

Fridericus I, imperator Romanorum, una cum uxore sua Odoni, comiti Campaniae, loca Quingey, Lielle et Lombart ad tempus vitae eius in beneficium concedit. — Inter testes: ‚Ulricus dux Boemie'. *Dôle[1] 1166 iul. 26.*

Chifflet, S. Bernardi Clarav. abb. genus illust., pag. 532. — Stumpf, Reg. num. 4074. — Cf. Prutz, Kaiser Friedrich II, tom. II, pag. 27.

233.

Fridericus I, imperator Romanorum, Wichmanno, archiepiscopo Magdeburgensi, castrum Freckleben[1] et abbatiam Nienburg[2] assignat pro castro Schönburg.[3] — Inter testes: ‚Dipoldus, dux Boemię'. *Boyneburg[4] 1166 aug. 20.*

O. v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. I, pag. 360, num. 497. — Stumpf, Reg. num. 4075. — Cf. Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. II, pag. 27.

---

230. *b)* ‚Nicolai⁹' *A.* — *c)* ‚Gregorii⁹' *A.* — *d) sequitur spatium duarum fere linearum vacuum relictum.*

232. [1]) *a Besançon versus merid. et occid., departement Jura.*

233. [1]) *Freckleben super fl. Wipper prope Sandersleben (Anhalt).* — [2]) *Mönchen-Nienburg a. d. Saale (Anhalt).* — [3]) *Apud Ober-Wesel.* — [4]) *Prope Stadt-Oldendorf (Braunschweig).*

234.

Daniel, episcopus Pragensis, „sedens pro tribunali in loco, qui dicitur Campus Rimoldi", homines de Civenna et Lemonta, monasterii sancti Ambrosii maioris Mediolani subiectos, a iuramento communi Bellasii praestito absolvendos esse decernit. *1167 ian. 17.*

Muratori, Antiquit. Italicae IV, pag. 39.

235.

Fridericus I, imperator Romanorum, canonicis maioris ecclesiae Maguntinae ecclesiam in vico Nieder-Ulmen a Christiano, archiepiscopo Maguntino, donatam confirmat. — Inter testes: ‚Daniel, Pragensis episcopus'.

Apud S. Proculum[1] *1167 mart. [in.]*

Gudenus, Cod. dipl. Mogunt. pag. 256. — Stumpf, Reg. num. 4083.

236.

Fridericus I, imperator Romanorum, monasterii S. Salvatoris de Tolla (ap. Piacenza) protectionem suscipit eiusque possessiones confirmat. — Inter testes: ‚Daniel, Pragensis episcopus' — ‚Vlricus, dux de Boemia'.

[1167 mart. in.]

Kehr, Otia diplomatica, in Nachrichten von d. kgl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen 1903, pag. 261. — Cf. Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaisz. VI, pag. 461.

237.

Fridericus I, imperator Romanorum, Henricum, marchionem Tusciae, de marchia Guidonis quondam marchionis investit. — Inter testes: ‚Daniel, Pragensis episcopus' *et* ‚dux Tieboldus de Boemia, dux Ulricus de Boemia'.

In territorio Ariminensi 1167 apr. 23.

Muratori, Antiquitates Italicae I, pag. 317. — Stumpf, Reg. num. 4085.

238.

Fridericus I, imperator Romanorum, Rainaldo, archiepiscopo Coloniensi, curias imperiales Andernach et Eckenhagen donat. — Inter testes: ‚Daniel, episcopus Pragensis'. *Romae 1167 aug. 1.*

Lacomblet, Niederrheinisches Urkundenb. I, pag. 296. — Cod. dipl. Saxoniae regiae I Hauptth, tom. II, pag. 236, num. 345 (tantum testes). — Stumpf, Reg. num. 4086 (ad iul. 30).

---

235. [1]) *S. Procolo a Faenza versus septemtr. et occidentem.*

239.

Fridericus I, imperator Romanorum, profitetur corpus sancti Bartholomaei ab Ottone II imperatore de Benevento Romam translatum et in Tiberis insula collocatum fuisse. — Inter testes: ‚Daniel, Pragensis episcopus‘.

In Monte Mario ap. Romam 1167 aug. 6.

Böhmer, Acta imperii selecta pag. 117, num. 125. — Stumpf, Reg. num. 4088.

240.

Fridericus I, imperator Romanorum, monasterii sanctae Mariae de Sereno possessiones confirmat. — Inter testes: ‚Vdalricus, dux de Boemia‘.

Pisis 116[7 m. aug.]

Böhmer, Acta imperii selecta, pag. 119, num. 127. — Stumpf, Reg. num. 4090.

241.

Wichmannus, archiepiscopus Magdeburgensis, monasterio Gratiae Dei[1] *decimas de quinque mansis in Wardenberg et montem iuxta villam Grobene prope Salam ad vineam plantandam donat. — Inter testes:* ‚Oͮlricus, dux Boemie‘.

Magdeburg 1168 iun. 7.

Ludewig, Reliquiae manuscriptor. XI, pag. 553, num. 36. — Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. I, pag. 369, num. 505.

242.

Fridericus I, imperator Romanorum, ecclesiae ac ducatui Wirceburgensi, iurisdictionem per totum Wirceburgensem episcopatum et ducatum restituit, petente Heroldo episcopo. — Inter testes: ‚Oͮdalricus, filius ducis Boemię‘.

Wirceburg 1168 iul. 10.

Monum. Boica XXIX, 1, pag. 385, num. 515; pag. 390, num. 516. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 281, num. 304. — Erben, Reg. I, pag. 140, num. 321. — Stumpf, Reg. num. 4095.

243.

Sigifridus, archiepiscopus Bremensis, imperatore invito electus, Adalberto, archiepiscopo Salisburgensi, amico suo, nuntiat se brevi ad eum venturum et de negotiis suis cum eo tractaturum esse. *[1169 in.]*

---

241. [1]) *Gottesgnaden prope Kalbe a. d. Saale.*

Apographum saec. XVI. exstat in cod. epist. imper., regum, pontificum, episcoporum in bibliotheca regia Hannoverae XI 671, fol. 527v (B).

Sudendorf, Registrum I, pag. 81, num. 36. = Erben, Reg. I, pag. 164, num. 369 (frgm.). = Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. I, pag. 371, num. 507. = Meiller, Reg. archiep. Salisburg. pag. 116, num. 7.

Sudendorf et post eum Erben epistolam minus recte anni 1179 spatio definivit. Heinemann et Meiller l. l., pag. 480, not. 4 melius non longe post Sigifridi electionem anno 1169 ineunte scriptam esse censet.

Dilectissimo amico suo A.,[1] venerabili dei gratia Saltzburgensi archiepiscopo, S.,[2] dei gratia Bremensis ecclesiae electus, servitium suum et intimae dilectionis insolubilem societatem. Cum inter nos[a] iam pridem vigere cepit verae amicitiae et fidei constantia, satis admirari non sufficio, quod nulla certa legatione statum vestrum mihi insinuare voluistis, sed quasi alienum in celandis cunctis negociis vestris me reputastis. Ego igitur veteris amicitiae non immemor, ea, quae circa me acta sunt, vel aguntur, vos latere nolens, id dilectioni vestrae insinuo, quodque[b] electionem meam, quae rationabiliter et iuste in me facta est, licet eam dominus imperator reprobare deputaverit, prosequi et digno effectu consumare proposui. Ad exequendam enim iustitiam meam omnium amicorum meorum solatium et indeficiens auxilium habeo et idcirco per praesentia vobis scripta denuntio me in brevi ad vos venturum et de negociis meis vobiscum tota animi intentione tractaturum. Per vos siquidem ad dominum papam transire et benedictionem pontificalem ab ipso percipere proposui. Cui vos fidelem perseverasse et usque in finem perseveraturum gaudemus, quia nihil aliud de vobis cum tota

---

243. *a)* ,uos' *B.* — *b)* ,q̊dqꝫ' *B; quam abbreviaturam Sudendorf* ,quidquid' *explicat et post hanc vocem* ,circa' *omissum esse putat.*

1) *Adalberto, post mortem Conradi II (1168 sept. 28) electo. Quo die electus sit nescitur. Chron. Magni presbyteri tantum haec refert:* ,Tunc communi electione cleri et ministerialium totiusque plebis electus est in locum eius *[sc. Conradi]* sororius eiusdem episcopi, filius regis Boemorum, Adalbertus nomine, diaconus adolescens, et in die festivitatis Omnium sanctorum *[nov. 1]* in cathedrali ecclesia cum gaudio omnium inthronizatus est' *(Monum. Germ., Script. XVII, pag. 489). — Gesta archiep. Salzb. de eodem annotaverunt haec:* ,Post obitum archiepiscopi Chunradi clerus et populus apud metropolim Iuvavum coadunati elegerunt unanimi voto in archiepiscopum domnum Adilbertum, filium regis Boemiae Ladizlai et Gertrudis, sororis praenotati Chunradi archiepiscopi et Heinrici ducis Austriae' *(Monum. Germ., Script. XIII, pag. 47). — In Genealogia Ottonis II, ducis Bavariae, manus saec. XIII posuit haec:* ,Albertus, qui ex monasterio Ztrahawensi eligitur in archiepiscopum Salzepurgensem' *(Mon. Germ., Script. XVII, pag. 377). — Vide etiam memoriam in necrologio Salisburgensi ad IV kal. octobris in Monum. Boic. XIV, pag. 395 (= Erben, Reg. I, pag. 141, not. 1 ad num. 323) et Monum. Germ. XI, pag. 776. — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 479 not. 1.* — 2) *Sigifridus, filius Adalberti dicti Ursi, marchionis Saxoniae et Brandenburgensis.*

catholica ecclesia confidimus. Adventum igitur meum domino patriarchae Aquilegiensi,[c][3] domino C.,[4] Moguntino archiepiscopo, ipsi quoque domino papae intimare curate, ita tamen caute, ne rumor iste impedimentum mihi pariat itineris. Impedimentum enim tam nobis quam praesenti legato nostro imminere timemus. Unde si de metu hostilis surreptionis sigillum nostrum ab ipso legato literis istis detractum fuerit, signa vel indicia verę huius legationis vobis demandamus, quod videlicet aliquando compromisimus, ut, si quis ex nobis prior eligeretur episcopus, alter ad ipsum se transferret. Postmodum autem cornu domini Danielis episcopi cum stilo argenteo mihi transmisistis. Caetera vobis legatus praesens expressius exponet, per quem et statum et voluntatem vestram mihi insinuare dilectio vestra non dubitet.

244.

Ecclesia Salisburgensis Fridericum I, imperatorem Romanorum, rogat ut Adalbertum archiepiscopum clementer recipiat eiusque precibus clementer indulgeat.

[1169 ante iun. 8.]

Apographum saec. XVI exstat in cod. epist. imperatorum, regum, pontif., episcoporum in bibliotheca regia Hannoverae XI 671, fol. 519 (B).

Sudendorf, Registrum II, pag. 148, num. 63. — Erben, Reg. I, pag. 141, num. 323 (exc.). — Meiller, Reg. archiep. Salisburg, pag. 117, num. 13.

Epistola notis chronologicis omnino caret. Sudendorf et Erben mense iunio (ineunte) 1169 scriptam esse putant, Meiller eam in mensem maium transtulit. Ante curiam Friderici imperatoris, quae Bambergae die 8. iunii habita est, scriptam esse e Magni presbyteri relatione intelligitur, quam inferius in nota 2 ascripsimus. — Vide etiam Fechner, Udalrich II v. Aquileja, in Arch. f. Kunde österr. Gesch. - Qu. XXI, pag. 338; Schmidt, Die Stellung d. Erzbischöfe u. d. Stiftes v. Salzburg zu Kaiser u. Reich in Arch. f. österr. Gesch. XXXIV, pag. 104; Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. II, pag. 164; Palacký, Dějiny[3] I, 2, pag. 63.

Friderico, dei gratia Romanorum imperatori augusto, Saltzburgensis ecclesia, sibi per omnia devota, quicquid potest orationis et servitii de corde puro et fide non ficta. Ut ecclesia Christi in vestro potissimum imperio tranquilla pace laetetur et grata libertate potiatur, deus universorum dominus excellentiae vestrae contulit prae cunctis mortalibus ampliorem magnificentiam imperialis gloriae. Ad thronum igitur gratiae vestrae, ubi solam innocentiam constat habere praesidium, humili prece et sincera devotione prosequitur ecclesia Saltzburgensis dominum et patrem suum[1] et, quantum audet, totam se pro ipso in exequendis mandatis vestris fideliter offert. Immensam clementiam vestram, quae novit parcere sub-

---

243. *c)* ‚Aquil' *B.*
[3]) *Udalrico.* — [4]) *Conrado.*

244. [1]) *Adalbertum.*

iectis et debellare superbos, rogamus et obsecramus devotis precibus, ut ad vos venientem clementi bonitate recipiatis et ipsius et nostra vota super agendo negocio suo et promovendo non avertatis, sed potius uberiorem fiduciam vestrae sperandae pietatis omnibus exhibeatis exemplo illius, qui non obliviscetur misereri deus.[2]

245.

Vladislaus I, Bohemiae rex, ecclesiae sanctae Mariae hospitalique sancti Iohannis Hierosolymitani, ad quod exstruendum terram Pragae iuxta pontem donavit, possessiones quasdam in Bohemia et Moravia attribuit et ab aliis donatas confirmat. *[1158—1169.]*

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

Pubitschka, Chronolog. Gesch. Böhmens IV, 1, pag. 352, nota e) (fragm.). — Appendix synoptica ad theses iuridico-prolegominales de constitutionibus, continens iuxta temporis seriem anacephalaeosim constitutionum singularium seu privilegiorum a nostris principibus inclyto ac celeberrimo equestri ac militari ordini sancti Ioannis in Ierusalem, vulgo Melitensium, concessorum, num. 1 (fragm.). — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 363. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 268, num. 292. = Erben, Reg. I, pag. 132, num. 297 (extr.). — J. Delaville Le Roulx, Cartulaire général de l'ordre des Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem I, pag. 208, num. 278.

Autographum scriptura, quae in codicibus adhibetur, exaratum a manu quadam ignota profectum est; quod scriptorem aliquem hospitalis ipsius confecisse satis probabile est. — Quo tempore Vladislai regis donatio facta sit, non constat, cum diploma nullam omnino notam chronologicam contineat. (Incerti auctoris saec. XIV Chronicon ap. Dobner, Monum. hist. Boh. III, pag. 35 hospitalis s. Iohannis Hierosolymitani Pragensis fundationem ad annum 1156 revocat; cuius quidem testimonium nihili habendum est, quod temporis rationes, quas sequitur, gravissimis redundent erroribus.) Quoad tempus diplomatis, quod hic damus, necesse est confectum sit post annum 1158, cum nomen regium Vladislao attribuat eiusque sigillo regio instruatur. Cur autem sub annum circa 1159 ponatur, sicut Boczek, post eum Erben et alii coniciunt, nemo videt. Teige in Mitteil. d. Instituts f. österr. Gesch. VIII, pag. 609 diploma anno 1165 attribuendum esse minus recte putabat. Id sane certum restat diploma ante annum 1169 scriptum esse, cum in eo Martinus subcancellarius regis nominetur, quo munere anno illo iam Florianus quidam fungebatur.

---

244. [2]) *Cf. Psalm. LXXVI, 10:* ‚Aut obliviscetur misereri deus?' — *Petitio haec frustra fuit; v. Chron. Magni presbyteri:* ‚Anno 1169 Adalbertus, Salzburgensis electus, consecratus est in presbiterum et archiepiscopum in quadragesima in idibus martii ab Udalrico, patriarcha Aquilegiensi. Non multo post etiam pallium allatum est ei ab Alexandro papa. Inperator celebravit curiam generalem et valde celebrem apud Babenberg in diebus pentecostes, quod evenerat tunc in VI idus iunii . . . . Archiepiscopus Salzburgensis antea ab inperatore vocatus, cum venisset illuc cum patre suo, rege Boemorum, et presentiam inperatoris et audientiam curiae expostulasset, admissus non est.' *(Monum. Germ., Script. XVII, pag. 490.)*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego Wladizlaus, dei gracia rex Boemorum, attendens devotionem et religiosissimum propo||situm fidelissimorum meorum, scilicet Geruasii cancellarii mei et Martini subcancellarii, in quam sanctos videlicet usus converte||re vellent et impendere omnia illa, que vel circa me suo fidelissimo servitio promeruerant in possessionibus sive mobilibus || quibuslibet, vel que aliunde iustis emptionibus aut aliis legitimis modis acquisierant vel eciam ecclesiasticis beneficiis reservaverant, attendens inquam, quod ecclesiam vellent inde edificare in honore beate Marie virginis, tante devotionis tanteque mercedis una cum illis me participem constituere volens ad edificandam ecclesiam et hospitale atque instituendam congregationem religiosorum communis vite virorum terram quandam ad coronam regni mei pertinentem Prage iuxta pontem secus aquam inter quatuor vias dedi, ipsamque aquam a superiori parte inferioris insule[1] usque ad pontem cum piscatione et omnibus aliis commodis, que inibi possunt haberi, eidem ecclesie perpetuo iure possidendam. Addo eciam et confirmo eidem loco pro salute mea ac liberorum meorum et omnium predecessorum meorum villam, que vocatur Lettegh,[2] que fuit Bore, qui Prage suspensus est, cum vinea et omnibus pertinentiis aliis. Addo insuper prope eandem villam agrum unum ad coronam meam pertinentem nomine Ostruzen. Ad incrementum quoque eiusdem novelle plantationis, ecclesie scilicet edificande, addo et confirmo possessiones, que fuerunt Heinrici filii Hartmanni, et mihi eas dedit post decessum uxoris iure perpetuo possidendas, quando se mihi commisit in possessionem coram multis nobilibus Boemis. Confirmo eciam possessiones, quas aliis iustis sibi acquisierunt modis, quemadmodum Cozarouici[3] cum omnibus circuicionibus silvarum sive et rivulorum aut agrorum, quos vel quas habent in provincia Boysez; Bresinaues[4] et dimidiam partem silve, que vocatur Leduui. Concedo quoque et confirmo eidem ecclesie terram ad unum aratrum in villa, que vocatur Nevremic[5]; quam terram cum silva et pomerio et transitu, qui est super fluvium Msee ad villam, que vocatur Radotin,[6] emerunt a Lube et aliis pluribus militibus pro XXVIII marcis; adiciens his eciam villas in Morauia et eidem confirmans ecclesie, scilicet Pacizlauiz,[7] quam ab antiquo Geruasio dederam, et Grusovan,[8] cuius partem dominus Conradus Martino dederat, et alteram ab aliis militibus pecunia et concambio acquisierant. Hec ergo omnia, sicut superius adnotata sunt, prefate ecclesie sancte Marie iure perpetuo inviolabiliter possidenda concedo et confirmo ac sigilli mei regalis inpressione corroboro et munio. Et si quis donationem meam infringere presumpserit, in presenti rerum sufferat pericula et in futura vita cum Dathan et Abiron et Juda traditore pari pena puniatur. Amen.

245. [1]) *Nunc Kampa insula Pragae.* — [2]) *Letky, germ. Lettek, distr. pol. Smichov.* — [3]) *Kozárovice, prope Mirovice, distr. pol. Smíchov.* — [4]) *Březiněves, germ. Březnowes, distr. pol. Karlin (Karolinenthal).* — [5]) *Nomen hoc explicare nequeo; Jireček, Antiquae Bohemiae topographia hist. pag. 89 et Sedláček, Místop. slov. král. Č. pag. 645, Nouměřice in distr. pol. Slané (Schlan) hic dici putant.* — [6]) *Radotín, distr. pol. Smíchov.* — [7]) *Pačlavice, distr. pol. Kroměříž (Kremsier).* — [8]) *Hrušovany, germ. Grusbach, distr. pol. Znojmo (Znaim)*

Diplomati sigillum rotundum (diametros 85 mm) e cera nigra confectum, duo latera habens, e filis sericis purpureis suspensum est, cuius pars fracta desideratur. Quod quidem sigillum a prioribus Vladislai regis sigillis (v. num. 210, 227) diversum est. Pars antica figuram in solio sedentem, veste regia indutam ostendit, quae corona capiti imposita, in quaque manu sceptrum gerit. Circumscriptio: WLADIΣLAWℓ...... BOEMO... REX. *In parte aversa sanctus Venceslaus in solio sedens depingitur, qui manu dextra vexillum tenet, sinistra scuto innititur. Circumscriptio:* ✠ PAX REG......N MЬИJ SCI WENCEΣLAI.

246.

Vladislaus I, Bohemiae rex, hospitali sancti Johannis Hierosolymitani complures villas donat. — *1169* —.

Autographum in membrana scriptum exstat in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae (A).

Pubitschka, Chronolog. Gesch. Böhm. IV, 1, pag. 353 not. f (fragm.). — Appendix synoptica... num. 2 (extr.). — Art de vérifier les dates III, pag. 450 (extr.). — P. A. Paoli, Dell' origine ed istituto del s. m. ordine di S. Giovambattista Gerosolimitano, app. num. 22. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 464. — Boczek, I, pag. 284, num. 308. — Erben, Reg. I, pag. 143, num. 327. — J. Delaville Le Roulx, Cartulaire général des Hospitaliers de s. Jean de Jérusalem I, pag. 280, num. 405.

Diploma manu quadam ignota exaratum in hospitali ipso scriptum ibique etiam verbis contextum esse videtur.

Ego Wladizlavs, dei gratia rex Boemorum, notum facio cunctis fidelibus presentibus et futuris, quod a primis principatus mei temporibus semper ‖ in voto habui Iherosolimam ire atque sepulchrum dominicum et alia loca sancta videre. Quod et adimplere volui, quando cum[a] imperatore Conrado ‖ in expeditione contra paganos processeram.[1] Sed cum peccatis exigentibus, nescio quo dei iudicio, proposita perficere prohiberer, ad propria reversus,[2] vo‖tum exsolvere atque Iherosolimam ire ibique aliquantisper moram facere rursum magis ac magis accendor. Quod cum Ramundo,[3] tunc temporis magistro hospitalis Iherusalem, ceterisque fratribus eius innotuisset, statim claves,[b] quod vocatur Crat[4] et est in confinio paganorum situm, per fratrem Benedictum mihi miserunt, ipsum castrum cum omnibus suis pertinentiis absolute mihi meisque sociis ad nobis serviendum offerentes, quamdiucunque in terra illa manere vellemus. Quorum devotionem ac liberalitatem gratissimam ducens simulque perpendens, quanta in predicto hospitali humanitatis obsequia impenderentur omnibus sepulchri dominici visitatoribus, sed precipue, ut ex multorum relatione didiceram, pauperibus et infirmis, placuit mihi

246. *a)* ,um' (,v̄') *et sequens* ,i' *in loco raso eodem atramento scr. A. — b) ita A;* ,claves castri' *Boczek;* ,claves a castello' *Delaville coniecit.*

[1]) *Anno 1147; v. Vincentii Prag. Chron. in Font. rer. Boh. II, pag. 417.* — [2]) *A. 1148.* — [3]) *Raymond du Puy.* — [4]) *Krak vel Crac, castellum in comitatu Tripoli.*

tantorum bonorum esse cooperatorem, ut postmodum etiam aliquid exinde mercedis expectarem. Divino igitur actus instinctu ob remissionem peccatorum meorum et pro salute uxoris meę ac liberorum meorum, sed et pro anima patris mei et matris meę et omnium predecessorum meorum predicto hospitali sancti Iohannis Iherusalem ad sustentamentum pauperum et infirmorum promisi et asignavi quasdam villas meas, quas vel pecunia mea iuste emi vel iustis cambitionibus mutuavi vel aliis iustis modis secundum iudicium nobilium seniorum Boemię legitime acquisivi, ut inde aliquod subsidium habere possent, donec divina favente gratia ego ipse presens aliquid superaddere possem. Et heę sunt villę, quas dedi et fratribus predicti hospitalis Iherusalem asignavi: Quatuor videlicet in circuitione iuxta Plaz,[5] scilicet Hodoviz,[6] Ozoyni,[7] Planę,[8] Cuhov.[9] Preterea addo et confirmo possessionem eidem domui hospitalis, quam pater meus dux[c] Wladizlaus contulerat meis cognatis Wratizlao et Micus, sed eisdem brevi tempore raptis de medio, quę iterum in usum meum cesserat, Manetin[10] a meta Necstinensi[11] usque ad metam Plazensium cum omnibus suis pertinentiis, videlicet Lipe,[12] Kuhov[9] cum foro, Wescu[13] cum fluvio Manetin iacente usque ad Plaz, liberalitatem omnimodam quidlibet faciendi sive piscandi sive molendina ponendi in eodem fluvio eis concedentes. Silvam quoque nomine Cozodre et alias silvas circumiacentes iure legitimo do et confirmo perpetuo possidendas. Do etiam et confirmo duas villas in provintia Belinensi dictas Borizlaue[14] et Hribovici,[15] quę coronę meę adiacebant. Ad petitionem autem fratris mei Heinrici addo eis villam nomine Leuin[16] et silvam quandam usibus ipsorum necessariam iuxta Olesnicę protendentem in medium montem Hvogen[17] ad fluvium, qui dicitur Lubuhcę,[18] et ad villam Camic[19] et ad[d] Procetin,[20] deinde usque ad Tesik[21] et tunc ad Rufum puteum, et sic iacentem usque ad dictum fluvium Lubuhcę, ubi sumpsit inicium. Testes, qui affuerunt et audierunt donationem et confirmationem supradictarum possessionum, hii sunt: Iudita regina, uxor mea, Fridricus episcopus Pragensis, Heinricus abbas de Breunov,

246. *c) vocem hanc manus quaedam multo posterior alio atramento in* ‚rex' *inepte mutavit. — d)* ‚d' *in loco raso ex* ‚p' *eod. atramento corr. A.*

5) Plasy, germ. Plass, distr. pol. Kralovice. — 6) Hodovice, al. Hodoviz, germ. Hodowies, distr. pol. Kralovice. — 7) Osojný dvůr, curia araturae prope Pláně. — 8) Pláně, germ. Planes, prope Manětín, distr. pol. Kralovice. — 9) Kuchov villa quondam prope Manětín sita. — 10) Manětín, distr. pol. Kralovice. — 11) Nečtiny, germ. Netschetin, distr. pol. Kralovice. — 12) Lipí, germ. Lippen, prope Manětín. — 13) Fortasse Vískov, curia araturae in Trnová, distr. pol. Kralovice. — 14) Bořislav, germ. Boreslau, distr. pol. Teplice. — 15) Hrbovice, germ. Herbitz, distr. pol. Ústí nad Labem (Aussig). — 16) Lovín, al. Libov, germ. Lieben, distr. pol. Ústí n. L. (Aussig). — 17) Chvojen, collis prope Chvojno České, germ. Böhmisch-Kahn, distr. pol. Ústí n. L. (Aussig). — 18) Libouchec, rivus ex sinistra ripa in Albiam apud Děčín (Teschen) influens. — 19) An sit Kamenice (Kamnitz) prope Chabařovice (Karbitz)? — 20) An sit Prosetín, villa quondam apud Děčín (Teschen)? — 21) Nomen hoc explicare nequeo.

Labertus[e] abbas de Cladorub, Meinherus abbas de Plaz, Olricus prepositus Pragensis, Paulus decanus, Geruasius cancellarius et prepositus Wisegradensis, Martinus prepositus Lutomericensis, Florianus subcancellarius, Bohuslaus camerarius, Groznata castellanus de Cladzco, Sdezlaus pincerna, Vitko dapifer, Bleh de Trebusen, Bohuse barbatus et frater eius Ratibor, Cstibor de His, Smil de Vdrche, Morek venator de Belsk et alii quam plures. Actum est hoc anno incarnationis domini MCLXIX, anno autem mei principatus XXX, regni vero mei XI, episcopatus autem domini Fridrici Pragensis anno I.

Diplomati sigillum rotundum, e cera nigra confectum, e filis sericis purpureis appendet, idem atque diplomati proxime praecedenti suspensum.

247.

Fridericus, dux provinciae Olomucensis, monasterio Raigradensi locum Hranice dictum et terram ad aratrum in villa Špičky donat, patre suo Vladislao rege consentiente. *Pragae 1169 —.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Raigradensis asservatur (A).

Piter, Thesaurus absconditus pag. 141. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 283, num. 306. = Erben, Reg. I, pag. 144, num. 329. — Cf. Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 465; Dudík, Gesch. d. Benediktiner-Stiftes Raygern I, pag. 128 sq.

Autographum ignota manu exaratum per scriptorem quendam monasterii Břevnovensis scriptum esse videtur.

§ In nomine sancte et individue trinitatis. § Cum universa mortalium facta successione temporum in oblivionem devolvantur, cunctis in Christo pie || viventibus manifestum fieri decrevi, quod ego Fridericus, dux Olomucensis provintię, patre meo Wadizlao, rege Boemorum, annuente, locum, qui Granice[1] vulgo di||citur, ecclesię Raygradensi[2] perpetua dote donavi. Heremita enim quidam, Jurik nomine, vita et moribus imitandus, cuius etiam vitam et mores digna sequitur fama, per uxorem meam || Elizabeth michi supplicavit, quatenus ipsum locum vasta horrentem solitudine robora succidendo et novalia preparando inhabitaret. Ego tamen, cum eiusdem heremite utrumque, continentiam et diligentiam, considerarem, terram ad aratrum ei in villa Stpicki[3] ob meliorem spem eterne patrie cum pratis et pomeriis superaddidi. Tendit autem hoc ipsum spatium, quod sibi contradidi, a rivo Sebenik usque ad rivum, qui Odri appellatur. Preterea ad occidentem, quantum ex ipso exstirpare velit nemore, manu propria demonstrans, latam sibi sine termino tribui licentiam. Quod videlicet factum,

246. e) *ita A.*
247. 1) *Hranice, germ. Weisskirchen.* — 2) *Rajhrad, germ. Raygern, a Brunna versus meridiem.* — 3) *Špičky, germ. Speitsch, a Hranice ad orientem.*

dum abbas suus, Henricus scilicet de Breunowe, conperisset, accedens ad me flagitavit, ut intuitu divinę recompensationis[a] hoc, quod verbotenus Raygradensi ecclesię contuleram, coram patre meo scripto simul et sigillo corroborarem. Huius igitur rei testes annotare dignum duxi: Iudita regina. Secuntur déinde Fridericus episcopus Pragensis ecclesie, Geruasius cancellarius et prepositus Wiscegradensis, Vdalricus prepositus Pragensis, Paulus decanus, Martinus Luthimericensis prepositus, Florianus subcancellarius, Florentius castellanus, Boguzlaus camerarius, Sdezlaus pincerna, Witco dapifer, Roznata castellanus de Cladzco et alii quam plures nobiles et canonici sancti Wencezlai. De Morauia: Iohannes episcopus, Wolis cancellarius eiusdem provintię, Tuuridisse castellanus de Godonin et alii quam plures nobiles. Facta sunt autem hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo IX°, anno patris mei principatus XXX°, regni autem eius XI, episcopatus vero domini Friderici Pragensis episcopi scilicet anno primo. Ne vero sequatium aliquorum violenta, quod absit, invasione tam absoluta donatio aliquando suggerente humani generis inimico ullatenus incursetur, hanc paginam auctoritate domini Friderici, Pragensis episcopi, simul et Iohannis, episcopi Olomucensis, sub vinculo detestandi anathematis et sub terrore tremendi extremi iuditii sigillo patris mei autenticare, quomodo a supramemorato Henrico de Brevnowe rogatus sum, satagavi.

Diplomati sigillum rotundum (diametros 87 mm) e cera alba confectum, duo latera habens, e scidula membranae appendet, in cuius utraque parte eadem figura atque in reliquis Vladislai regis sigillis (v. num. 210, 227, 245, 246) non nisi paulum immutata conspicitur, quae quidem diversitas eo explicatur, quod sigillum ad aliam quandam formam referendum est. Circumscriptio partis prioris haec est: WLADIZLAWI DEI GRA BOEMORV/// REX. *In parte aversa haec inscriptio legitur:* /// PAX · REGIS · WLADIZLAI · IN MЬИJ SCI WENCEZ ////.

248.

Henricus, Gurcensis episcopus, et clerus archiepiscopatus Salisburgensis Alexandro III papae nuntiant Adalbertum archiepiscopum castrum Salisburgense imperatori tradidisse huncque eis praecepisse, ut alium archiepiscopum eligerent.

[1170 post febr. 22.]

Apographum saec. XVI exstat in cod. epist. imper., regum, pontificum, episcoporum in bibliotheca regia Hannoverae XI 671, fol. 506 (B).

Sudendorf, Registrum I, pag. 70, num. 27 (ad ann. 1169). = Erben, Reg. I, pag. 142, num. 326. — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 120, num. 27. — Cf. Fechner in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XXI, pag. 338 et 305; Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. II, pag. 166 sq.

247. *a) ,m' et ultima ,s' in loco raso eod. atramento corr. A.*

Reverendo patri ac domino A.,[1] summo pontifici, H.,[a][2] dei gratia Gurcensis episcopus, S.[3] Saltzburgensis, R.[4] Gurcensis,[b] H.[5] Perhthesgadensis,[c] A.[6] Hallensis, praepositi, H.[7] sancti Petri Saltzburgensis, L.[8] Admuntensis,[d] P.[9] Lauendensis,[10] W.[11] sancti Lamberti, abbates, M.,[e][12] maioris ecclesiae decanus cum universo Saltzburgensis ecclesiae capitulo, A.,[13] Houensis[14] praepositus, orationis, obedientiae et servitii filialem et sinceram devotionem. Multis et magnis laboribus a tempore schismatis huius indesinenter afflicti et ut camino quodam tribulationis decocti, tandem aliquando ad vestrae pietatis asylum, reverende pater, confugimus, auxilii pariter et consilii[f] remedio in extremo necessitatis articulo sublevari cupientes. Quis enim vel sensus comprehendere, vel sermo valeat explicare, quae et quanta rerum et religionis[g] dispendia sustinuerit ecclesia nostra quondam florentissima, nunc autem paupercula et multis calamitatibus et pressuris pene annullata, maxime pro eo, quod dominus noster post introitum suum consilio patris sui regalia secundum consuetudinem principum Teuthonicorum ab imperatore requirere neglexit, unde ipse, ecclesiam nostram funditus destruere volens, iuxta civitatem ad unum miliare castra posuit, ubi dominus noster ad ipsum accessit et principibus imperii animum suum exposuit, quod[h] se ipsum et castrum cum ministerialibus vellet tradere; cui verbo palatinus senior coram omnibus respondit, quicquid honoris inquiens domino nostro imperatori impenditis, non nobis convenit vobis dissuadere, sed sciatis indubitanter, si per manus vestras ecclesiam vestram, sicut dixistis, acceperit, quod[h] tempore schismatis nunquam eam recipietis. Ille vero, verbo palatini neglecto, ad imperatorem accessit ac, sicut ante conceperat, coram principibus complevit, praecipiens castellanis, ut castrum imperatori traderent et ei fidelitatem iurarent. Nos vero ista audientes uberiores in lachrimas profusi plures nobiscum flere compulimus. Unde scire debet sanctitas vestra, quod[i] huius inauditae traditionis, uti[k] falso quidam de nobis opinati sunt, nunquam consilium dedimus. Universa tamen castra et ministeriales cum ipsa civitate, villis et oppidis et decimis in manu imperatoris sunt, ita ut ne mansus unus episcopo nostro relictus sit. Omnesque castellani, sacramentis imperatori praestitis, obsides dederunt, et nullus domino nostro in episcopatu securus patet introitus. De spiritalium vero virorum et totius cleri tribulatione vobis, domine et pater sanctissime, significamus, quod bis ad praesentiam domini imperatoris convocati de alio episcopo eligendo multis et artificiosis consiliis tum per ipsum tum per alios attentati sumus, qui, nobis constanter et unanimiter renuentibus, coram ipso imperatore vestram obedientiam profitentes, ad vestram

248. *a)* ‚N.' *B.* — *b)* ‚Guren' *B.* — *c)* ‚perhthg.' *B.* — *d)* ‚Admunis' *B.* — *e)* ‚N' *B.* — *f) ex* ‚consilium' *corr. B.* — *g)* ‚relligionis' *B.* — *h)* ‚quia' *B.* — *i)* ‚qui' *B.* — *k)* ‚ueri' *B.*

[1]) *Alexandro III.* — [2]) *Henricus.* — [3]) *Siboto.* — [4]) *Romanus.* — [5]) *Henricus.* — [6]) *Alhardus.* — [7]) *Henricus.* — [8]) *Liutoldus.* — [9]) *Pilgrimus.* — [10]) *St. Paul im Lavantthal a Klagenfurt versus septemtr. et orientem.* — [11]) *Wernhardus.* — [12]) *Meingotus.* — [13]) *Adalbertus.* — [14]) *Bischofshofen.*

praesentiam differri negotium rogavimus et, sicut petivimus, causae dilationem, non finem facere potuimus. Tertia siquidem curia in festo beati Martini nobis data est et episcopo nostro ad illam veniendi promissa securitas, constanter imperatore affirmante, quod[h] ibi in eum nihil de proprio arbitrio, sed de regni iure et principum iudicio sit acturus. Quod si venire et iudicio astare noluerit, noverit sanctitas vestra, quod ex sententia alium ponet, cui castra et ministeriales et obsides eorum dabit. Hic, pater sanctissime, hic labor est, hic opus consilio et auxilio; si alienus intraverit, de grege quid erit? Haec et alia nonnulla vestra beatitudo sublimius consideret et nobis, devotissimis vestris filiis, qui usque ad sanguinem pro vobis stetimus, sicut de misericordia vestra confidimus, consilium et auxilium paternum impendere non differatis. Quod ni feceritis, nostram et ecclesiae illius, quae semper et in omnibus Romanae ecclesiae antemurale fuit, iacturam vestro tempore fieri non dubium est. Cum enim dominus imperator eum nullo modo ecclesiam nostram regere pati velit, quomodo stabit? Aut si stabit, quomodo nos procurabit, qui metu principis nobiscum non habitabit? Praeterea notum vestrae sanctitati facimus, quod magnam pecuniam et valde ecclesiae nostrae importabilem imperatori promisit, videlicet enim milia marcharum, et sicut accepimus, V milia; si aliter non potest, imperatori vero XX libras auri, curiae quingentas argenti. Quas si imperator recipere voluerit, nunquam persolvere[l] poterit, nisi cum multiplici dilapidatione dominicalium et decimarum episcopatus et perpetua destructione monasteriorum. Post mortem enim domini Conradi multas novas infeudationes possessionum et decimarum ecclesiae nostrae factas esse sciatis, quas sanctitatem vestram cassare et novas prohibere humiliter rogamus; alioquin omnis status et honor ecclesiae nostrae peribit. In calce literarum quandam excusationem nostram adnectendam duximus necessarium, quia literae illae, quae ad vos ex nomine nostro delatae sunt, nec[m] a nobis nullatenus missae, nec[m] sigillo ecclesiae nostrae impressae fuerunt.

249.

Henricus, sancti Petri Salisburgensis abbas, apud Adalbertum, Salisburgensem archiepiscopum, se excusat de litteris Alexandro III papae missis.

[1170 post febr. 22.]

Apographum saec. XVI exstat in codice epist. imperatorum ɔc. *in bibliotheca regia Hannoverae XI 671, fol. 511 (B).*

Sudendorf, Registrum I, pag. 72, num. 28 (ad ann. 1169). = Erben, Reg. I, pag. 144, num. 328. — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 120, num. 28. — Cf. Fechner in Arch. f. Kunde österr. Gesch. - Qu. XXI, pag. 338 (qui tempore auctumnali anno 1169 epistolam scriptam esse putat).

248. *l)* ‚persolvi' *B.* — *m)* ‚ne' *B.*

Venerabili domino suo A.,[1] sanctae Saltzburgensis ecclesiae archiepiscopo, H.,[2] servorum sancti Petri servus inutilis, cum orationibus et obedientia spiritu mansuetudinis et discretionis abundare. Literę, pro quibus nobis succenset paternitas vestra, partim a nobis, partim ab aliis dictatę sunt. Mallem autem integras in manus vestras venisse eas, quas nos dictavimus. Quarum haec capitula fuerunt: Scripsimus domino apostolico, per ipsius obedientiam constricti, sicut et vobis Laureaci[3] praedixeramus, quod ecclesiae nostrae status satis esset miserabilis et gemendus, quippe quae tota in manu imperatoris esset posita, ubi et nostram innocentiam excusare curavimus, quod scilicet sine nostro factum sit consilio, licet apud apostolicum aliter de nobis susurraverit, ut dicitur, inimica delatio. Ecce domine, praecipienti papae veritatem negare non potuimus et inflictam nobis calumniam detergere necesse habuimus. Scripsimus et de curiis duabus (quibus in facie principis constituti, quantum pro honore ecclesiae et vestro desudaverimus, deo et non filiis hominum, in quibus non est salus, committimus), addentes et de tertia, in festo sancti Martini nobis data, in qua quid futura pariat dies, ipse solus novit, qui nihil ignorat. Supplicavimus et domino papae unanimiter, quod novas infeudationes vobis interdiceret, adiicientes et de pecunia imperatori promissa, quid nostri timoris esset, quid incommodi super hoc ecclesiae nostrae et vobis proveniret. Ecce domine, ecce scripta nostra honesta et necessaria et veritate subnixa et, si nobis in hac parte consentire volueritis, multum vobis et honoris et utilitatis collatura. Caeterum de corde[a] puro et conscientia bona et fide non ficta dicimus, quod alia non scripsimus, nec alia mandavimus, quin potius convocatis religiosissimis[b] viris, qui famae vestrae per omnia deferre vellemus, nec scriptis eam et summotenus incrustare, in commune conduximus.[c] Peccavit dominus Admuntensis[d] abbas, qui ista audivit et ista vobis non retulit. Sed libet ad iudicium vestrae discretionis paulisper recurrere et nos et emulos nostros, qui in auribus vestris sinistra de nobis ruminant, aequa[e] in causa ponere. Illi ut vestra profundatis vel inutiliter consulunt vel tempore silendo permittunt. Nos ne vestra dispergatis et fideliter optamus et salubriter consulimus. Illi dum omnia laudant, quae facitis, vobiscum esse videntur, sed non sunt. Nos dum quaedam repręhendimus, contra vos esse videmur, sed magis vobiscum sumus. Illi tales et tales nos esse dicunt, sed re vera tales ipsi sunt, quales nos esse dicunt. Quid enim scriptura dicit? ‚Meliora', inquit, ‚sunt vulnera amici, quam oscula inimici'.[4] Pace vestra dixerim, mi domine, qui vos ducunt, ipsi vos seducunt. Quid autem profecimus, domine, pro vobis laborando, pro vobis pugnando et indesinenter cum fratribus nostris et ecclesia nobis commissa pro vobis orando? Quid meruit fides nostra, ut vocetur perfidia? Quid labores nostri pro vobis, ut

249. *a)* ‚decore' *B.* — *b)* ‚relligiosissimis' *B.* — *c) Enunciatio haec obscura est.* — *d)* ‚admunis' *B.* — *e) ita correxit Sudendorf,* ‚quam' *B.*

[1]) *Adalberto.* — [2]) *Henricus.* — [3]) *Lorch prope Enns in Austria superiore.* — [4]) *Vide Proverb. XXVII, 6:* ‚Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.'

Detlebus archidiaconus de Behin, Ieronimus prępositus Melnicensis et magister, Paulus Pragensis canonicus, Peregrinus Pragensis canonicus, Albertus prępositus de Zaczka, Florianus canonicus Pragensis et notarius regis Boemorum, Vincentius canonicus Pragensis, Zlauon canonicus Pragensis, Geruasius Visegradensis ecclesię prępositus et cancellarius regis Boemorum, Valcun canonicus Pragensis, Zdezlaus canonicus Pragensis et archidiaconus Pelznensis, Radozlaus canonicus Pragensis, Ermannus canonicus Pragensis, Boguzlaus camerarius regis Boemorum, Zezema camerarius regine Boemorum, Zdezlaus pincerna regis Boemorum, Zdezlaus filius Diuis castellanus de Satec, Bznata filius Dmittr, Boguzlaus filius Petri, Vilesa iudex, Zwezt iudex curie regis Boemorum, Mesko de Peruc, Gumpoldus de Buben, Otto de Dolan, Crinek, Scepan filii Boriuoy, Gauel de Cinan cum fratre suo Budilow, Ztrezivoy de Hlyztina, Vsebor de Vinarec. Huius etiam rei summus testis est Fridricus, dei gracia Pragensis ecclesię episcopus, qui sagaci animo in posterum cuncta percunctans, violatores prędictę dei dotis, si qui esse presumpserint, inextricabili vinculo anathematis innodavit.[b] <De supradicta villa ego Iohannes, quę a Vitcone recepi, hęc sunt: indomitas equas VI et vaccas[c] de aratro VIIII,[d] boves III, vaccas minores V, oves VIIII, scrophas VIII; Ruczne[2] IIII boves.>

252.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Gezonem, abbatem Strahoviensem, invitat, ut ad se veniat. *[1153—1170.]*

Apographum exstat in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 74 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 293, num. 46. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 14, num. 13.

De tempore vide Žák l. l. pag. 22.

Gezoni, dilecto domino et venerabili patri, frater V.[1] divina consolatione refoveri. Pro vestra utilitate et nostra necessitate consulimus et rogamus, ut omni occasione posthabita, ad partes nostras[a] venire non differatis. Quodsi presentia parvitatis mee vobis videbitur fratribus vel sororibus, qui in terra illa sunt, in aliquo expedire, paratus ero, si vita comes fuerit et valitudo corporis affuerit, vobiscum ad vestra comeare.

251. b) *Quae subsequuntur, in fine autographi tempore posteriore addita erant. Quorum quaedam in loco raso scripta fuisse codex ms. saec. XV tabularii capituli Pragensis num. XXII fol. 84 nos docet, ubi de instrumento hoc annotatur:* ‚[Littera] est rasa in fine.‘ — c) ‚unam‘ *B.* — d) ‚vini‘ *B.*

2) *Ruzyně, alias Rusíň, prope Pragam, distr. pol. Smíchov.*

252. a) ‚nostras‘ *om. B.*

1) *Ulricus.*

253.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, episcopo cuidam fratres ordinis Praemonstratensis habere desideranti consulit, ut hac de re ad colloquium patrum in Praemonstratensi ecclesia scribat. *[1158—1170.]*

Apographum servatum est in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 74—74v (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 293, num. 48 = Žák, Listy Oldřicha, proboštа Steinfeldského, pag. 15, num. 15.

De tempore vide Žák l. l. pag. 48.

Dilecto domino et venerando pontifici[1] frater V.,[2] Steinveldensium fratrum inutilis servus, de bonis ad meliora proficere. Fidelis amicus noster, qui presentes litteras ad vos detulit, retulit nobis, quod devotio vestra desideret habere fratres nostri ordinis, per quos in terra vestra religio canonici ordinis plantetur et multiplicetur. Ut ergo sanctum desiderium vestrum convenientem effectum inveniat, consulimus, ut litteras vestras ad colloquium patrum, quod annuatim in Premonstratensi ecclesia tenetur,[3] mittatis, in quibus eis sancta voluntas vestra plenarie innotescat. Interim autem presentium portitorem, virum honestum et religiosum, quem nulla necessitas, sed sola dei karitas ad partes vestras[a] ire conpulit, rogamus et obsecramus in domino, ut paterne suscipiatis et benigne foveatis et eum tanquam dei famulum domino regi[4] et principibus terre commendetis.

254.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Godescalcum, abbatem Siloensem, reprehendit, quod fratrem quendam a monasterio relegaverit. *[1153—1170.]*

Apographum exstat in cod. ms. bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 76v—77 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 297, num. 54. = Žák, Listy Oldřicha, proboštа Steinfeldského, pag. 15, num. 16.

De tempore vide Žák l. l. pag. 22; cf. ibid. pag. 45.

Godescalco, dilecto amico et venerabili abbati, frater V.[1] salutem in domino. Miramur super prudentia[a] vestra, quod hominem delirum et lingosum ad infamiam domus vestre et totius ordinis de domo vestra emisistis, tanquam deesset vobis penitentia, quam apud vos[b] pro peccato suo agere posset. Ea enim,

253. *a)* ‚vestras' *alio atramento superscriptum B.*
[1]) *Fortasse episcopo Moraviensi.* — [2]) *Ulricus.* — [3]) *Colloquia generalia ordinis Praemonstratensis tunc in ecclesia Praemonstratensi in die s. Dionysii (9 oct.) tenebantur; Žák l. l. pag. 15, not. 3.* — [4]) *Vladislao I, 1158—1174.*

254. *a) ex* ‚inprudentia' *radendo corr. B.* — *b)* ‚vos' *eod. atramento superscriptum B.*
[1]) *Ulricus.*

que michi scribsistis, tam[c] ego quam prior noster[2] et ceteri fratres nostri penitus ignorabamus. Nunc autem nobis nota facta sunt, sicut multis aliis tam episcopis quam abbatibus et prepositis, quibus secundum preceptum vestrum rescriptum litterarum vestrarum ostendit. Quorum quidam[d] michi scripserunt, ut ei viscera pietatis exiberem, mirantes super duricia vestra, qui hominem debilem et senem in tam aspero tempore de domo vestra eiecistis quasi seviendo in eum et mortem eius siciendo magis quam emendationem. Unde vos attente rogamus, ut malis eius mala non reddatis nec proter[viam][e] eius attendatis, sed magis misericordiam eius, qui ‚pluit super iustos et iniustos',[3] ut eum apud vos finem suum exspectare permittatis.

255.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Godescalcum, abbatem Siloensem, rogat, ut fratres quosdam in aliud monasterium transire permittat. *[1153—1170.]*

Apographum exstat in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 79v (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 305, num. 64. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 16, num. 17.

De tempore vide Žák l. l. pag. 48.

Godescalcho, dilecto amico et patri de Syloe, frater V.[1] de Steinveld[a] sinceram in Christo dilectionem. Fratres, qui cum presentibus litteris ad vos redierunt, instantia sua et amicorum suorum a me extorserunt, ut pro eis vobis scriberem. Rogant enim et ego cum eis et pro eis, ut, quia voluntatem non habent manendi in terra vestra et multas occasiones pretendunt, quare ibi manere non possint, intuitu pietatis, ne animas suas perdant, detis eis licentiam manendi alias in ordine nostro, non ubi ipsi elegerint, sed ubi vobis placuerit et congruum visum fuerit.

256.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Gezonem, abbatem Strahoviensem, pro fratre quodam ad abbatem Praemonstratensem castigationis causa misso deprecatur. *[1153—1170.]*

Apographum exstat in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 81v (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 309, num. 67. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 16, num. 18.

De tempore vide Žák l. l. pag. 48.

---

254. *c)* ‚e tam' *B. — d)* ‚i' *scribae errore omissa B. — e)* ‚pt̄/////' *B, ubi post has literas locus rasus, fere quatuor literarum spatium continens, sequitur.*
[2]) *Warnerus. —* [3]) *Math, V, 45.*

255. *a)* ‚ſtēivl' *B.*
[1]) *Ulricus.*

Gezoni, dilecto domino et venerando patri, frater V.[1] de Steinveld[a] sinceram in Christo dilectionem. Dominus Premonstratensis fratrem, quem ei[b] corrigendum misistis, ad nos cum litteris suis remisit, volens, ut intercessione nostra apud vos misericordiam optineat, sicut ex litteris ipsius abbatis, quas vobis transmisimus, cognoscere[c] poteritis.[d] Quia ergo sic domino Premonstratensi placet, et frater ad omnimodam obedientiam et satisfactionem se paratum esse dicit, bonum nobis videtur, ut eum misericorditer recipiatis, ut inter fratres suos, quos scandalo[e] suo offendit, congruam peragat penitentiam. Valete.

257.

Ulricus, praepositus Steinfeldensis, Richardum abbatem ad colloquium invitat eumque rogat, ut fratribus ordinis, qui de Bohemia nuper venerunt, subveniat.

[1153—1170.]

Apographum exstat in cod. ms. saec. XII bibliothecae seminarii episcopalis Maguntiae fol. 81v—82 (B).

Roth in Zeitschr. d. Aachner Geschichtsver. XVIII, pag. 309, num. 71. = Žák, Listy Oldřicha, probošta Steinfeldského, pag. 17, num. 19.

De tempore vide Žák l. l. pag. 48.

Ricarhdo, dilecto domino et venerando patri, frater V.[1] de Steinveld[a] sinceram in Christo dilectionem[b] et humilem subiectionem. Fateor karitati vestre, quod et vos non ignorare credo, me non parum dolere, quod tam raro vos video, tam raro audio. Nunc tamen, si non impedirent vestra multa negotia et mea magna debilitas, que solito multo gravior est, libenter fruerer vestro colloquio; non tantum pro singulari amicicia, qua specialiter vestram amplector personam, sed et pro generali negotio universalis ecclesie, cui grave periculum inminere timent omnes, qui diligunt deum. Si ergo prudentie vestre visum fuerit, ut pro hac re parvitati mee loqui velitis, mandate mihi diem et locum, quo me paternitati vestre occurrere velitis, et paratus ero et contra vires corporis mei. De cetero benivolentiam vestram, que semper indigentibus parata est, obnixe rogo, ut fratribus nostris, qui de Boemia iuxta vos ad excolendam terram, que sub testimonio vestro data est eis, nuper venerunt, in quibus potestis, subveniatis. Dictum est enim nobis, quod quidam miles notus et amicus vester quandam vineam eis contra conscientiam suam auferat, quam sperant sibi restitui vel vestra simplici ammonitione vel per episcopum adiutorio vestro.

256. *a)* ‚fteīvł‘ *B.* — *b)* *ex* ‚ad eum‘ *corr. B.* — *c)* ‚cognoc'e‘ *B.* — *d)* *ex* ‚potestis‘ *corr. B.* — *e)* ‚sc‘ *ex* ‚sa‘ *corr. B.*

[1]) *Ulricus.*

257. *a)* ‚fteīveł‘ *B.* — *b)* ‚diłone‘ *B.*

[1]) *Ulricus.*

258.

Alexander III papa Vladislaum, regem Bohemiae, monet, ut ecclesiam Saltzburgensem eiusque archiepiscopum Adalbertum, filium suum, a persequentium offensionibus defendat. *Tusculani [1171] ian. 28.*

Apographum in cod. epist. imper., regum, pontif., episcopor. bibliothecae regiae Hannoveranae XI 671, fol. 492.

Sudendorf, Registrum I, pag. 69, num. 26. = Erben, Reg. I, pag. 147, num. 334. — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 122, num. 36. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 11.875.

De anno cf. Fechner, in Arch. f. Kunde österr. Gesch. XXI, pag. 339; Meiller l. l. pag. 483, not. 16; Reuter, Gesch. Alexanders III, tom. III, pag. 79. — Vide etiam litteram proxime sequentem.

Alexander episcopus, servus servorum dei, charissimo in Christo filio W.,[1] illustri regi Bohemiae, salutem et apostolicam benedictionem. Cum ecclesia Saltzburgensis venerabilem fratrem nostrum A.,[2] Saltzburgensem archiepiscopum, filium tuum, intuitu religionis et honestatis suae et etiam ea spe, quod per potentiam magnitudinis tuae a persequentium oppressionibus defenderetur, in pastorem et gubernatorem suum elegerit, miramur nos, mirantur et multi, quod hactenus eandem ecclesiam aliter a persecutionum molestiis non curasti defendere et in suis pressuris et adversitatibus brachio tuae fortitudinis adiuvare. Caeterum quoniam praedictae ecclesiae propter dominum et intuitu sanguinis debitor et coadiutor esse teneris, rogamus magnificentiam tuam, monemus et exhortamur in domino, quatenus divini amoris intuitu et pro remedio animae tuae necnon et obtentu praefati archiepiscopi praelibatae ecclesiae in angustiis et tribulationibus suis praesidii et magnitudinis tuae solatium clementer impendas et eam contra malignantium persecutiones manuteneas, foveas, magnanimiter et defendas, ut ab eo, qui est rex regum et dominus dominantium, premium possis propter hoc perenne percipere et gratiam apostolicae sedis omni tempore pleniorem habere. Datum Tusculani V kalendas februarii.

259.

Alexander III papa Henricum II, ducem Austriae, hortatur, ut Adalbertum, archiepiscopum Salisburgensem, contra adversarios eius defendat.

Tusculani [1171] mart. 14.

Fischer, Merkwürdige Schicksale d. St. Klosterneuburg II, pag. 150, num. 16 (ex apographo saec. XIII). = Meiller, Reg. d. Babenberger, pag. 49, num. 76. = id. Reg. archiep. Salisb. pag. 122, num. 37. — Vid. Erben, Reg. I, pag. 147, num. 334. — Temporis notam ex cod. Vatic. 9500 praebet Pflugk-Harttung, Iter Italicum I, pag. 137. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 11.886.

Litterae ad verbum fere cum litteris ad Vladislaum regem die 28 ian. datis concordant. De anno cf. num. 258. — Cf. etiam Juritsch, Gesch. d. Babenberger, pag. 265.

---

258. [1]) *Vladislao.* — [2]) *Adalbertum.*

260.

Wichmannus, archiepiscopus Magdeburgensis, postulante Vladislao, rege Bohemiae, Fridericum I imperatorem rogat, ut Adalbertum, archiepiscopum Salisburgensem, ad curiam Goslariae celebrandam venire concedat.

[1171 ante novb.]

Exemplar manu saec. XVI descriptum exstat in codice epist. imperatorum, regum, pontif. in bibl. regia Hannoverae XI 671, fol. 498 (B).

H. Sudendorf, Registrum I, pag. 74, num. 30. = Erben, Reg. I, pag. 146, num. 333. — Cod. dipl. Saxoniae regiae I Hauptth., tom. II, pag. 262, num. 377. — Meiller, Reg. archiep. Salisburg. pag. 122, num. 38; v. et. ibid. pag. 484 not. 17. — Conf. Prutz, Kais. Friedrich I, tom. II, pag. 194; Schmidt in Arch. f. österr. Gesch. XXXIV, pag. 100; Reuter, Gesch. Alexanders des Dritten III, pag. 80; Fechner in Forschungen z. deutsch. Gesch. V, pag. 452.

Dilectissimo domino suo Friderico, gloriosissimo Romanorum imperatori et semper augusto, W.,[1] dei et ipsius gratia sanctae Magdenburgensis ecclesiae archiepiscopus, fidele servitium cum devotis orationibus. Cum de Austria reverteremur, domum regis Bohemiae intravimus, qui seorsum nos assumens cum cognatis nostris, Theoderico marchione[2] et Dedone comite,[3] praesente fideli vestro S.[4] de Aldenburg, familiariter nos convenit, summopere postulans, quatinus in memoriam vobis reduceremus magna et multa servitia eius, quae vobis et imperio fideliter exhibuit et usque in finem exhibere paratus est, ut hac consideratione gratia vestra clementer respicere dignetur filium eius, cognatum vestrum, dominum A.,[5] Saltzburgensem electum, in eo, ut eundem episcopatum ei concedere dignemini. Ad hoc nos respondimus, quod ipse rex optime sciret, ex statu temporis et ex aliis iustis causis vos ei in hac re non posse consentire; verum tamen quandoquidem ipse electus praesens esset, nos ex ipsius ore audire vellemus, quid ipse vobis satisfactionis et honoris exhibere vellet. Vocato itaque eo talia ab ipso audivimus, quod absque detrimento honoris et commodi vestri possibile vobis est eum eodem episcopatu investire. Postulat itaque rex et nos pro ipso, quatinus super hoc verbo in conductu nostro et ducis Saxoniae[6] eundem electum ad curiam vestram apud Goslariam[7] venire concedatis, ut, si fieri potest, consilio nostro et ducis ac principum gratiam vestram obtineat; sin autem, in conductu nostro et ducis absque omni molestia in domum patris sui redeat. Ipse enim rex promisit ea conditione, ut hoc fieri concedatis, quod si rationabiliter et salvo honore vestro eum episcopatu investire non potueritis, nullum inde gravamen

260. [1]) *Wichmannus.* — [2]) *Lusicensi, filio Conradi de Wettin.* — [3]) *de Groiz, marchione Orientali, filio Conradi de Wettin.* — [4]) *Sifrido burgravio de Altenb.* — [5]) *Adalbertum.* — [6]) *Henrici Leonis.* — [7]) *Quo tempore curia haec habita sit, Annales Magdeburgenses ad a. 1171 his verbis referunt:* ‚Fridericus imperator in octava sancti Martini Goslarie curiam tenuit‘ *(Mon. Germ. SS. XVI, pag. 193).*

sustineat, sed in servitio vestro usque in finem fidelis permaneat. Quicquid itaque super his vobis placuerit, per litteras vestras regi demandare curate, quia bonum nobis videtur, ut hanc ipsius et nostram petitionem clementer exaudiatis. Omnibus nanque diebus vitae suae rex et amici eius servitio suo vos admonere disponunt, ut memorato domino A. gratiam vestram concilient. Quia enim[a] ipse nunc magis quam unquam antea vobis consentit, consilium nostrum est, ut eum ad curiam illam venire concedatis.

261.

Fridericus I, Romanorum imperator, praeposito et clero ecclesiae Salisburgensis mandat, ne Adalberti archiepiscopi sermonibus fidem tribuant; in constituto secum nuper facto permaneant, hortatur; ad colloquium se brevi venturum esse nunciat. *[1172 ian.]*

Apographum saec. XVI exstat in codice epist. imperatorum ɔc. in bibliotheca regia Hannoverae XI 671, fol. 499 (B).

Sudendorf, Registrum I, pag. 73, num. 29 (ad ann. 1170). = Erben, Reg. I, pag. 145, num. 332. = Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 122, num. 39 (ad 1172 ian.).

Fridericus, dei gratia Romanorum imperator semper augustus, dilectis fidelibus suis, maiori preposito et toti clero Saltzburgensis ecclesiae gratiam suam et omne bonum. Significatum est nobis, quod nepos noster, Albertus Bohemus, in partes Saltzburgenses declinaverit, sed quid apud vos agere intendat, nondum perfecte cognovimus. Ne igitur aliquid sinistre de nobis praedicet, vel in episcopatu aliquid facere praesumat, quod contra nostrum honorem sit, nosse volumus discretionem vestram, quod adhuc nihil cum eo disposuimus, nec disponere intendimus, nisi prius consilium a principibus et a vobis accipiamus. Quocirca mandamus universitati vestrae, firmiter et districte praecipientes, quatinus eius sermonibus nullo modo acquiescatis, et constanter in verbo nostro, quod novissime vobiscum habuimus, permaneatis.[a] Quia, si nobiscum in fide vera permanseritis, certissime sciatis, quod maximum honorem iuxta voluntatem nostram[b] a nobis indubitanter accipietis. Adventum quoque nostrum in proximo tempore condicto ad vos accelerantes vobiscum colloquium[1] habere volumus, ut tale solatium a nobis audiatis, unde vos non poeniteat fidem nobis constanter exhibuisse.

---

260. *a)* ‚quia N.‘ *B.*

261. *a)* ‚permanentes‘ *B.* — *b) lectio incerta, cum prima vocis huius litera ita scripta sit, ut etiam* ‚ūram‘ (= vestram) *legi possit.*

[1]) *De colloquio hoc, mense februario 1172 habito, vide litteras proxime sequentes.*

262.

Henricus, episcopus Gurcensis, capitulum, praelati, ministeriales ecclesiae Salisburgensis ad Alexandrum III papam de curia in dominica ‚Exsurge‘ Salisburgi habita, de nefanda regis Bohemiae cum imperatore conventione, de Alberti, archiepiscopi Salisburgensis periuria deque imperatoris edicto, ut alium archiepiscopum eligant, referunt. *[1172 post febr. 19.]*

Apographum saec. XVI in codice epist. imperatorum ꝛc. in bibliotheca regia Hannoverae XI 671, fol. 494—496 (B).

Sudendorf, Registrum I, pag. 75, num. 31 = Erben, Reg. I, pag. 147, num. 335. = Meiller, Reg. archiep. Salisb., pag. 123, num. 45. = Jaksch, Monum. hist. ducatus Carinthiae I, pag. 207, num. 273 (extr.). — Cf. Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserz. V, 2, pag. 705.

Domino et patri suo A.,[1] apostolicae sedis in Christo reverendissimo pontifici, H.,[2] Gurcensis ecclesiae humilis minister,[a] S.,[3] maioris ecclesiae praepositus, M.[b4] decanus cum universo capitulo, praelati omnes, ministeriales universi, orationis, obedientiae et obsequii tam devotum quam debitum affectum. In multis et magnis tribulationibus nostris, pater beatissime, vestrae miserationis et sapientiae consolatio valde nos sublevat, quam tantam erga nos experimur, quantam decet habere piissimum patrem pro filiis devotissimis in extremo articulo laborantibus. Et si dominus cardinalis secundum vestrae benignitatis praeceptum ad nos venisset, utique congruo ordine negocium ecclesiae ad debitum finem pervenisset, et magnus honor gloriae vestrae et apostolicae sedi inde provenisset.[c] Quod autem ipse non venit, omnino in nobis non remansit, quia multis laboribus et expensis valde securum et honestum conductum ab imperiali maiestate ei impetravimus ac de hac re frequenter nuntios ad eum misimus. Post longam vero expectationem et de die in diem de imperiali gratia protractis induciis tandem dominus imperator curiam suam cum multis principibus in civitate nostra in dominica Exurge[5] celebravit. Cui curiae intererant tres venerabiles episcopi Saltzburgensis ecclesiae suffraganei, videlicet Ratisponensis,[6] Brixinensis,[7] Gurcensis,[8] qui uno ore et uno

262. *a)* ‚ministri‘ *B.* — *b)* ‚A.‘ *B.* — *c) ex* ‚pervenisset‘ *corr. B.*

[1]) *Alexandro papae III.* — [2]) *Henricus.* — [3]) *Siboto.* — [4]) *Meingotus.* — [5]) = *19 febr. De curia hac Contin. Garsten. ad ann. 1172 adnotavit haec:* ‚Fridericus imperator curiam Salzburg in dominica Exsurge celebravit omnibusque clericis et laicis ab obedientia et servitio Alberti archiepiscopi sub obtentu gratiae suae prohibitis, Pataviam recessit‘ *(Mon. Germ. XI, pag. 630). Vide etiam, quid Chron. Magni presb. de eadem curia refert:* ‚Imperator celebravit curiam valde celebrem in civitate Salzburgensi in hebdomada sexagesimae [*cod.:* quinquagesimae], quae evenerat tunc in XI° kal martii. Illuc quoque archiepiscopus, licet non vocatus ab imperatore, repente tamen dum curia haberetur, cum paucissimis supervenit, sed gratiam imperatoris non obtinuit‘ *(Mon. Germ. Script. XVII, pag. 497).* — [6]) *Cuno II.* — [7]) *Henricus I.* — [8]) *Henricus I.*

animo studiosissime ad salutem et honorem ecclesiae satagebant. Itaque dominus imperator suam artam et periculosam disiunctionem[d] nobis proposuit, ut eligeremus episcopum aut ab eo designatum reciperemus. Exposuit etiam nobis conventionem factam inter ipsum et regem Bohemorum, qua ipse pro filio suo maximam pecuniam domino imperatori promisit, et insuper, quod filius suus, dominus noster archiepiscopus pallium a vobis acceptum in praesentia domini imperatoris combureret et abnegata vestra obedientia ad suam partem transiret. Huius rei magnos principes, quos ipse dominus imperator eligere voluit, fidei iussores posuit. Et dum ita rex Bohemorum obligatus tenetur domino imperatori, dominus imperator versa vice illi obligari noluit, sed totum verbum in sua potestate et consilio et consensu Saltzburgensis ecclesiae posuit. Et quia haec res incredibilis et execrabilis videbatur ex ea parte, quia pallii combustionem continebat, dominus imperator recitari praecepit chartam sigillo regis Bohemorum signatam, in qua haec eadem expressius scripta continebantur. Cuius rescriptum vestrae sapientiae misimus, ut plenarie rem cognoscere valeat discretio vestra. Hanc autem chartam idcirco dominus imperator recitari praecepit, ut affectum misericordiae suae erga Saltzburgensem ecclesiam diu afflictam ostenderet, pro cuius liberatione tantam oblationem respuisset. Ipse vero dominus noster archiepiscopus hanc conventionem negat esse factam et suo consilio et conscientia. Itaque cum de his deliberando consideret tota ecclesia, flagitatum est ab omnibus, ut literae vestrae sanctitatis, per venerabiles dominos et prepositos maioris ecclesiae Saltzburgensis et Romanum[e] Gurcensis ad ecclesiam missae, publice recitarentur, sine quibus consilium plenum haberi non posset de tanto negocio. Lectae sunt itaque coram ecclesia. Et quod vera sunt singula capitula consensit chorus et praelati ministeriales universi. Supervenit interea H. proximus nuntius noster deferens literas vestrae sanctitatis, quae coram universitate lectae sunt, et cum debita veneratione et magna gratiarum actione et laetitia susceptae sunt. Et res dominum imperatorem non latuit, et ipse patienter dissimulavit. Interea ex improviso dominus archiepiscopus appropinquare cepit civitati, postulans conductum ad curiam, unde facta est magna laetitia; speravimus enim, quod divina gratia aliquem bonum exitum per eius adventum nobis demonstraret. Dato itaque conductu permisit imperator, ut liceret, quicunque ei loqui voluisset. Mediantibus itaque episcopis et aliis principibus, suis amicis, obtulit dominus imperator domino nostro archiepiscopo iusticiam et gratiam, et in arbitrio archiepiscopi posuit, utrum ipse in praesenti curia hoc recipere vellet, an aliam curiam eligeret. Ipse vero aliam curiam elegit et sacramentum sponte obtulit, quod in illa curia se praesentaret, stare iusticiae et gratiae. Forma autem oblatae gratiae haec erat, ut si diffideret iusticiae et se in gratiam ponere mallet, quod dominus imperator alias propter Saltzburgensem ecclesiam secundum[f] patris sui et avunculi

262. *d)* ‚disiunctam‘ *B, ubi post hanc vocem lacuna aliquot literarum spatium continens sequitur;* ‚districtionem‘ *corrigendum esse putat Erben.* — *e)* ‚Saltzb. et Romanum‘ *deest in B; addidit Jaksch.* — *f)* ‚et‘ *B; corr. Sudendorf.*

sui et aliorum principum consilium eum honorare intenderet. Formam autem huius conventionis scribi iussit dominus imperator, ut firmissimo pacto omnia fierent, ita ut neuter eorum a suo promisso discedere posset. Eodem vero die, cum iidem mediatores principes ad archiepiscopum pro definitione huius verbi convenissent, ipse mutaverat omne verbum et oblationem domini imperatoris recipere noluit, quam prius devotissime susceperat, et pro qua sacramentum sponte promiserat, verum tamen de his per noctem se deliberaturum pollicitus est. Igitur episcopi et omnes principes, se quasi irrisos et contemptos iudicantes, cum maxima indignatione ab eo recesserunt. Adhuc tamen nos liberationi ecclesiae intendentes, destinavimus de choro quosdam venerabiles fratres, qui summo diluculo ad eum exierunt, si forte ad aliquam salutem ecclesiae animum eius reducere possent. Sed cum ad locum pervenissent, ipsum non invenerunt, quia nocte recesserat et ita ecclesiam desolatam et totam curiam exacerbatam reliquit. Igitur dominus imperator se illusum et totam curiam graviter indignans iterum ad suam artam propositionem revertitur de eligendo et recipiendo episcopo. Videntes vero episcopi ecclesiam super modum sollicitam et ignorantem, quid faceret, labores nostros miserati, assumptis principibus strenua intercessione et humillima prece ecclesiae vix inducias usque ad festum sancti Ioannis Baptistae obtinuerunt, ut tunc remota omni dilatione alterum propositorum faciamus. Dedit quoque mandatum districtum, ne aliquis nostrum infra illum terminum domino nostro loqui, vel aliquid mandare, vel eius mandatum accipere praesumat, sicut vitam et res nostras diligamus. Vestra igitur, pater sanctissime, paterna prudentia filiis periclitantibus ita succurrere dignetur, ne vobis et nobis tanta irrecuperabiliter pereat ecclesia.

263.

Alexander III papa praepositis ecclesiarum Salisburgensis et Gurcensis respondet, se molestias ecclesiae Salisburgensis aegre ferre. Hildebrandum cardinalem, legatum suum ad eos non venisse, quod rectores marchiae Tarvisii eum, ne iter pergeret, prohibuissent. Reprehendit, quod falsos rumores disperserint, se in animo habere Adalbertum archiepiscopum sede tollere. Nuncios sibi retulisse, ea, quae archiepiscopo crimini darentur, falsa esse. Utraque parte exaudita, se quid decreverit communicaturum.

[Tusculani 1172] iun. 12.

Pez, Thesaurus anecd. VI, ps. I, pag. 389, num. 3 (e codice quondam monast. Windberg). = Erben, Reg. I, pag. 159, num. 360. = Migne, Patrolog. lat., tom. 200, pag. 1120. = Jaksch, Monum. hist. ducatus Carinthiae I, pag. 207, num. 276. — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 123, num. 47. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 12153.

De tempore cf. Fechner in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XXI, pag. 308; Reuter, Gesch. Alexanders des Dritten III, pag. 82.

Alexander,[a] episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Salzpurgensi et Gurcensi praepositis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum toties replicetis oppressiones et anxietates, quibus ecclesia vestra affligitur, vobis super his mentis affectu compatimur et condolemus, et si non verbo vestro ac consilio fratrum vestrorum seu conscientia vos invenissemus, quod vobis super tantis laboribus et pressuris consilium et auxilium possemus impendere, toto desiderio impendissemus. Nam in eo sumus desiderio et proposito constituti, ut eidem ecclesiae, quam in devotione sancti Petri et nostra ita solidatam atque firmatam videmus,[b] ut neque ventorum turbine nec tempestatum procellis a suae potuerit constantiae virtute divelli, pro nostri officii debito gratanti animo velimus intendere et his, quae ad incrementum et conservationem eius pertineant, promptam diligentiam adhibere. Totius namque humanitatis et rationis videremur obliti, si tantae devotionis essemus immemores et oblivione aliqua praetermitteremus molestias et persecutiones, quas pro amore iustitiae immobili firmitate noscitur pertulisse. De caetero licet nobis significaveritis, quod dilecto filio nostro H.,[1] basilicae XII apostolorum presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, plenam securitatem invenissetis, quo tute poterat et secure ad praedictam ecclesiam accedere, ipse tamen longe aliter nobis significavit, quod cum usque ad Tarvisium pervenisset et ibi per dies aliquot expectasset, nec vos nec alios obviam habuerit, qui ei securum ad destinatum locum commeatum praestarent, et rectores marchiae dubitantes et timentes, ne sine ipsis cum F.,[2] dicto imperatore, pacem componeremus, eidem cardinali prohibuerunt, ne ultra progrederetur. Praeterea nuntii venerabilis fratris nostri A.,[3] Salzpurgensis archiepiscopi, coram nobis et fratribus nostris constanter proposuerunt, quod ei litteras nostras, quibus illi mandaveramus, ut ad vocationem cardinalis veniret, nullatenus reddideritis, sed per Bavvariam, Boloniam et Boemiam, Germaniam et Vngariam publice feceritis praedicari, quod depositionem et eiectionem praedicti archiepiscopi omnino intenderemus. In quo utique gravati sumus et plurimum turbati et non modicum est honestati nostrae detractum, et fama nostra lacerata apud multos, qui forte aut intentionem nostram ignorabant aut detrahendi et insultandi nobis libenti animo materiam et occasionem quaerebant. Adiecerunt insuper, quod archiepiscopus nulla ratione potuisset habere ducatum et quod praelati non valuissent ad ecclesiam illam tute accedere, sed unus ex eis, qui maiori se credebat patrono fretum, spoliatus fuisset in reditu et inhoneste satis et indecenter tractatus. Suggesserunt quoque, quod litteras, quas pater eius a praedicto imperatore obtinuit, recipere noluerit, sed omnino earum abhorruerit adimplere tenorem, volens in fide katholica et devotione ecclesiae ac nostra firmiter permanere. Pater eius non ea consideratione iam dictas litteras, sicut dicitur, impetravit, quod ipsum vellet a katholica unitate recedere, sed ut

263. *a)* ‚A.' *Pez.* — *b)* ‚videmus' *addidit Pez.*
[1]) *Hildebrando.* — [2]) *Friderico.* — [3]) *Adalberti.*

imperatoris animum inquireret et eius expressius cognosceret voluntatem, per quod daretur intelligi,[c] quod imperator non tantum quaereret et concupisceret, quod ecclesiam Salzpurgensem ordinaret, sed ut ab obedientia et devotione Romanae ecclesiae fieret aliena. Sane cum uni nuntiorum praefati archiepiscopi, qui adhuc praesens erat, proposuissemus, quod archiepiscopus ornamenta ecclesiae cuidam sortilegae et incantatrici delegasset, id omnino negavit et falsum prorsus asseruit. Et quia scripta vestra varia et diversa intendimus, cum vos sub uno sigillo ex parte totius capituli et praelatorum Salzpurgensis archiepiscopatus contra eum scribitis, et nuntii archiepiscopi multorum et eorum fere praelatorum scripta sub sigillis singulorum affirmaverint, cum omni instantia nostram auctoritatem postulantes, nos ei non possumus nec debemus nostrum denegare auditum, vel causam illius aliis iudicibus committere, quippe qui nostrum elegit examen, et apud nos, si qui voluerint eum accusare,[d] solummodo postulat iudicari. Neque vos debetis ei obedientiam et reverentiam debitam subtrahere, sed devoto animo et humili spiritu exhibere. Data[e] II idus iunii.

264.

Fridericus I, imperator Romanorum, monasterii Pegaviensis protectionem suscipit. — Inter testes: ‚Vdelricus, filius ducis Boemię'.

Altenburg 1172 iul. 21.

Chroust, Unedierte Königs- u. Papsturkk. in Neues Arch. d. Ges. f. ält. deutsche Gesch. XVI, pag. 144. — Cod. dipl. Saxoniae regiae I Hauptth., tom. II, pag. 267, num. 384. — Stumpf, Reg. num. 4137.

265.

Siboto, maioris ecclesiae Salisburgensis praepositus, et Henricus, sancti Petri Salisburgensis abbas, cum ceteris ecclesiae Salisburgensis praelatis, qui sunt in Bavaria, apud Adalbertum, Salisburgensem archiepiscopum, conqueruntur, quod ab illo ad capitulum in oppido Leibnitz[1] indictum venire iussi sint. Qua ab evocatione desistat, rogant simulque ad pacem et ecclesiam de imperatoris manu liberandam omni humilitate et patientia intendat, hortantur.

[1172 nov.—dec.]

Pez, Thesaurus anecd. VI, ps. 2, pag. 48, num. 70. = Erben, Reg. I, pag. 153, num. 346 (ad ann. 1174). — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 123, num. 49.

De tempore vide Meiller l. l., pag. 484, not. 20.

---

263. *c)* ‚intelligi' *supplevit Pez. — d)* ‚accusare' *supplevit Erben. — e) post hanc vocem in codice lacuna erat.*

265. [1]) *Oppidum Styriae ab urbe Graz ad meridiem situm.*

266.

Fridericus I, Romanorum imperator, ministeriales Salisburgensis ecclesiae admonet, ut a clericorum rebellium consilio decedant. *[1173 ante apr. 8.]*

Apographum saec. XVI in codice epist. imperatorum ꝛc. in bibliotheca regia Hannoverae XI 671, fol. 500 (B).

Sudendorf, Registrum I, pag. 78, num. 32. = Erben, Reg. I, pag. 150, num. 338. — Fechner in Arch. f. österr. Gesch.-Qu. XXI, pag. 309 et 339. Cf. Reuter, Gesch. Alexanders des Dritten III, pag. 88.

Fridericus, dei gratia Romanorum imperator semper augustus, senioribus et sapientibus ministerialibus de Saltzburg gratiam suam et omne bonum. Vos scitis et videtis, quantam iniuriam et violentiam omnes clerici Saltzburgenses et quidam laici, homines non bene sapientes, ecclesiae cum suo electo nobis faciunt et imperio. Cogitate igitur fideliter et sapienter, quid nobis et imperio debeatis, et quid ecclesiae Saltzburgensi similiter debeatis, et sapienti consilio ad hoc modis omnibus laborate, ne pro tam stulta occasione superborum et rebellium clericorum honor noster et imperii minuatur et ne tam nobilis ecclesia cum toto episcopatu destruatur. Si enim ultimum punctum advenerit et si ad destructionem sententia principum data fuerit, tarde tunc poenitebunt, tarde tunc venient bona consilia, et ideo, quicquid posthac inde contingat, apud deum et homines omnino volumus excusati esse et absoluti. Nos patruo nostro,[1] electo eorum, et clero et toti familiae Saltzburgensi curiam et locum apud Wormaciam[a][2] ex iudicio dedimus, sed si vos prius ad consilium nostrum venire velletis, forsitan ex ipso vestro consilio et nostro et principum nostrorum omnia damna ista provideri possent, ne contingerent.

267.

Adalbertus, archiepiscopus Salisburgensis, apud Sibotonem, ecclesiae Salisburgensis praepositum et Henricum sancti Petri Salisburgensis abbatem universumque clerum et ministeriales ecclesiae Salisburgensis per litteras queritur, quod Henricus, episcopus Gurcensis, et Conradus, archiepiscopus Maguntinus, apud Alexandrum III papam obtinere studeant, ut ecclesia Gurcensis et quaedam ecclesiae in Styria ab ecclesia Salisburgensi separentur. Quibus consiliis, ut in proxima curia imperatoris [Wormaciae indicta] repugnent, rogat.

[1173 ante apr. 8.]

---

266. *a)* ‚Wolmaciam' *B.*

[1]) *Adalberto.* — [2]) *De curia hac die 8 aprilis 1173 habita v. Annal. Col. max. in Mon. Germ. Scr. XVII, pag. 785.*

Apographum saec. XVI in cod. epist. imperatorum ꝛc. in bibliotheca regia Hannoverae XI 671, fol. 513—514.

Sudendorf, Registrum II, pag. 151, num. 66. = Erben, Reg. I, pag. 150, num. 339 (fragm.). — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 124, num. 53. — Zahn, Urkundenb. d. Herzogt. Steiermark I, pag. 523, num. 553. — Jaksch, Monum. hist. duc. Carinthiae I, pag. 214, num. 281. — Fechner in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XXI, pag. 339. — Cf. Reuter, Gesch. Alexanders III, tom. III, pag. 90 et Schmidt in Arch. f. österr. Gesch.-Qu. XXXIV, pag. 109.

268.

Hartmannus de Mirkov in lite, quam cum Slavkonis filiis de praediorum commutatione, ab iis primum accepta, tum denegata, habuisset, ius suum se obtinuisse profitetur. *[1158—1173.]*

Memoria manu saec. XII ex. in scheda membranae scripta in tabulario capituli metropolit. Pragensis (A).

Emler, Reg. II, pag. 1217, num. 2783.

Scriptum hoc, nec sigillo, nec alio quodam probationis signo instructum, non nisi simplex est relatio, cui fides quaedam publica nullo modo habebatur, cum memoriae tantum inserviret.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego videlicet Hartmannus de Mircov concambium fecerim cum filiis Zlauk, cognatis meis, in villa mea, mihi accipiens quidem ad aratrum, dans illis de meo patrimonio duplex predium. Postea penite[nti]a[a] ducti ex malignitate concambium denegaverunt esse factum. Sed ego ex iure huius terrę testes producens ius meum coram rege[b] et omnibus principibus terrę obtinui. In quo testimonio presentes aderant ipse rex[1] et filii eius et frater eius et episcopus de Moravia. Testes Andreas, Ztoik et Zlavk filius eius, Pribizlav, Petr, Gozten, Bertolt, Hartvvik filius Ztrih, Milk et filius e[i]us[a] Pribizlav de villa Bernhardi.

269.

Fridericus I imperator Romanorum, Hermannum, ducem Carinthiae, rogat, ut nepoti suo Otacaro VI, marchioni Styriae, pacem teneat usque ad sex hebdomadas post Pentecosten, tunc enim curiam Ratisbonae se celebraturum esse.[1]

---

268. *a) membrana laesa. — b) ex* ‚regem', *radendo corr.*
[1]) *Vladislaus I 1158—1174 ian. 18.*

269. [1]) *Curiam hanc die 24 iunii habitam esse referrunt Annal. Col. max. in Mon. Germ. Scr. XVII, pag. 787. Chronicon Magni presb. ibid. XVII, pag. 499 diem 26 maii (VII kal. iunii) minus recte adfert.*

Addit: ,Praeterea in ea fide, qua nobis teneris, dilectionem tuam monemus et intime petimus, quatenus Albertum Bohemum ab archiepiscopatu Salisburgensi penitus fugare et modis omnibus persequi non omittas.'

[1174 cc. mai.]

Apographum saec. XVI in cod. epist. imperatorum sc. in bibliotheca regia Hannoverae XI 671, fol. 501.

Sudendorf, Registrum I, pag. 79, num. 33. = Erben, Reg. I, pag. 152, num. 344 (fragm.). — Zahn, Urkundenb. d. Herzogt. Steiermark I, pag. 529, num. 557. — Fechner in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XXI, pag. 339 (reg.). — Cf. Reuter, Gesch. Alexanders des Dritten III, pag. 92.

270.

Oldricus, dux Moraviae, ecclesiae sancti Venceslai in Olomuc villam Uhřičice cum omnibus pertinentiis donat. *Olomucii 1174 [ante sept. 8].*

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metrop. Olomucensis asservatur (A). — Adest etiam apographum in codd. mss. privilegiorum eccl. Olomuc. saec. XIV: a) in tabulario capit. Olomuc. E I 27 pars II fol. 1 num. 1, b) in tabulario archiepisc. Cremsirii Cop. I fol. D I^v num. 20 (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 286, num. 310 (ex B). = Erben, Reg. I, pag. 151, num. 341 (extr.). — Imaginem phototypicam praebet Friedrich, Monum. palaeogr. Bohemiae et Moraviae, tab. 7. — Cf. Snopek in Hlídka IV (1899) pag. 461.

Autographum per scriptorem quendam ecclesiae Olomucensis scriptum esse videtur, qui arengam et quaedam alia ex Henrici II episcopi diplomate de sedis episcopalis ad ecclesiam s. Venceslai translatione (v. num. 115) ad verbum descripsit. — Ante diem 8. septembris donationem factam esse ex eo patet, quod Gerlacus de Ulrici ducis expeditione refert: ,Anno dominicae incarnationis MCLXXIV *[cod. erronee:* MCLXXV *habet]* circa nativitatem beatae Mariae virginis Zobezlaus dux mittit Udalricum fratrem suum cum exercitu in Lombardiam ad imperatorem obsidentem vel potius obsidere volentem tunc temporis Alexandriam civitatem et quasdam alias, quibus iratus fuerat' *(Fontes rer. Boh. II, pag. 468).*

§ In nomine sancte et individue trinitatis amen. § Oldricvs,[a] dei gratia Morauorum dux, omnibus[b] ‖ ortodoxis catholicę ecclesię filiis. Benedictus deus, qui suę virtutis efficatiam in nobis operando ad perficiendum, quod devoto ‖ versabatur in pectore, et voluntatem nobis attulit et facultatem non abstulit. Quippe notum sit universis in Christo ‖ fidelibus tam presentis quam futuri temporis, quod ego Oldricus, dux predicte terrę, communicato cum omnibus terrę primatibus consilio, in[c] expedicionem Ytalorum cum imperatore Fredrico profecturus, pro meę ac[d] parentum meorum animarum remedio villam Ugricic[1] cum omnibus suis pertinentiis omnipotenti deo et ęcclesię beati

270. *a)* ,Oldricvs' *caracteribus maiusculis scriptum A. — b)* ,bus' *ex* ,b;' *eod. atramento corr. A. — c)* ,i' *radendo ex* ,p' *corr. A. — d)* ,pro meę ac' *in loco raso eadem manu et eodem atramento scriptum est; genuine errore scribentis* ,pro animarum' *hic scriptum fuisse videtur.*

[1]) *Uhřičice, distr. pol. Přerov (Prerau).*

Wencezlai martyris in civitate Olomuc divina annuente clementia obtuli ad abendum, integraliter possidendum et quicquid ęcclesia inde velit faciendum. Ut autem hęc laudabilis nostre largitionis ordinatió rata et inviolabilis in perpetuum permaneat, scripto commendari et sigilli nostri inpressione confirmari precepimus, et ut perpetuo anathemate[e] ab episcopo firmaretur, rogavimus, et dum fieret, presentes asttimus.[f] Actum Olomuc anno dominice incarnationis millesimo CLXXIIII, regnante Fredrico Romanorum imperatore et Sobezlao ducatum in Boemia gubernante, ac venerabili domino Dethlebo sedi Olomucensis ęcclesię presidente. Testes autem, qui presentes aderant, subter notari fecimus; quorum nomina hęc sunt: Inter ęcclesiasticas personas: Michael abbas de Gradisc, Cuno abbas de Trebeic, Pancratius huius eccllesie[g] canonicus, Crina canonicus et archidiaconus,[h] Preuoi canonicus et archidiaconus,[h] Dionis canonicus, Baluinus canonicus et archidiaconus,[h] Vgra canonicus, Hualco custos et canonicus, Voina canonicus, Huallco canonicus, Bosco canonicus, Rengotus, Stanko canonicus, Vtesen canonicus. Inter seculares vero personas: dux et frater noster Vacezlau, Slauebor camerarius cum fratre suo Paulo, Cstata Olomucensis castellanus cum filio[i] suo Jaros, Albertus, Mladota iudex, Petrus iudex, Michal frater suus, Bogusa Suar, Milata, Ratibor castellanus de Godonin, Jaros castellanus de Prerou, Boris cum duobus filiis, Moiec castellanus de Brnen, Twrdsa castellanus de Podiuin, Wlastibor, Sulislau, Vacemil, Zbramir.

Sigillum nunc deperditum in tergo diplomatis affixum erat in scidula membranae, quae per duas rimas, inter voces ‚asttimus‘ *et* ‚Actum‘ *membranae incisas, transmissa est.*

271.

Alexander III papa Chunrado, archiepiscopo Maguntino, apostolicae sedis legato, scribit, Henricum, episcopum Gurcensem, una cum Richero, quem Ratisbonae episcopum Brixinensem illicite consecrasset, episcopatum Salisburgensem, Adalberto abrogatum, ad Henricum, praepositum Berchtesgadensem, detulisse. Quod facinus irritum denunciet. Mandat, ut utrumque episcopum et praepositum, clerum populumque Salisburgensem ad Adalberti oboedientiam revocet.

Anagniae [1174] sept. 8.

Exemplar exstat in Chron. Magni presb. in Monum. Germ. Script. XVII, pag. 490. — Erben, Reg. I, pag. 153, num. 347. — Jaksch, Monum. hist. ducat. Carinthiae I, pag. 219, num. 287. — Jaffé, Reg. pontif.[2] *num. 12390.*

---

270. *e)* ‚h‘ *eodem atramento superscriptum A. — f) genuine scriba* ‚affuimus‘ *posuit, quod postea in* ‚astitimus‘ *corrigere voluit, sed tantum priore litera* ‚f‘ *erasa, ex altera* ‚s‘ *fecit et* ‚u‘ *in* ‚tt‘ *mutavit, inter quas literas* ‚i‘ *addere oblitus est. Post hanc vocem spatium 69 mm continens vacuum relictum est. — g)* ‚ecclie‘ *A. — h)* ‚et archidiaconus‘ *eadem manu superscriptum A. — i) corr. ab ipso scriptore ex* ‚fuo‘ *secunda hasta literae* ‚u‘ *in* ‚l‘ *mutata et altera* ‚i‘ *superscripta A.*

272.

Alexander III papa Adalbertum, archiepiscopum Salisburgensem, ne animo cadat, hortatur. De epistolis archiepiscopo Maguntino scriptis, quarum exemplar adiungit, certiorem facit. *Anagniae [1174] sept. 8.*

Apographum servavit Chronicon Magni presb. in Monum. Germ. Script. XVII, pag. 499. — Erben, Reg. I, pag. 154, num. 349. — Meiller, Reg. archiep. Salisburg. pag. 125, num. 60. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 12392.

273.

Alexander III papa Sibotonem, praepositum et clerum ecclesiae Salisburgensis, ut ad Adalberti archiepiscopi oboedientiam revertantur, monet.

Anagniae [1174] sept. 8.

Apographum exstat in Chron. Magni presb. in Monum. Germ. Script. XVII, pag. 500. — Erben, Reg. I, pag. 154, num. 348. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 12391.

274.

Conventus monasterii sancti Petri Salisburgensis Adalberto archiepiscopo de persecutione, qua propter suam in eum caritatem vexatur, scribit. Capitulum Salisburgense Henrici novi archiepiscopi electi auctoritatem sequi nuntiat. Quaerit, num sibi pro Henrico, episcopo Gurcensi defuncto, preces facere liceat.

[1174 post oct. 3.]

Apographum saec. XVI exstat in cod. epist. imperatorum ɔc. bibliothecae regiae Hannoveranae XI 671, fol. 515—516 (B).

Sudendorf, Registrum II, pag. 152, num. 67. = Erben, Reg. I, pag. 154, num. 350.

Reverendo domino et patri A.,[1] dei gratia Saltzburgensis ecclesiae archiepiscopo, humilis conventus pauperum Christi de monasterio sancti Petri Saltzburgensis assiduas orationes, obedientiae et devoti serviminis sincerum affectum. Si adhuc latet sanctitatem vestram, amantissime domine, qualiter nos, miseri devoti famuli vestri, oppressionibus angariati sumus, plurimum dolemus. Si vero audistis, quod ex longo tempore nihil consilii et auxilii et consolationis a vestra paternitate recepimus, quae causa sit, satis superque miramur. Siquidem nos post multos terrores et minas, cum ab obedientia vestra nullatenus revocari possemus, tandem ante tribunal secularis iudicis, ducis scilicet Bauariae,[2] per multas accusationes

274. [1]) *Adalberto.* — [2]) *Henrici; cf. Chron. Magni presb. in Mon. Germ. Scr. XVII, pag. 498.*

exhibiti sumus, quasi ex eo rei inventi fuerimus, et carceres et vincula et proscribi meruerimus, quod a fide et dilectione patris et pastoris nostri discedere et alienum sequi noluimus. Sed divina miseratione secus, quam hominum perversorum malitia circa nos moliretur, actum est. Nam adhuc in fide et unitate ecclesiae immobili gradu perseveramus et pro confusione temporali futuram gloriam expectamus. Sed et hoc minime paternitatem vestram latere[a] volumus, quod, ex quo sententia excommunicationis vestrae in superelectum illum[3] promulgata est, pauci de maiore monasterio ab illius communione abstinent, imo quorundam assertio est, huiusmodi vestram excommunicationem, quasi legitima et canonica non sit, in irritum debere duci, et super hoc ad audientiam domini papę a vobis appellatum est. Nos vero, quid in his agere, et si communicare communicantibus excommunicato, praesertim dominis de maiore monasterio, debeamus, pertimescimus. Praeterea non modicus clamor utriusque partis contra nos exortus est, eo quod audita morte Gurcensis episcopi,[4] in orationibus et vigiliis et missarum celebrationibus ipsi debitum officium humanitatis et compassionis non exsolvimus. Quod alia de causa nulla fieri distulimus, nisi quia a vestra authoritate super hoc certum responsum expectamus, praesertim cum in eo peccatum inobedientiae in curia, quae ab imperatore Ratisbonae[5] habita est, in ordinatione Brixinensis[6] quasi scelus idololatriae[b] sine confessione, ubi audivimus, inventum est. De his itaque omnibus consi ium a vestra serenitate expectamus. Optime igitur et clementer feceritis, si sub omni festinatione literis vestris parvitatem nostram de singulis instruxeritis. Caeterum obnixe implorando precamur clementiam vestram, quatenus praefato defuncto Gurcensi, si quid in vos deliquit, misericorditer ignoscatis et, si aliquo vinculo tenetur, per indulgentiam, quod vestrum est, absolvatis. Significate et domino Gurcensi electo,[7] quatenus libros nostros, qui incendio superfuerunt, ob memoriam defuncti nobis restituat.

275.

Fridericus I, imperator Romanorum, monasterium Morimonte[1] *supra Ticinum protegendum suscipit. — Inter testes:* ‚Ulricus, dux Boemorum‘.

In obsidione Roboreti 1174 dec. 19.

Ughelli, Italia sacra (ed. Coleti) V, pag. 165. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 290, num. 314 (reg.). — Erben, Reg. I, pag. 155, num. 351 (reg.). — Stumpf, Reg. num. 4172.

---

274. *a)* ‚latere‘ *om. B; supplevit Sudendorf. — b)* ‚idolatriae‘ *B.*
[3]) *Henricum praepositum Berchtesgadensem die 26 maii 1174 in archiepiscopum Salisburgensem electum. —* [4]) *Henrici I † 1174 oct. 3; v. Annal. s. Ruperti in Mon. Germ. Script. XI, pag. 777. —* [5]) *1174 mai 26; v. Chron. Magni presb. in Mon. Germ. Script. XVII, pag. 498. —* [6]) *magistri Richeri. —* [7]) *Romano II.*

275. [1]) *Inter Mediolanum et Vigevano.*

276.

Fridericus I, imperator Romanorum, comitibus de Plaien[1] *gratias agit, quod Salisburgenses, imperii et ecclesiae hostes manifestos impugnare ac debellare non desistant; admonet, ut eosdem porro persequantur, seque illis damna, quae acceperint, reparaturum esse pollicetur.* *[1174.]*

Sudendorf, Registrum I, pag. 79, num. 34 = Erben, Reg. I, pag. 152, num. 345 (extr.). — Fechner in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XXI, pag. 339 (reg.).

277.

Fridericus I, imperator Romanorum, Soběslaum ducem Bohemiae, reprehendit, quod Fridericum, episcopum Pragensem, ad se venire non permiserit. Hortatur, ut cuidam consanguineo suo, praeposituram Melnicensem concedat; responsum regis Hungariae super legatione sua sibi rescribat; militum sibi subsidio missorum virtutem excitet. *[1174 ex.—1175 in.]*

Apographum saec. XVI exstat in cod. epist. imperatorum, regum etc. in bibliotheca regia Hannoverae XI, 671, fol. 524 (B).

Sudendorf, Registrum I, pag. 80, num. 35. = Erben, Reg. I, pag. 155, num. 353. = Tourtual, Forschungen zur Reichs- u. Kirchengesch. d. XII Jh., pag. 240.

De tempore huius epistolae cf. ea, quae Gerlacus Milovicensis de Udalrici ducis expeditione Italica ad a. 1175 in Font. rer. Boh. II, pag. 469 refert. Vid. Bachmann, Gesch. Böhmens pag. 357, not. 4; Fechner, Leben des Erzb. Wichmann v. Magdeburg in Forschg. z. deutsch. Gesch. V, pag. 454.

Fridericvs,[a] dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Z.,[b1] duci Bohemiae, gratiam suam et omne bonum. Miramur, quare F.,[2] Bragensem episcopum, consanguineum nostrum[3] secundum petitionem nostram nos adire non permiseris. Hinc perpendimus voluntatem tuam erga nos non esse perfectam, et maxime cum ab Iheronymo,[c] consanguineo nostro, capellam, quam a rege acceperat, abstuleris. Igitur, ut huius offensionis nos immemores facias, eidem H.[d] praeposituram in Milinich[4] concedas, ut per hoc episcopus animum tuum

---

276. [1]) *Plain a Salzburg versus meridiem et occidentem.*

277. [a]) *litteris maiusculis scriptum B.* — [b]) ‚L' *B.* — [c]) *lectio nominis incerta est. Sudendorf hic* ‚Be͂' *legit, sed codex hoc loco* ‚ihe͂' *habet, quod potius* ‚Iheronymo' *interpretandum esse videtur.* — [d]) *Sudendorf lectionem* ‚B' *proponit, sed littera* ‚Ƅ' *codicis mihi potius* ‚H' *legenda et* ‚Hieronymo' *explicanda esse videtur.*

[1]) *Zobeslao.* — [2]) *Fridericum 1169—1179.* — [3]) *Fridericum episcopum, comitis palatini de Putelendorf filium, Gerlacus Milovicensis (Fontes rer. Boh. II, pag. 463) „cognatum et ipsae reginae" (Judithae) appellat, quae Conradi III regis neptis, igitur etiam Friderici I imperatoris cognata erat.* — [4]) *Mělník in dextra Albiae ripa a Praga versus septentrionem.*

sibi inclinatum agnoscat; nam maiora sibi de te sperare licet pro beneficiis in te collatis. Praeterea quid responsi dederit rex Hungariae super legatione nostra, per Magdeburgensem archiepiscopum[5] literis nobis significes; in quibus addas hortamenta militibus, quos misisti ad nos, ut expeditionem strenue administrent, divitiis et honoribus a nobis amplificandi, retro vero cedentibus totius regionis aditu penitus excluso. Vale.

278.

Soběslaus II, dux Bohemiae, Meinero, abbati Plassensi, eiusque monasterio circuitum Obora, Křečov et Babina et alium circuitum Lomnička et Lité iure proprietario donat eiusque praedia Sušany et Erpužice cum suis Oujezd et Luhov commutat. — *1175* —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Dobner, Monum. hist. Boemiae IV, pag. 244, num. 38. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 290, num. 315. — Erben, Reg. I, pag. 155, num. 352. — Scheinpflug, Materialien zu einer Gesch. v. Plass, in Mittheil. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII (1873), pag. 58, num. 3 (reg.).

Autographum manu quadam ignota, quae iam in nullo prorsus alio Soběslai ducis diplomate in conspectum redit, exaratum in monasterio ipso scriptum ibique etiam verbis contextum esse videtur.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod ego Zobezlaus, gratia dei dux Boemię, prospiciens animę salutique meę, abbati in Plaz,[1] videlicet Meynero ceterisque mona||chis fratribusque, dei servis, ibidem devote deo famulantibus, in remissionem peccatorum meorum dedi circuitum Oboram,[2] Cretzkov[a 3] et Babinam[4] cum pratis et aquis, || quę sunt infra eundem circuitum; et alium circuitum nominę Lomnice[5] et Luti[6] similiter cum suis pratis et aquis proprietario[b] iure possidendos eisdem fratribus in perpetuum || dedi. Preterea idem abbas cum fratribus suis adiens me obnixe rogavit de predio tradito sibi a quodam comite nominę Bolic, filio Nacezsse,[c] pro salute animę suę, quatenus hoc meis bonis concambio commutarem; quod et feci tradens eis predium nomine Ogiezd[7] pro suo, quod

277. [5]) *Wichmannum.*

278. *a)* ,z' *in loco raso scr. A.* — *b)* ,e' *alio atramento magis distincto addita A.* — *c) genuine* ,Nacezesse', *sed altera* ,e' *puncto subposito deleta A.*

[1]) *Plasy, germ. Plass, distr. pol. Kralovice (Kralowitz).* — [2]) *Obora prope Kralovice.* — [3]) *Křečov, germ. Křečowa, inter Plasy et Manětín.* — [4]) *Babina prope Kralovice.* — [5]) *Lomnička prope Manětín, distr. pol. Kralovice.* — [6]) *Lité, germ. Littau, prope Manětín, distr. pol. Kralovice.* — [7]) *Oujezd, germ. Aujezdl, prope Manětín, distr. pol. Kralovice.*

dicitur Zussan,[8] ex parte eorum additis, ut concambium equi existimatione constaret, octo talentis. Commutavi etiam eisdem petentibus aliud predium Erposiz[9] nominę, quod contulit eis pro salute animę suę Boguzlaus scilicet camerarius, filius Scaste, predio meo dicto Lugov.[10] Ut igitur omnium horum actio rata et inconvulsa maneat, cum testimonio omnium eorum, qui tunc presentes erant, confirmari precepi cum carta et sigillo meo: Fridericus Pragensis episcopus, Detelebus Olomucensis episcopus, Geruuasius cancellarius et prepositus Wissegradensis, Florianus notarius, Cec iudex curię, Sdezlaus camerarius, Riuinus prefectus de Cladesc et frater eius Pelegrinus, Jarognev prefectus de Sathec, Zezema prefectus de Plizen cum filio suo Zezema, Dlugomil pincerna, Witek dapifer, Mutine prefectus Pragensis et frater eius Dobrogost, Kohan prefectus de Dudeleb, Petrus prefectus de Dreuuic cum fratribus suis Milgost et Agna, Hartelebus camerarius episcopi, Ǒlricus filius Stibor cum fratrę suo Beneda, Hermannus agazo cum fratribus suis Gauel[d] et Zauise, Woc prefectus de Budisin, Budiwoi prefectus de Sceazlav. Ego vero quoad vixero, ut orationibus eorum inserar, prout potero, libenter patrocinabor. Acta sunt hęc anno incarnationis domini MCLXXV, indictione octava. Data per manum domni Geruasii cancellarii et prepositi Wisegradensis. (S. I.)

Diplomati impressum est sigillum rotundum e cera nigra confectum, duo latera habens, cuius diametros 81 mm efficit. In parte priore figura ducis in solio sedentis depingitur, qui manu dextra vexillum tenet, sinistra scuto innititur. Circumscriptio: ✝ SOBEƧLAVS DEI GRATIA BOEMORVM DVX. *Pars aversa sanctum Venceslaum in solio sedentem ostendit, qui manu dextra vexillum tenet, sinistra scuto innititur. Circumscriptio:* ✝ SANCTVS WENCEƧLAVS DVX.

279.

Soběslaus II, dux Bohemiae, monasterio Kladrubensi circuitum apud rivos Suchá, Trnová et fluvium Misa situm et prata in loco Sedliště dicto donat; homines monasterii a silvae succisione absolvit eosque a caniductoribus liberat.

— 1177 m. febr.

Exstant duo autographa in membrana scripta, quorum primum (A) in tabulario c. r. aulico Vindobonensi, alterum (A') in bibliotheca universitatis Pragensis asservatur.

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 511 (fragm. ex A'), v. et. pag. 485. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 295, num. 321 (ex A). — Erben, Reg. I, pag. 156, num. 354.

Autographum A eadem manu exaratum est, quae privilegium Soběslai ducis num. 287 scripsit; autographum A' manu quadam ignota scriptum in monasterio ipso confectum esse videtur.

---

278. *d) ‚e' eod. atramento superscr. A.*

8) Sušany, germ. Zuscha, distr. pol. Chomútov (Komotau). — 9) Erpužice alias Spiřice, germ. Welperschitz, distr. pol. Stříbro (Mies). — 10) Luhov, germ. Lohowa, prope Touškov, distr. pol. Stříbro (Mies).

In nomine dei eterni. Ego Sobezlaus,[a] Boemorum dux, fideliter credo placitum esse deo benefacere bonis et maxime ‖ viris religiosis, quorum orationibus cottidianis longeva felicitate spero conservari et premium eternum promereri. ‖ Notum itaque sit omnibus presentibus et futuris, quod quando divina clementia me liberavit de carceris angustia, ‖ facultates non habui, sicut honorem principalem deceret, et tamen pro pecunia premere populum non volui, qui longa expectatione[b] dominationem meam desiderabiliter expectaverunt, sed quasdam res ecclesie sancte Marie[c] in Claderub[d] [1] ad necessitatem meam, non tamen sine voluntate abbatis et fratrum, accepi. Ad illarum vero rerum restaurationem do ecclesie sancte Marie[c] in Claderub[d] circuitum libere et proprietario iure possidendum in perpetuum.

[A]

Qui[e] circuitus primo trium fluminum ripas, videlicet Zucha,[2] Ternova[3] et Mise[4] et ea, que infra hec flumina sunt, claudens, se extendit ad villam[e]

[A']

Qui circuitus incipit a flumine Sucha[2] et habet terminos suos iuxta flumen Ternaua[3] et iuxta flumen Msa[4] et inde ad villam, que dicitur

Churoied,[f] [5] et de Churoied[f] ad viam, que est inter Churoied et Checchovvic[g] [6] cum pratis et aquis et omnibus, que[h] sunt infra eundem circuitum. Quia vero monasterium illud singulis annis penuria feni affici ab omnibus vicinis illius loci veraciter percepi, prata in loco, qui dicitur Zedlissie,[i] [7] ex utraque parte fluminis integre[k] tradidi. Si quis vero principum vel a me vel a successore meo silvam, que sita est inter circuitum[l] et eadem prata, deservierit, ne aliquam fraudem ecclesia in pratis illis paciatur, perpetua cautela[m] condempno. Omnes homines eiusdem ecclesie sancte Marie[n] absolvo a succisione silve, excepto illo loco, ubi ipsi solent succidere, et a caniductoribus eos liberos esse volo. Actionem[o] istam cum carta et sigillo meo confirmo, presentibus episcopis Friderico[p] Pragense et Tedlebo Morauiense,[p] Ǒdalrico et Watzlao[q] fratribus meis, Geruasio

---

279. *a)* ,Zobezlaus' *A'*. — *b)* ,expectacione' *A'*. — *c)* ,ecclesię sancte Marię' *A'*. — *d)* ,Cladorub' *A'*. — *e)* ,Qui — ad villam' *eadem manu, sed alio atramento obscuriore in loco raso scriptum A; genuine hic eadem scripta esse videntur, quae in altero autographo A' leguntur.* — *f)* ,Chruged et Churugd' *A'*. — *g)* ,Churuged et Checchovoic' *A', ubi* ,vo' *ex* ,vi' *eod. atram. correctum est.* — *h)* ,quę' *A'*. — *i)* ,Zedlicha' *A'*. — *k)* ,in' *ex* ,uf' *superiore parte hastae literae* ,f' *erasa corr. A.* — *l)* ,circuitu' *A'*. — *m) genuine* ,canutela', *sed* ,n' *erasa A'*. — *n)* ,ecclesię sanctę Marię' *A'*. — *o)* ,A' *in loco raso eod. atramento scripta A.* — *p)* ,·F· Pragensis ecclesię et ·T· Olomucensis ecclesię' *A'*. — *q)* ,Ǒdarico et Wratizlao' *A'*.

[1]) *Kladruby, germ. Kladrau, distr. pol. Stříbro (Mies).* — [2]) *Suchá, rivus, qui prope Brod (distr. pol. Planá) in fl. Mže (Mies) influit.* — [3]) *Trnová al. Trnava, rivus apud vicum Trnová (Tirna) in distr. pol. Tachov (Tachau).* — [4]) *Mže, germ. Mies, alias Berounka fl., qui apud Zbraslav in fl. Vltava (Moldau) influit.* — [5]) *Korojedy, germ. Juratin, distr. pol. Tachov (Tachau).* — [6]) *Čečkovice, germ. Eschowitz, distr. pol. Tachov (Tachau).* — [7]) *Sedliště Staré, germ. Alt-Zedlisch, distr. pol. Tachov (Tachau).*

cancellario, Martino preposito Pragense, Paulo decano cum fratribus Pragensibus, Magno decano Wissegradense[r] cum fratribus suis, Heinrico abbate Brunoense,[s] Maingero abbate Plazense,[t] Conrado[u] abbate Nepomukense,[v] Sdezlao camerario, Vitkone[w] dapifero, Dulgomilo pincerna, Hermanno marscalco cum fratribus suis Zauissa et Gaulo, Scecz[x] iudice, Jarogneo castellano de Satehc,[y] Zezema castellano de Pilzen, Blegone castellano de Liuthomeric,[z] Rivvino[aa] castellano de Cladescho[bb] et fratre eius Peregrino, Juriko filio Jurik, Odalrico et Benada[cc] de Suaysin,[dd] Ratibor et Jaros de Scezgouic,[ee] Olrico de Sisencou,[ff] Dobrogost et Mutina[gg] fratre eius de Bukouec.[hh] Et ut nullus successorum meorum hec inmutet, que[ii] ad honorem dei et eius pie matris devote ordinavi, more precessorum[kk] meorum stabilio. (S. I.)

Anno[ll] domini millesimo CLXXVII,[mm] indictione X,[nn] epacta VII, concurrente III,[8] mense februario.[nn]

Datum per manum domini Geruasii, cancellarii et prepositi Wissegradensis ecclesie[oo] feliciter.

Utrique autographo impressum est sigillum de cera fulvi coloris confectum, idem atque in diplomate num. 278; sed tantum illud, quo autographum A instructum est, integrum manet, dum alterius, autographo A' impressi, magna pars defracta desideratur.

280.

Fridericus, episcopus Pragensis, Přibislao, Soběslai ducis militi, pro circuitu iuxta Rokycany sito, quem ille suum esse contendebat, quoque postea abdicavit, Laz villam ecclesiae suae propriam, Soběslao II duce sigillante, iure hereditario tradit. — *1177 mart. 12.*

Autographum in membrana scriptum exstat in tabulario capituli metropol. Pragensis (A).

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 512 (reg.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 296, num. 322 (frgm.) — Erben, Reg. I, pag. 158, num. 358. — Imaginem phototypicam praebet Friedrich, Monumenta palaeogr. Boh. tab. 8.

Autographum fortasse ab eodem scriba confectum est, qui autographum num. 285 exaravit.

279. r) *prima literae* ‚n' *hasta ex* ‚ſ' *statim inter scribendum radendo correcta A'.* — s) ‚Heinricho abbāt' *(sine* ‚Brunoense'*) A'.* — t) ‚Plazcens.' *A'.* — u) ‚Cunrado' *A'.* — v) ‚Nepomuk' *A;* ‚Nepomuch' *A'.* — w) ‚Vitcone' *A'.* — x) ‚Cecez' *A'.* — y) ‚Sathec' *A'.* — z) *genuine* ‚Liuthmer', *sed* ‚o' *eod. atramento superscr. A;* ‚Blegon cast. de Liuthomir' *A'.* — aa) ‚Riuuin' *A'.* — bb) ‚Cladzco' *A'.* — cc) ‚Beneda' *A'.* — dd) ‚Suesin' *A'.* — ee) ‚Ceckouic' *A'.* — ff) ‚Oldrico de Sizinkou' *A'.* — gg) ‚Muthina' *A', ubi sequitur adhuc* ⁊ (= et) *eod. atramento superscriptum.* — hh) ‚e' *ex* ‚i' *eod. atramento corr. A'.* — ii) ‚quę' *A'.* — kk) *ita A et A'.* — ll) ‚Anni' *A'.* — mm) ‚VII' *eod. atram. superscr. A'.* — nn) ‚indict. X, mense febr., epacta VII, concurrente III. P.' *A'.* — oo) ‚ecclesię' *A'.*

[8]) *Epactarum et concurrentium numeros scriba mendose detulit, cum anni MCLXXVII epactae XVIII, concurrentes vero V sint.*

Notum[a] sit omnibus Christi fidelibus tam presentis temporis quam futuri, quod ego Fridericus, dei gratia Pragensis ęcclesię[a] ‖ humilis minister XIIII a domino duce Sobezlao circuitum iuxta Rokican[1] deservivi, sed quidam miles suus Pribizlaus nomine ‖ suum esse dicebat. Et hęc causa sepius coram duce et primatibus eius multociens ventilata fuerat nec determinata. Tandem ‖ predictus Pribizlaus zelo dei ductus dampnationem sibi inde considerans in manum ducis resignavit. Duce vero eum mihi et ęcclesię meę in hereditatem conferente, ipsius ducis consilio, conveñtu meo in id ipsum consentiente, ut hęc querela sopiatur per omnia, villam ęcclesię Lazi[2] nomine hereditario iure ei possidendam contuli. Et ut hoc in perpetuum ratum et invulsum permaneat, prudentum virorum consilio, presentibus canonicis et omnibus Boemis collaudantibus, dux suo sigillo signari precepit et ego sub anathemate confirmavi. Collata itaque mihi ligandi et solvendi divinitus potestate, auctoritate dei et sancti Petri, principis apostolorum, sic corroboravi, ut quicunque hoc infringere presumpserit, ignibus ęternis et suppliciis subditus cum diabolo et angelis eius et cum Juda traditore domini crucietur et gemat in perpetuum amen. Idem vero Pribizlaus, quia de bona voluntate cessit, ut hoc firmius existat, orationes nostras et fraternitatem canonicorum nostrorum una cum uxore et prole sua suscepit et se benivolum de cętero in omnibus esse ęcclesię nostrę promisit. Actum est autem hoc anno dominicę incarnationis millesimo centesimo LXXVII, indictione X, epacta XVIII, concurrente V, temporibus gloriosissimi et serenissimi ducis Boemorum Sobezlai, anno ducatus sui IIII, idus martii IIII. Nomina autem testium, coram quibus hoc actum est, hęc sunt: Conradus princeps de Znogem, Geruasius prepositus et cancellarius, Sdezlaus castellanus de Satêc, Blago castellanus de Lutomîric, Sezema comes de Belina, Dlugomilus marscalcus, Vitco castellanus de Kladsco, Câc iudex, Hermannus camerarius, Stephanus pincerna, Mutina castellanus Pragensis, Budiloy castellanus Wissegradensis, Oldricus castellanus de Netolîc, Suda de Plizen,[b] Pribizlaus castellanus de Bolezlau, Rudǒlfus castellanus de Kurimîc, Paulus decanus Pragensis, Slavon archidiaconus, Paulus magister, Pelegrinus primus cellerarius, Pribizlaus archidiaconus Lutomiricensis, Hermannus archidiaconus de Behin, Sdezlaus archidiaconus de Plyzen; Alexander, Walkun, Othmarus, Bohuval, Mîr, Dobrogost, Hvalco submagister, Dulcianus. Milites episcopi: Hartleb camerarius, Arnust dapifer, Lutolt pincerna, Petrus filius Obiden, Erkenbreht subdapifer, Berwin agaso,[c] Drisizlav, Gotezlav, Preda, Zuoiata, Zbizlav, Dalebor subpincerna, Reinart subcamerarius, Radozlaus, Alwik, Vlad. (S. P. D.)

Sigillum Soběslai ducis, quod in filis sericis suspensum erat, deperditum est.

280. *a)* ‚Notum — ęcclesię' *literis aliquantulum in altitudinem erectis scr. A.* — *b)* ‚e' *eod. atramento superscr. A.* — *c) altera* ‚a' *ex* ‚o' *eod. atramento corr. A.*

[1]) *Rokycany distr. pol. Plzeň (Pilsen).* — [2]) *Láz, Lazce, vicus quondam prope Horšův Týn (Bischofteinitz).*

281.

Adalbertus, archiepiscopus Salisburgensis, Alexandro III papae commendat causam suam. *[1177 ante iun.]*

Apographum saec. XVI exstat in cod. epist. imperatorum ꝛc. in bibl. reg. Hannoverae XI 671 fol. 533 (B).

Sudendorf, Registrum II, pag. 155, num. 70. = Erben, Reg. I, pag. 158, num. 359. — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 127, num. 70 (reg.).

Domino et patri beatissimo A.,[1] sanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, A.,[2] dei gratia Saltzburgensis ecclesiae humilis minister,[a] devotam obedientiam[b] et orationis et servitii debitam reverentiam. Modum dispensationis, qui nulli unquam sapientium displicuit, vestrae paternae discretioni pensandum divina providentia commisit, ut vestra consideratione male meriti de sua praesumptione non valeant gloriari, nec bene meriti a sua spe cadentes cogantur contristari. Hoc potissimum de gravaminibus tribulationum nostrarum, quae invenerunt nos nimis pro instantia conservandae catholicae unitatis, sentiendum fiducialiter gratiae vestrae suggerendo praemisimus et continuatis precibus nunc exoramus, sicut et ante paucos dies per internuntios nostros facere studuimus, pro causa nostra tuenda et sic agenda, ut honori vestro proficiat et ad incrementum devotionis vestrae quisque fidelis promptior assurgat. Caetera nuncius, qui plenius intimabit vobis de nostris actionibus.

282.

Alexander III papa Adalberto, archiepiscopo Salisburgensi, scribit, mirari se, quare suspicetur, se eius deiectionem spectare. Affirmat, se ei bene velle, monetque, ut omni dubitatione seposita in Longobardiam ad suam praesentiam accedat.

[Venetiis in Rivo alto 1177 m. iun.]

Pez, Thesaurus anecd. VI, 1, pag. 395, num. 11 (e quodam cod. Tegernseensi) = Migne, Patrolog. lat. tom. CC, num. 1121. = Erben, Reg. I, pag. 160, num. 361 (exc.). — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 127, num. 71. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 12874.

A.[1] episcopus,[a] servus servorum dei, dilectissimo fratri A.,[2] Salzburgensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Significavit nobis vir H. fidelis et familiaris tuus, fraternitati tuae firmiter asseveratum fuisse, nos adversum

---

281. *a)* ‚h. v. m.' *B.* — *b) genuine* ‚obedientiae', *sed corr. B.*
[1]) *Alexandro III.* — [2]) *Adalbertus.*

282. *a)* ‚dei gratia ep.' *Pez.*
[1]) *Alexander III.* — [2]) *Adalberto.*

te tantam indignationem gerere, ut omnino ad depositionem tuam intendere videamur et laborare. Quo audito mirati sumus et turbati, et nescimus, unde huiusmodi tibi de nobis potuerit suspicio provenire, cum te diligamus sicut venerabilem fratrem et sincerae charitatis brachiis amplexemur. Verum cum in eo simus loco et officio, quamquam immeriti, providente domino constituti, ut singulis debeamus, quae iusta et recta sunt, providere et non aures apostolicas iustitiam quaerentibus obdurare, non debet tibi mirum existere, nec tu minus de gratia nostra debes praesumere, si te ad praesentiam nostram vocavimus, volentes cognoscere et videre, si vera sunt, quae de te auribus nostris noscuntur intimata. Quapropter confidenter et secure omni dubitatione seposita in Longobardiam ad [nostram][b] praesentiam accedas, quia nos personam tuam libenter videbimus et benignius te audiemus et tibi, quantum nobis dominus dederit, iustitiam tuam studebimus conservare et in causa tua iudicium iustum proferre.

283.

Alexander III papa choro Salisburgensis ecclesiae, praelatis ecclesiarum et ministerialibus praescriptae ecclesiae extra montana constitutis significat, Adalbertum archiepiscopum administrationem ipsius ecclesiae libere et sine contradictione qualibet deposuisse et in eius locum ab episcopis (Romano) Gurcensi et (Theobaldo) Passaviensi praelatisque Salisburgensibus, qui affuerint, Chunradum Maguntinum electum esse; cui ut sacramento quod Adalberto praestitissent soluti, obtemperent, hortatur.

Venetiis in Rivo alto [1177] aug. 9.

Apographum servavit chron. Magni presb. in Mon. Germ. Script. XVII, pag. 505. — Mansi, Nov. coll. concil. XXII, pag. 191. — Erben, Reg. I, pag. 160, num. 363 (reg.). — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 129, num. 2. — Jaffé, Reg. pontif.[2] II, num. 12912.

Adalberti archiepiscopi abdicationem et Chunradi electionem etiam Fridericus imperator clero et ministerialibus ecclesiae Salisburgensis litteris suis, verisimillime eadem die datis nuntiavit; v. Mon. Boica XXIX, 1, pag. 428, num. 531; mon. Germ. Script. XVII, pag. 505; Stumpf, Reg. num. 4209; Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 129, num. 3.

284.

Udalricus, patriarcha Aquileiensis, Ottoni, praeposito monasterii Reitenbuch et Jaunensis, suum de Venetiis reditum significat; dolet eius et domini Welfonis negotia se iam exsequi non potuisse, quod nuntius eius sero ad se pervenisset; Adalbertum, archiepiscopum Salisburgensem, apud se morari nuntiat.

[1177 sept.]

---

282. b) *addidit Pez.*

Pez, Thesaurus anecd. VI, pars I, pag. 423, num. 5 (e cod. quodam monasterii Tegernseensis) = Erben, Reg. I, pag. 161, num. 364 (frgm.). — Fechner, Udalrich II v. Aquileja in Arch. f. Kunde österr. Gesch. - Qu. XXI, pag. 345 (reg.).

. . . Ad hoc discretioni tuae innotescat, quod nos venerabilem fratrem nostrum A.,[1] quondam Salisburgensem archiepiscopum, ad petitionem domini papae, quousque de alio archiepiscopatu, vel honesto episcopatu, prout sibi et nobis benigne promisit et firmiter laudavit, in proximo ei provideat, in curam nostram recepimus, eumque nobiscum honeste habemus et tractamus. — —

285.

Adalbertus, abbas Strahoviensis, eiusque fratres et (monasterii Doxanensis) sorores cum Chrenone, Juratae praepositi Melnicensis filio, pro patrimonio eius in Kravaře silvaque ei adiacente curiam Radovesice quattuorque argenti marcas commutant, quod pactum Soběslai ducis sigillo confirmatur.

[1175 ex.—1178 in.]

Autographi quondam in monasterii Doxanensis tabulario asservati imago tantum aeri incisa superest, quam Dobner, Annal. Hagec. VI, ad pag. 501 dedit (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 294, num. 320. — Erben, Reg. I, pag. 157, num. 357 (extr.).

Quantum ex imagine minus accurata apud Dobner l. l. colligi potest, autographum ab eodem scriba confectum esse videtur, qui autographum num. 280 exaravit. — Dobner l. l. et post eum ceteri nullo argumento allato litteras ad annum 1176 referendas esse putant. Sed id tantum certum restat, commutationem, quam litterae testimonio confirmant, post sept. 16 anni 1175 (qua die Erleboldus abbas, Adalberti decessor obiit) factam esse. Litteras anni 1178 initio non esse posteriores, Gervasii, praepositi Vissegradensis († 1178 febr. 10), nomen inter testes adductum significat.

‡ In nomine sancte et individue trinitatis. ‡ Christiane religionis ratio exigit, ut ea, que inter prelatos ecclesiarum dei ‖ ceterosque fideles de rebus ecclesiarum disposita vel acta fuerint,[a] ut rata et inconvulsa perpetuo perseverent, auctoritate prin‖cipum et assignacione testium firmiter roborentur. Quia vero plurima, nisi scriptis[b] mandata fuerint, processu temporum abolentur,[c] ‖ necesse est literis mandari, quod oportet in posterum cognosci. Eapropter universis Christi fidelibus, tam moderni quam futuri temporis, in perpetuum presentis scripti commendatione notum sit, quod Adalbertus, abbas Stragowiensis, cum fratribus suis et sororibus Chrenoni, filio Iurate, prepositi Melnicensis, dedit in concambio Raduwisic[1] curiam cum annona, additis quatuor marcis argenti, pro patrimonio

---

284. [1]) *Adalbertum.*

285. *a)* ‚fuerit‘ *sine abbreviaturae signo B.* — *b)* ‚scptis‘ *B.* — *c)* ‚aboleN̄‘ *B.*

[1]) *Fortasse Radovesice prope Libochovice, distr. pol. Roudnice (Raudnitz).*

suo, quod habuit in Crawar[2] et tota silva adtinente, quę vulgari vocabulo circuitus vocatur. Acta sunt temporibus Zobizlai ducis Boemorum, presentibus[d] nobilibus Boemię, ipso duce factum approbante et sigilli sui impressione confirmante. Eorum vero, quorum hęc testimonio roborata sunt, nomina sunt hęc: Fridericus Pragensis episcopus, Dethlebus Morauiensis episcopus, Geruasius Wissegradensis prepositus et cancellarius, Martinus prepositus Pragensis, Albertus prepositus, Cůno prepositus Bolezlauensis, Paulus decanus Pragensis, Zlawon archidiaconus Pragensis, Sdezlaus archidiaconus Rokzanensis, Hermannus archidiaconus Bechinensis,[e] Pribizlaus archidiaconus Rudnicensis, Alexander, Florianus notarius; Ciec iudex curię, Blego castellanus Lůtomericensis, Zezema, Vitek, Budilo, Dulgomil, Nausa, Herman et fratres eius Gaul et Zawisa, filii Marcquardi, Riwin dapifer, Pribilav,[f] Pillunk, Janek, Boguzlav, Bolezlav, Iurata, Csta, Ones, Lůdwic, Lůder, Scazzlav, Glupen, Lůpolt, Oldrih, Predbor frater eius, Herman filius Hugonis, Sdezlaus camerarius et filius eius Petr,[g] Budivoy filius Ciec.

286.

Fridericus I, imperator Romanorum, archiepiscopatui Salisburgensi iura et libertates a praedecessoribus suis concessa eiusque possessiones nominatim indicatas confirmat, petente Conrado III archiepiscopo. — Inter testes: ‚Fridericus, dux Boemię'. *In palatio Taurinensi 1178 iun. 14.*

Stumpf, Acta imperii inedita (Reichskanzler III), pag. 213, num. 158. — Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 131, num. 18 (extr.). — Stumpf, Reg. num. 4248.

Circiter idem tempus vel brevi ante Fridericum ducem ducatum Bohemiae ab imperatore iterum recepisse, ex eo intelligi potest, quod Contin. Zwettlensis ad annum 1177 refert: ‚Fridericus, filius Waslay regis Boemorum, terram patris, quam Zebezlaus occupaverat, ab imperatore in Ytalia reinvestitus est' *(Monum. Germ. Script. IX, pag. 541); cf. Gerlaci Chron. in Font. rer. Boh. II, pag. 472.*

287.

Soběslaus II, dux Bohemiae, ecclesiae Vissegradensi circuitum sancti Martini in suburbio Pragensi multosque census et praedia donat; fructus canonicorum a praepositis alienatos, Gervasio praeposito consentiente, restituit; circuitum in Sázava flumine emendat eiusque fines terminat. *— 1178 —.*

---

285. *d)* ‚psentib9' *B. — e)* ‚bechin' *sine abbreviaturae signo B. — f) ita B. — g) ita B; abbreviaturae* 9 *signum fortasse sculptoris errore omissum.*

2) *Kravaře, germ. Graber, apud Ouštěk (germ. Auscha), distr. pol. Litoměřice (Leitmeritz); Chabry, germ. Chabern, prope Libeň (Lieben) interpretatur Tomek, Dějepis m. Prahy I², pag. 95, not. 54.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli colleg. Vissegradensis asservatur (A).

Pontanus, Bohemia pia, pag. 72 (frgm.). — Hammerschmidt, Gloria et maiestas ... Wissegr. eccl. pag. 143. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 297, num. 323. — Erben, Reg. I, pag. 162, num. 366.

Autographum eadem manu exaratum est, quae autographum A privilegii eiusdem ducis, anno 1177 m. februario monasterio Kladrubensi dati (v. num. 279), scripsit. — Locorum nomina explicat Tomek, Dějepis m. Prahy, I², pag. 87.

In nomine dei eterni. Ego Sobezlaus, Boemorum dux, dei fidelis cultor et iusticie verus amator, notum facio presentibus ‖ et futuris, quod ecclesiam Wissegradensem specialiter honorare et defendere libenter volo propter honorem dei et sue sancte matris ‖ Marie et beati Petri apostoli, ut eos in novissimo die clementes habeam cum precessoribus[a] meis et patre meo, qui in eadem ‖ ecclesia requiescunt, quod et ego spero. Ad honorem itaque dei et eiusdem ecclesie et ad meliorandam prebendam fratrum do circuitum in suburbio Pragensi,[1] qui matris mee fuerat, quia tantum a tempore patris mei fuit eis inminuta prebenda de tributo pacis, ut nunc unus quisque C denarios, raro plures, sepe vero pauciores accipiat, qui tempore patris mei mille et DCC accipiebant. Et de tributo sicut solebant, semper accipiant. Addo eciam eis in villa Slivniz[2] IIII[or] milia denariorum singulis annis. De theloneo sub Podivin[3] do eis II denarios. Et locum molendinorum primum, qui est sub ecclesia sanctorum Cosme et Damiani.[4] Do eciam eisdem fratribus terram in villa Modrian[5] ad II aratra cum vinea. Cernovic[b][6] LXX iugera. Wissegoreuiric[7] terram, quam cambivi a Wratis, ad aratrum. Et pro prebenda Ingrami, quam pro suo bono servicio integram feci, do eis villam Chulmisac[8] in censu XII cent.[c] denariorum. Eisdem eciam fratribus do montem, qui Pzar[9] vocatur, totum ad vineam faciendam cum hortis, qui sub eodem monte fuerunt quondam prata. Hanc eciam benignitatem eisdem fratribus feci: quicquid ante tempora principatus mei fuit alienatum vel impeditum, quod ad eorum prebendas pertinere debet, emendavi; scilicet vini medietatem in Sitiniz[10] et poledrorum medietatem, quod quidam preteriti prepositi usque ad dominum Gervasium cancellarium et prepositum ignoranter vel potenter neglexerant fratribus dare. Hec emendata cum bona voluntate prepositi Gervasii in capitolio Wissegradensi cum

287. *a) ita A. — b)* ‚o' *eodem atramento superscr.;* ‚vi' *in loco raso eodem atramento corr. A. — c)* ‚cent̄' *A.*

¹) *Circuitus hic, s. Martini dictus, situs erat in locis, quae nunc circa plateam, quae Spálená ulice vocatur, extenduntur. —* ²) *Slivnice, vicus quondam in Moravia prope Podivín situs. —* ³) *Podivín, germ. Kostel, distr. pol. Břeclav (Lundenburg). —* ⁴) *In exitu plateae Myslíkova ulice in Nova civitate Pragensi. —* ⁵) *Modřany prope Zbraslav. —* ⁶) *Černovice; qui vicus huius nominis hic dicatur, incertum restat. —* ⁷) *Vyšehořovice, distr. pol. Český Brod (Böhmisch Brod). —* ⁸) *Chlumeček (?). —* ⁹) *Psář collis inter Vyšehrad, Krč et Braník. —* ¹⁰) *Žitenice, germ. Schüttenitz, prope Litoměřice (Leitmeritz).*

carta et sigillo meo confirmavi. Flumen Zazaua[11] presentibus vicinis de circuitu eorum emendavi et stabilivi coram nobilibus, qui presentes ibi erant, ita ut nullus habeat in eodem flumine potestatem infra circuitum eorum preter ipsos canonicos et eorum homines. Et supradicti circuitus termini sunt: ab oriente Zazava, a Seleu[12] fluvius Livbe[13] cum ipso fluvio, ab occidente antiqua via, que conducit ad Seleu. Hec omnia supradicta confirmata sunt sub anathemate episcopi Friderici Pragensis et Tedlevi episcopi Moraviensis, ut nullus successorum meorum aliquid minuat vel impediat de supradictis.[d]

Annus[e] dominice incarnacionis millesimus[e] centesimus[e] LXXVIII, indictio XI, epacta nulla, concurrens VI. Data per manum domini Gervasii cancellarii et prepositi eiusdem ecclesie Wissegradensis. (S. P. F.)

Sigilli de cera alba confecti, quod eadem forma atque in diplomate eiusdem ducis num. 278 expressum erat, fragmentum e funiculis sericis purpureis appendet.

288.

Soběslaus II, dux Bohemiae, ecclesiae Vissegradensi donationem quinque villarum quondam per Nemoj nobilem factam confirmat. *[1174—1178.]*

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli colleg. Vissegradensis asservatur (A).

Hammerschmidt, Gloria et maiestas ... Wissegradensis ecclesiae, pag. 147. — Erben, Reg. I, pag. 150, num. 340 (ad annum 1174).

Autographum manu ignota, quae iam in nullo prorsus alio eiusdem ducis diplomate in conspectum redit, exaratum scriba quidam ipsius ecclesiae scripsisse videtur.

Notum sit omnibus, qui decorem domus dei et locum habitationis glorię eius diligunt, quod ego Sobezlavs,[a] divino favore dux Boemorum, dum ęcclesiarum iura et possessiones superni intuitu amoris ad pristinum ac meliorem || statum toto devotionis annisu reformare satago, super quibusdam infra notatis possessionibus, a Wissegradensi alienatis ęcclesia, inter nostrę curię viros principales, Iarogneu scilicet[b] fratrumque suorum filios, || non modica suborta est controversia. Qui dum ut suas iuste dividere querunt, divina dispensante iusticia easdem possessiones communi ac devotissimo consensu prefate || Wissegradensi ecclesie

287. *d) sequitur spatium duarum linearum vacuum relictum A. — e) supra* ‚us' *alio atramento magis distincto* ‚o' *superscriptum A.*

[11]) *Fluvium, qui hodie Želivka vocatur, hoc loco intelligendum esse putat Tomek, Újezd Svatavin na řece Sázavě, in Památky archaeologické I, pag. 321.* — [12]) *Želiv, germ. Seelau, distr. pol. Německý Brod (Deutschbrod).* — [13]) *Rivulum Podelhotský potok inter Onšov et Senožaty (distr. pol. Brod Německý, germ. Deutschbrod) hic dici putat Tomek l. l.; Martinický potok apud Dolní Kralovice, distr. pol. Ledeč interpretatur Sedláček, Místopisný slovník, pag. 528.*

288. *a) nomen literis maiusculis scriptum A. — b) corr. ex* ‚scllicet' *A.*

pleno iure in posterum possidendas quoniam divine respectu retributionis reddiderunt, de non suis melius nimirum sic suas fecerunt. Privilegio enim infra conscripto coram nobis et totius nostre consessu curie recitato, villas, pro quibus contendebatur, ex antiquo ecclesie predictę collatas fuisse absque omni ambiguitate deprensum est. Privilegii autem eiusdem rescriptum hoc est: In nomine sanctę trinitatis eiusdemque individuę unitatis. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Nemoy *etc.*[1] Hec autem sunt nomina testium, qui huic retractationi coram duce Sobezlao[a] facte interfuerunt: Geruasivs prepositus et cancellarius, Martinus prepositus Pragensis,[c] Florianus capellanus, Aluicus capellanus, Radosta capellanus, Iarogneu, Gumpolt, Dobrogost cum fratre Mutina, Sezema, Hermannus cum fratre Zauisa, Lenart, Wilesa, Boguslau, Imram, Smilek, Krabka, Drisizlau, Voyslav. (S. I. F.)

Autographo impressum est fragmentum sigilli rotundi de cera alba confecti, quod eadem forma atque in diplomate eiusdem ducis num. 278 expressum est.

289.

Testimonium de tributo ‚homutne' in fluvio Olšava a Soběslao I, duce Bohemiae, ecclesiae Olomucensi dato et a Soběslao II duce confirmato, deque villis ab Udalrico et Conrado (Ottone) III, ducibus Moraviae et Sedlek milite eidem ecclesiae donatis. *[1174—1178.]*

Memoria manu saec. XII ex. in scheda membranae scripta in tabulario capituli metropol. Olomucensis asservatur (A).

Wekebrod, Mährens Kirchengesch. I, pag. 278 (ex apographo Friebekii cum dato: Anno 1176). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 292, num. 318. = Erben, Reg. I, pag. 157, num. 356. — Cf. Lechner in Zeitschr. d. Ver. f. Gesch. Mähr. u. Schles. II, pag. 132; Snopek in Hlídka IV (1899) pag. 462.

Scriptum hoc, quamquam posteriore quodam tempore Soběslai II ducis sigillo privilegii autographi instar instructum erat, non nisi simplex est relatio, quae nullam prorsus iuris auctoritatem sibi vindicare potuit et tantum memoriae causa a scriptore quodam ecclesiae Olomucensis confecta erat.

Notum facimus cunctis fidelibus tam presentibus quam futuris in Christo pię viventibus, quod ęlęmosinam, quam magnus dux S.[1], scilicet[a] homutne in Olzaua,[b 2] Sdikone[a] ‖ ępiscopo affirmante et anatęmatizantę,[c] sanctę Olomucęnsi

288. *c)* ‚Pragensis' *sigillo obtectum erat.*

[1]) *Sequitur exemplum instrumenti de donatione Nemoj, quod iam supra sub num. 100 dedimus, ad verbum transscriptum.*

289. *a)* ‚scilicet — Sdikone' *eadem manu in loco raso scriptum A.* — *b)* ‚in Olzaua' *alia, ut videtur, manu atramento magis distincto superscriptum A.* — *c) sequ.* ‚quam', *sed deletum A.*

[1]) *Soběslaus I.* — [2]) *Olšava fl., qui apud Ostroh (Ungar. Ostra) in fl. Morava (March) influit.*

ęcclesię contulerat, quam ęciam per iniqua consilia impii et iniusti ab ea abstraxe‖rant, hanc filius eius gloriosus dux Sobęzlaus paterni throni succęssor eidem ęcclesię, fratribus pro iniuria[d] sibi illata[e] conquerentibus plurimisque ‖ tam Boęmis quam Morauis barronibus assidentibus, iuste restituit; quod denique formate sue privilegio confirmavit et universis per fora terre hoc notificare precepit. Frater autem eius eó tempore Morauiam regens, dux Oldricus, memoriam bonam suis posteris volens relinquere villam integram Vgricic[f][3] pro remedio anime sue et parentum suorum, magno duce S.[4] annuente et confirmante, prefatę ęcclesię in usum fratrum contulit et hoc ęciam venerabilis eiusdem ęcclesię episcopus Detleb perhenni anathęmate confirmavit, ut si quis huius facti violator, quod absit, successerit, expers ęternę hęreditatis inter fideles sit. Eodem vero tempore, eisdem[g] quoque principibus dei gratia regnantibus et annuentibus, Sedlek miles prole carens patrimonii sui Christum fecit hęredem et villam dedit Scriben[5] sancte Olomucensi[h] ęcclesię. Si quis hoc turbare vel mutare conatur, eodem anathemate feriatur.[i] Preterea[k] dux predictus Sobezlaus, querimonię a fratribus depositę satisfaciens et iusticię, circuitum, qui vocatur Dobretin,[6] a Koiata ioculatore comparavit comparatumque ęcclesię violentiam passę restituit perpetuo iure possidendum. Terram autem ad castrum Strachotin[7] pertinentem predicto circuitui adiacentem princeps Conradus addidit et ut inviolata permanerent ista,[l] auctoritate divina episcopus Dedlebus confirmavit. (S. P. F.)

Appendent e membranae scidula duo fragmenta sigilli Soběslai II ducis de cera nigra confecti, in quo eaedem figurae apparent atque in sigillo diplomati num. 278 impresso.

290.

Soběslaus II, dux Bohemiae, colonos Germanicos, qui in suburbio Pragensi apud sanctum Petrum (in Poříč) habitant, protegendos suscipit, iisque permittit, ut legibus utantur, quae ipsis iam Vratislavi regis temporibus datae sint; simul iis concedit, ut tam parochum quam iudicem proprium habeant, iuraque, quae inter eos ceterosque incolas intercedant, constituit. *[1174—1178.]*

289. *d) genuine* ‚iniura', *sed eod. atramento corr. A. — e)* ‚la' *ex* ‚lu' *eod. atramento corr. A. — f) ex* ‚Vricic' *eod. atramento corr. A. — g) genuine* ‚eiꝰdē', *sed eod. atramento corr. A. — h) genuine* ‚Olomuncensi', *sed radendo corr. A. — i) quae subsequuntur, alio atramento magis distincto alia manus addidit. — k) prima et ultima huius verbi litera singulaeque quatuor proxime sequentium verborum literae in loco raso scriptae sunt; genuine* ‚Amen' *hic positum esse videtur. — l)* ‚ista' *ead. manu superscriptum A.*

[3]) *Uhřičice, distr. pol. Přerov (Prerau). Vide supra num. 270. —* [4]) *Soběslao II. —* [5]) *Skrbeň, germ. Kirwein, distr. pol. Olomouc (Olmütz). —* [6]) *Hodie non exstat. —* [7]) *Strachotín, germ. Tracht, distr. pol. Hustopeč (Auspitz).*

Apographum saec. XV insertum est confirmationi Venceslai I regis sine anno et die, inclusae in confirmationem Přemyslai Otakari II Pragae 1274 nov. 26 datam, quae totidem verbis translata est in confirmationem Johannis regis Pragae 1319 iul. 27 datam, cuius exemplum exstat in Libro vetustissimo privilegiorum in tabulario reg. urbis Pragensis num. 993 pag. 96 (B). — Aliud apographum saec. XV servavit cod. ms. bibliothecae Musaei regni Bohemiae V C 9 pag. 185 (C).

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 523 (ex B). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 298, num. 324. — Pelzel in Abhandl. d. böhm. Gesellsch. d. Wissensch. 1788, pag. 380 (ex C). — Tzschoppe u. Stenzel, Urkundensammlg. z. Gesch. des Ursprungs d. Städte in Schlesien u. Oberlausitz, pag. 384. — Rössler, Deutsche Rechtsdenkmäler I, pag. 187. — Erben, Reg. I, pag. 161, num. 365. — H. Jireček, Cod. iuris Boh. I, pag. 28, num. 17. — Čelakovský, Cod. iuris municip. regni Boh. I, pag. 1, num. 1.

Ego Sobieslaus,[a] dux Boemorum, notum facio[b] omnibus presentibus et futuris, quod in graciam meam et defensionem suscipio Theutonicos,[c] qui manent in suburbio Pragensi, et placet michi, quod sicut[d] iidem Theutonici sunt a[e] Boemis nacione diversi,[f] sic eciam a Boemis eorumque[g] lege vel[h] conswetudine sint[i] divisi. Concedo itaque eisdem Theutonicis vivere secundum legem et iusticiam Theutonicorum, quam[k] habuerunt a tempore avi mei regis Wratyslai.[l] Plebanum,[m] quem ipsi libenter elegerint ad ecclesiam eorum, concedo et iudicem similiter,[1] et[n] episcopus peticioni eorum nullo modo contradicat. Debent iurare septem manibus pro furto vel pro eo, quod dicitur nadwore.[o] Ad nullam expedicionem pergere debent, nisi sit pugnandum pro[p] patria. Si dux est extra Boemiam[q] in expedicione, tunc debent Theutonici Pragam custodire[r] cum duodecim scutis. De[s] homicidio iudicare pertinet ad principem, pro quo scilicet[t] homicidio solvantur principi decem talenta[u] Ratisponensis monete vel dextera manus interfectoris vel[v] secundum graciam ordinetur. Qui pacem inter eos fregerit, X talenta principi solvat, qui reus est. Si causam habet Boemus cum Theotunico, que[x] testibus debeat[y] conprobari,[z] Boemus habeat erga Theutonicum Theotonicos duos et unum Boemum, fideles omnes. Similiter si causam habet Theutonicus cum Boemo, tunc Theutonicus habeat erga Boemum duos Boemos et unum Theutonicum, sed[aa] fideles. De Romanis et Judeis similiter. Item si Boemus vel Romanus vel quiscunque inculpaverit Theutunicum,[bb] tunc camerarius summus debet mittere

290. a) ‚Sobyzlaus' *B.* — b) ‚facio' *om. B;* ‚pres. omn. et fut. not. facio' *C.* — c) ‚Theutunicos' *et ita etiam infra C.* — d) ‚sicut' *om. B.* — e) ‚de' *B.* — f) ‚divisi' *C.* — g) ‚eorum' *B.* — h) ‚et' *C.* — i) ‚sunt' *B.* — k) ‚quem' *B.* — l) ‚Wraczlay' *B.* — m) ‚plbum' *ex* ‚pbrum' *alio atramento corr. B;* ‚Presbiterum' *C.* — n) ‚et' *om. C.* — o) ‚nadworzie' *C.* — p) ‚pro' *alio atramento superscriptum B.* — q) ‚terram Boemie' *C.* — r) ‚tunc Theutunici debent Pragam custodire circa quamlibet waluam' *C.* — s) ‚Pro' *C.* — t) ‚quidem' *C.* — u) ‚XII thalenta denariorum' *C.* — v) ‚vel' *om. C.* — x) ‚qui' *C.* — y) ‚debeant' *B.* — z) ‚probari' *C.* — aa) ‚sic' *C.* — bb) ‚Theut.' *om. B.*

[1]) *Verba* ‚et iudicem similiter' *interpolata esse putat Čelakovský, O začátcích ústavních dějin Starého města Pražského, pag. 35 not. 63.*

nunccium ad iudicem Theotunicorum et ipse iudex Theotunicorum iudicabit causam illam et ibi nichil plus pertinet ad camerarium. Et eciam concedo Theutonicis, quod[cc] liberi sint ab hospitibus et peregrinis et[dd] advenis. Noveritis, quod Theutonici[ee] liberi homines sunt.[ff] Quicunque advena vel hospes de quacunque terra veniens cum Theotunicis voluerit manere in civitate, legem et consuetudinem Theotunicorum habeat. Furtum si ad Theutonicum est, debet excipi presente iudice Theutonicorum. Si fur Theutonicus est, tunc princeps eum iudicabit. Si fur in nocte capitur, suspenditur. Si in die capitur, excoriatur in publico et civitatem abiurabit; postea si capitur, suspenditur. Quidquid faciunt Theutonici, non capiuntur, nec in carcerem ponuntur, si habuerint fideiussores vel domum propriam. In quacunque re culpabiles erunt vel rei Theutonici, nichil dampni vel verecundie paciantur[gg] eorum pueri et uxores. Si per vicos Theutonicorum aliquis ierit[hh] in nocte et facem non habuerit, si ille occiditur,[ii] Theutonici sunt[kk] inculpabiles. Si falsa vel fracta moneta[ll] inventa fuerit[mm] in cista Theutonici, reus est ille, cuius est cista. Si vero in curia vel in domo inveniatur,[nn] inculpabilis est, cuius domus est vel curia, propter iniquos et malignos,[oo] qui talia solent proicere in domos vel in curias. Si furtivus equus[pp] apud Theutonicum[qq] fuerit recognitus, ille,[rr] qui equum cognoscit,[ss] prius iurabit rem amisisse[tt] furtive; postea Theutonicus iurabit, stans in circulo facto cum gladio in terra, se non furatum[uu] esse[vv] equum vel rem illam, sed emisse, et se[xx] non cognoscere illum venditorem vel domum eius. Nusquam iurare debent Theutonici nisi ante ecclesiam sancti Petri, nisi principis sit mandatum.[yy] Si taberna occulta[zz] fuerit in domo Theutonici inventa, ipse dominus domus capiatur, presente iudice Theutonicorum vel eius nunccio, et nullus alter.

291.

Fridericus I, imperator Romanorum, terminos inter Bohemiam et Austriam in curia Egrensi constitutos publicat. *Magdeburgae 1179 iul. 1.*

Apographum saec. XIII exstat in cod. ms. bibliothecae c. r. aul. Vindobonensis num. 543 fol. 211—212 (C) et num. 2733 fol. 9—10 (D). — Exemplar saec. XVIII in cod. ms. eiusdem bibliothecae num. 8341 fol. 1 ex C transscriptum est.

Rauch, Rer. Austriac. script. II, pag. 205 (ex C). — (Hormayr) Archiv f. Gesch., Staatenkunde, Litteratur u. Kunst XII (1829), pag. 631 (B). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 301,

290. *cc)* ‚quod ipsi liberi homines' *C.* — *dd)* ‚ac' *C.* — *ee)* ‚Theutonici' *om. C.* — *ff)* ‚homines liberi sint' *C.* — *gg)* ‚paciuntur' *C.* — *hh)* ‚iret' *B;* ‚in nocte ierit' *C.* — *ii)* ‚moritur' *C.* — *kk)* ‚sunt' *om. B.* — *ll)* ‚Si falsa moneta vel ferra' *B.* — *mm)* ‚fuerint' *B;* ‚moneta fuerit in cista inventa' *C.* — *nn)* ‚inveniuntur' *B.* — *oo)* ‚hommines' *addit C.* — *pp)* ‚equi' *B.* — *qq)* ‚aput aliquem Theutunicum' *C.* — *rr)* ‚et ille' *C.* — *ss)* ‚recognoscit' *C.* — *tt)* ‚iurabit prius se amisisse equum' *C.* — *uu)* ‚furaturum' *C.* — *vv)* ‚esse' *om. C.* — *xx)* ‚se' *om. C.* — *yy)* ‚nisi principi sit iurandum' *C.* — *zz)* ‚collecta' *B.*

num. 326. — Erben, Reg. I, pag. 163, num. 367 (extr.). = Jireček, Cod. iuris Boh. I, pag. 30, num. 18. — Meiller, Reg. Babenberg. pag. 56, num. 8. — Gradl, Mon. Egrana I, pag. 28, num. 88 (reg.). — Stumpf, Reg. num. 4284.

Limitis descriptionem diligentius explicat Meiller l. l. pag. 234, not. 256; Sedláček, Jak se měnily a ustálily meze Čech a Rakous Dolních, in: Výroční zpráva c. k. reálného gymn. v Táboře 1877, pag. 8 sq.; Hasenöhrl in Arch. f. österr. Gesch. LXXXII, pag. 468 sq.; Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaisz. V, pag. 909. — Testes, qui in diplomate adducuntur, ad finium constitutionem Egrae circiter medium mensem iunium factam referendos esse demonstrat Ficker, Beiträge zur Urkundenl. I, pag. 256.

In nomine sancte et individue trinitatis.[a] Fridericus,[b] divina favente clementia Romanorum imperator et semper[c] augustus. Ad imperatorie dignitatis[d] spectare dinoscitur vigilantiam eis, que[e] ad pacis et iusticie observationem conducunt, intendere et seditionum occasiones prudenti cautela precidere. Nihil[f] vero reperitur efficatius magnas[g] lites suscitare, quam viros potentes sue potestatis et proprii dominii terminos ignorare vel ultra debitum extendere. Eapropter agitatam diu inter[h] duces Boemie et Austrie[i] de suorum terminis ducatuum controversiam[1] dignum duximus tandem[k] amputare et[l] utrique ducatui iurisdictionis sue terminos certis limitibus assignare.[m] Evocatis igitur[n] ad nostre maiestatis presentiam eorundem ducatuum possessoribus, consanguineis nostris, Leupoldo[o] scilicet[p] duce Austrie et Friderico[q] duce Boemie,[r] sic ex consilio principum imperii nostri in curia nostra apud Egaram[s] eosdem ducatus disterminavimus et institutis publice metis distinximus, ut hec distinctio prudentibus et maioribus utriusque terre tamquam omnino congrua placeret, et eam[t] uterque ducum assensu placido approbaret ipsamque sibi et successoribus suis[u] perpetua lege servandam reciperet, et ambo iuri, quod secundum ante actam[v] contentionem super hac[x] causa[y] in alterutrum habere videbantur, spontanea et manifesta resignatione[z] abdicarent.[aa] Ne super his ergo deinceps oriatur ambiguitas, ad firmam definite[bb] rei cognitionem[cc] et memoriam nomina et situs terminorum eorundem presenti pagine[dd] fecimus annotari.[ee] In superiori itaque parte utriusque terre, Boemie scilicet et Austrie,[ff]

---

291. *a)* ‚amen' *addit D.* — *b)* ‚F' *C, D.* — *c)* ‚imp. semper' *C,* ‚et semper' *om. B.* — *d)* ‚dingnitatis' *D.* — *e)* ‚eos qui' *C, D.* — *f)* ‚Nichil' *D.* — *g)* ‚magnos' *C;* ‚mangnos' *D.* — *h)* ‚augnitam inter' *D.* — *i)* ‚Austrie et Bohemie' *C, D.* — *k)* ‚tandem duximus' *C, D.* — *l)* ‚ad' *D.* — *m)* ‚assingnare' *D.* — *n)* ‚ergo' *B.* — *o)* ‚Livpoldo' *C.* — *p)* ‚scil.' *om. C, D.* — *q)* ‚Fridrico' *C;* ‚FR' *D.* — *r)* ‚Bohemie' *D.* — *s)* ‚Egeram' *C;* ‚Egram' *D.* — *t)* ‚iam' *D.* — *u)* ‚suis succ.' *C, D.* — *v)* ‚sec. annotatam' *B;* ‚sec. actam' *D.* — *x)* ‚hanc' *D.* — *y)* ‚causa' *om. D.* — *z)* ‚resingnacione' *D.* — *aa)* ‚abducarent' *C, D.* — *bb)* ‚definire' *C;* ‚diffinire' *D.* — *cc)* ‚congnicionem' *D.* — *dd)* ‚presenti pagina' *B;* ‚presencium pagine' *D.* — *ee)* ‚communiri' *C;* ‚communire' *D.* — *ff)* ‚Austr. sc. et Boem.' *C;* ‚A. videlicet et Bohemie' *D.*

[1]) *Controversiam hanc iam Soběslao II duce ortam esse, Gerlacus Milovicensis ad ann. 1176 refert; v. Font. rer. Boh. II, pag. 470.*

terminus est mons, qui dicitur altus.[2] Ab illo monte terminus dirigitur usque ad concursus duorum rivulorum,[gg] quorum unus vocatur Schremelize[3] alter Lunsenize;[hh][4] inde porrigitur usque in proximum vadum,[ii] quod est iuxta Segor.[5] Ab illo vado recta estimationis linea terminus idem extenditur usqe ad ortum Gestice[kk][6] fluminis, ab ortu[ll] vero eiusdem fluminis usque in Vrgrueb.[mm][7] Hanc igitur[nn] predictorum ducatuum disterminationem auctoritate imperiali confirmamus et omni deinceps evo ratam haberi statuimus, precipientes sub pena imperialis[oo] gracie, ut nullius umquam presumptione violetur; et si quis eam[pp] infringere attemptaverit,[qq] centum libras auri, medietatem fisco[rr] regio, et[ss] medietatem iniuriam passo conponat, irrita tamen ipsius presumptione. In cuius rei argumentum[tt] presens privilegium iussimus conscribi et maiestatis nostre sigillo roborari, annotatis testibus, qui huic interfuerunt ordinationi. Qui sunt: Chv̊no[uu] Ratisponensis episcopus, Diepoldus[vv] marchio de Vohenburch,[xx] Fridericus[yy] et frater eius Heinricus[zz] burggravii Ratisponenses,[a] Conradus comes de Bilstein, Otto minor palatinus de Vitelinesbach,[b] Rudolphus comes de Phullendorf, Cunradus burggravius de Nuernberch, Otto de Lengenbach, Diepoldus comes de Lechsegmund, Cunradus de Bokesberch, Rupertus de Durna, Heinricus de Altendorf et frater eius Fridericus, Diepoldus de Luzzenberc, Otto de Ashein, Rudiger de Minndebach, Otto comes de Moravia, Bohut[c] Boemus, Pillunc de Tudeliep et frater eius, Primezla marggravius de Moravia,[8] Albertus Frozenei, Udalricus de Sizengou[a] et alii quam plures.

---

291. *gg)* ‚rigulorum‘ *D.* — *hh)* ‚Schremehs alte (!) Limzeins‘ *D.* — *ii)* ‚vadium‘ *C.* — *kk)* ‚Postice‘ *B.* — *ll)* ‚cetu‘ *C, D.* — *mm)* ‚Urgruch‘ *B.* — *nn)* ‚ergo‘ *B.* — *oo)* ‚inperialis‘ *D.* — *pp)* ‚ut si quis eum‘ *D.* — *qq)* ‚attentaverit . . .‘ *B, sed nihil hic deest.* — *rr)* ‚et fisco‘ *C.* — *ss)* ‚et‘ *om. C, D.* — *tt)* ‚augmentum‘ *C, D.* — *uu)* ‚Cuno‘ *B;* ‚Chveno‘ *D.* — *vv)* ‚Dyepoldus‘ *D.* — *xx)* ‚Vohenburc‘ *B.* — *yy)* ‚Fridricus‘ *C, D.* — *zz)* ‚Heinricus‘ *om. C, D.* — *a)* ‚Ratisponenses — Sizengou‘ *om. C, D.* — *b)* ‚Vitelmesbach‘ *B.* — *c)* ‚Ruhut‘ *B.*

[2]) *Fortasse Lagerberg mons prope vicum Hohenberg (a Weitra, boh. Vitoraz, versus septentrionem). Sedláček l. l. montem hunc apud Pucheř, germ. Buchers, in distr. pol. Kaplice quaerendum esse putat.* — [3]) *Skřemelice, hodie Braunaubach, rivus, qui apud Gmünd in fluvium Lužnice influit. Hasenöhrl l. l. rivum Schwarzbach (Černá stoka) hic dici minus recte putat.* — [4]) *Lužnice, germ. Lainsitz.* — [5]) *Utrum nomen hoc Zuggers (boh. Krabonoše) prope Gmünd, an Suchdol (germ. Suchenthal) in distr. pol. Třeboň (germ. Wittingau) interpretari liceat, integrum relinquit Meiller. Suchdol hic intelligendum esse putat Hasenöhrl.* — [6]) *Hostice, Kastanitzerbach, alias Reisbach, rivus, qui prope Suchdol in Lužnice influit. In limitis descriptione apud Enenkel (v. Rauch, Script. I, pag. 246) idem rivus Gostenicz vocatur. De rivo hoc cf. etiam Domečka, Osídlení krajiny Jindřicho-Hradecké, pag. 45, not. 56.* — [7]) *Ubi locus hic, qui apud Enenkel l. l. Ober-Grub nominatur, quaerendus sit, incertum restat. Meiller l. l. vicum Auern prope Nová Bystřice (Neubistritz) hic dici putat. Wolfsloch, ab ortu Hostice rivi versus orientem situm, hic intelligendum esse interpretatur Domečka l. l. pag. 46.* — [8]) *Cf. Bretholtz, Gesch. Mähr. I, pag. 339, not. 1.*

Signum[d] domini Friderici, Romanorum imperatoris invictissimi.[d]

Ego Gotfridus, cancellarius, vice Christiani, Moguntinensis[e] archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXVIIII,[f] indictione XII apud Egram, regnante[g] domino Friderico,[h] Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni[i] eiusdem XXVIII,[k] imperii autem XXV, datum[l] in civitate Magdeburch[m] in[n] kalendis iulii mensis, feliciter[o] amen.[p]

292.

Fridericus, dux Bohemiae, villae Mohelnice pro villa ‚Micalne' commutationem cum Johanne IV, episcopo Olomucensi, quondam factam conprobat idemque villae Olšany commutationem, quam pro filii Vratislai animae salute obtulerat, cum Zbraslai militis circuitu ratam facit; Soběslaum ducem, patruum suum, villam Brunovice Detlebo episcopo dono dedisse confirmat. — *1180* —.

Apographum exstat in Libro privileg. eccl. Olomucensis saec. XIV in tabulario capituli metropol. Olomuc. E I 27, pars II, pag. 2, num. 2 (B) et in altero Libro privileg. eiusdem eccl. saec. XIV, qui in tabulario archiepiscopali Cremsirii asservatur, fol. F IIIv, num. 53 (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 303, num. 327 (ex C) = Erben, Reg. I, pag. 165, num. 371. — V. et. Lechner in Zeitschr. d. Ver. f. Gesch. Mährens u. Schles. II (1898) pag. 132.

Diplomatis oratio nullas plane stili offert proprietates, quae etiam in aliis eiusdem ducis diplomatibus recurrant, indeque argumentum eius ab ecclesiae, ad quam spectat, scriptore quodam artis dictandi perito verbis contextum esse verisimile est. In diplomatis exordio conficiendo scriba Henrici II episcopi litteras de capituli novae ecclesiae cathedralis fundatione circiter ann. 1131 datas (v. num. 116) adhibuit.

In[a] nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit cunctis fidelibus Christi, tam moderni temporis quam futuri, quod ego Fridericus, divina largiente clemencia dux Boemie[b] existens, remissionem peccatorum assequi cupiens et in libro vite celestis asscribi devote super omnia desiderans, ab ineunte etate decorem domus dei dilexi, et ne in conspectu eius, de cuius plenitudine omnes accepimus, vacuus apparerem, desiderium semper habui, ut ecclesia dei bona, non solum que nostro tempore deo opitulante iuste acquisivit, verum eciam que predecessores nostri quibuscumque ecclesiis seu in patrimoniis seu in facultatibus ob remedium animarum suarum contulerunt, volumus ut absque omni impedimento rata fore habeantur. Hoc itaque notum vobis facio, quod ego Fridericus,

291. *d)* ‚Actum' *B;* ‚Signum—invictissimi' *om. C, D.* — *e)* ‚Maguntine' *C;* ‚Maguntineñ' *D.* — *f)* ‚millesimo centesimo septuagesimo nono' *B.* — *g)* ‚indictione—regnante' *om. B;* ‚rengnante' *D.* — *h)* ‚Fridrico' *D.* — *i)* ‚anni rengni' *D.* — *k)* ‚vigesimo octavo' *B.* — *l)* ‚Et datum' *B.* — *m)* ‚Magdeburg' *B;* Maidburch' *D.* — *n)* ‚in' *om. D.* — *o)* ‚febꝛ' *D.* — *p)* ‚amen' *om. D.*

292. *a) In C lemma* ‚Datum super Mohelnicz' *rubro colore scr. praefigitur.* — *b)* ‚Boemorum' *B.*

dux Morauie existens, causa pacis, domino Johanne[1] rogante, feci concambium de villa Mogylnicze[c][2] et pro eadem villa aliam villam nomine Micalne[3] in ius meum cum duobus aratris et ceteris bonis obtinui.[c*] Itaque nunc existens dux tam Boemie quam Morauie, hoc privilegium scribi precepi, ut firmum hoc factum apud omnes christianos habeatur et custodiatur. Deinde pro remedio anime filii mei Wratizlai,[d] cuius deus animam habeat, ego Fridericus et uxor mea domina Elizabet[e] villam adiacentem contulimus, nomine Olsane,[4] deo et sancto Wencezlao[f] in manus domini episcopi Detlebi, et quicquid ibidem terre fuit ad aliquod castrum pertinens, omnia eidem ecclesie contulimus. Dominus autem episcopus consilio nobiscum habito, causa pacis et quietis de eadem villa Olsane fecit concambium cum quodam milite nomine Zbrazlao filio Wocconis[g] pro circuitu, qui attinebat eidem[h] ville Mohelnicz. Patruus vero meus Z.[i][5] ibidem villam quandam nomine Brunowicz[6] deo et sancto Wencezlao[f] in manus domini episcopi Detlebi ob remissionem peccatorum suorum animarum suarum[j] contulit. Volumus igitur, ut hec omnia, que prescripsimus, firma et inconvulsa permaneant.[k] Quicumque ergo hoc factum violare temptaverit, ex precepto nostro domino episcopo Detlebo iniungimus, ut hec inbanniat et violatorem facti huius sathane et angelis eius tradat. Hii sunt autem testes, in quorum presencia hec facta sunt: Grabissa camerarius, Zlaiborius[l] dapifer, Protiwa[m] agaso, Hroznata[n] pincerna, Vitizlaus,[o] Pribizlaus,[p] Bogussa, Bolezlaus,[q] Johannes iudex, Eppa, Chochanus, Welizlaus,[r] Hermannus, Wocco,[s] Dirizlaus,[t] Russa,[u] Zawissa,[v] Budywoi,[x] Beneda, Vlricus, Henricus, Nacerad, Martinus, Petrus, Kralo,[y] Zuda, Yrud,[z] Gerprechtus,[aa] Cazlaus, Hrosnata,[bb] Cach, Grabca,[cc] Boztech, Pomnenus, Mistizlaus,[dd] Onso camerarius, Cstata,[ee] Martinus, Milata,[ff] Certa, Dobremil,[gg] Boguta, Andreas, Zbrazlaus, Cazlaus, Dirislaus,[hh] Radozlaus,[ii] Swar,[kk] Bogussa, Matheus, Zlawa, Mladota, Boza, Zbrazlaus,[ll] Bohuzlaus,[mm] Albrich, Boguchwal, Milozlaus,[nn] Zedlek,[oo] Sulizlaus.[pp] Hec facta sunt anno dominice incarnacionis millesimo centesimo octogesimo,[qq] epacta XX,[7] indictione XIII.

292. *c)* ,Mogilicze' *B.* — *c*)* ,obtinui' *om. B, C; addidit Boczek.* — *d)* ,Wratislai' *B.* — *e)*, Elisabeth' *B.* — *f)* ,Wenceslao' *B.* — *g)* ,Wockonis' *B.* — *h)* ,eidem' *bis scr. C.* — *i)* ,S.' *B.* — *j) ita B, C.* — *k)* ,pmane'e' *B, C.* — *l)* ,Zlayborius' *B.* — *m)* ,Protywa' *B.* — *n)* ,Hrozlata' *B.* — *o)* ,Vytislaus' *B.* — *p)* ,Prsibislaus' *B.* — *q)* ,Boleslaus' *B.* — *r)* ,Welislaus' *B.* — *s)* ,Wocko' *B.* — *t)* ,Dirislaus' *B.* — *u)* ,Rossa' *B.* — *v)* ,Zavischa' *B.* — *x)* ,Budiwoy' *B.* — *y)* ,Cralo' *B.* — *z)* ,Yrob' *B.* — *aa)* ,Yerprechtus' *B.* — *bb)* ,Hroslata' *B.* — *cc)* ,Grabata' *B.* — *dd)* ,Mistislaus' *B.* — *ee)* ,Estata' *C.* — *ff)* ,Mylata' *B.* — *gg)* ,Dobremyl' *B.* — *hh)* ,Dyrislaus' *C.* — *ii)* ,Radoslaus' *B.* — *kk)* ,Zwar' *B.* — *ll)* ,Zbraslaus' *B.* — *mm)* ,Bohuslaus' *B.* — *nn)* ,Myloslaus' *B.* — *oo)* ,Zedlec' *B.* — *pp)* ,Zulizlaus' *B.* — *qq)* ,octuagesimo' *B.*

[1]) *IV. 1157—1172 apr. 1.* — [2]) *Mohelnice, germ. Müglitz, distr. pol. Zábřeh (Hohenstadt).* — [3]) *Fortasse Mikalka, Neuhof prope Úsov (Aussee) hic dici putat Dudík, Mährens allg. Gesch. III, pag. 405.* — [4]) *Olšany, distr. pol. Prostějov (Prossnitz).* — [5]) *Soběslaus II.* — [6]) *Iam non exstat.* — [7]) *Recte XXII.*

293.

Ercimbaldus, frater hospitalis Jerosolimitani et prior sancti Aegidii de Venetiis LXXII marcas auri et CC marcas argenti ad pondus Coloniense a Stephano Baroci, ecclesiae sancti Marci procuratore, acceptas testatur, praesente Bernardo, priore Bohemiae, qui etiam inter testes manu propria subscribitur: ‚Ego Bernardus, prior Boemię subscripsi.‘ *In Rivo alto 1181 mense ian.*

Instrumentum publicum manu Paterniani da Putheo tabellionis scriptum in tabulario notariorum Veneto asservatur. — Imaginem praebet Sickel, Monum. graphica, fasc. IX, tab. 5.

294.

Fridericus, dux Bohemiae, ecclesiae Olomucensi donationem tributi ‚chomutne‘ in fluvio Olšava a Soběslao I, duce Bohemiae, factam et a Soběslao II duce confirmatam denuo comprobat, eique villam Uhřičice et circuitum Dobretin confirmat. *[1178—1181 nov. 4.]*

Apographum memoriae huius exstat in Libro privilegiorum eccl. Olomuc. saec. XIV in tabulario capituli metropol. Olomuc. E I 27, pars I, fol. 19v—20, num. 19; pars II, pag. 153 (B). Aliud exemplar praebet alter Liber privil. eiusdem eccl., qui in tabulario archiepiscopali Cremsirii asservatur, fol. D VI, num. 26 (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 304, num. 328 (ex apogr. in analectis Friebekii). = Erben, Reg. I, pag. 164, num. 370.

Scriptum hoc non nisi simplex est relatio, quae sine ulla iuris auctoritate id tantum agebat, ut donationes ecclesiae factas in animum revocaret. In qua relatione conscribenda auctor memoriam de Soběslai II confirmatione (vid. num. 289) adhibuit, cuius primam partem ad verbum descripsit.

Notum facimus cunctis fidelibus, tam presentibus quam futuris in Christo pie viventibus, quod elemosinam, quam magnus dux Sobezlaus,[a] scilicet chomutne in Olzawa,[b] [1] Sdycone episcopo affirmante et anathematizante,[c] sancte Olomucensi ecclesie contulerat, quam eciam per iniqua consilia inpii et iniusti ab ea abstraxerant, hanc filius eius gloriosus dux Zobezlaus,[d] paterni throni[e] successor, eidem ecclesie, fratribus pro iniuria sibi illata conquerentibus, plurimisque tam Boemis quam Morauis baronibus assidentibus iuste restituit; quod denique formate sue privilegio confirmavit et universis per fora terre hoc notificare precepit. Postea vero non longo temporis intervallo dux Fridericus tam Boemie quam Morauie ducatum obtinuit[f] et dum supradicta, videlicet chomutne, Vhriczicz,[g] [2] circuitum Dobretyn[3] ab antecessoribus suis

294. a) ‚Sobeslaus‘ *B;* ‚dux S. magnus‘ *C.* — b) ‚Ozlawa‘ *C;* ‚Oslaua‘ *B.* — c) ‚anathematisante‘ *B.* — d) ‚Sobislaus‘ *B.* — e) ‚troni‘ *B.* — f) ‚optinuit‘ *B.* — g) ‚Vhricschicz‘ *B.*
1) *Olšava fl. ex sinistra ripa fluminis Morava (March).* — 2) *Uhřičice, distr. pol. Přerov (Prerau).*

ecclesie mancipata cognovit, assensum benignum prebuit sigilloque suo privilegium insignivit. Presul autem Detlebus, principe presente terreque nobilibus, talem anathematis subintulit sentenciam: si quis supradictorum violator extiterit, cum Dathan et Abiron gehenne[h] deputetur incendio amen.

295.

Fridericus, dux Bohemiae, monasterio Waldsassensi ambitum Mähring donat et circuitum, quem ei quondam pater suus Vladislaus rex largitus est, confirmat.

— 1181 —.

Apographum saec. XIV praebet Liber privilegiorum monast. Waldsassensis, qui in tabulario generali regni Bavariae Monacensi [Kl. Waldsassen, Litteral. num. 17] asservatur, fol. 37v—38 (B). — Alterum apographum manu saec. XVIII in scheda chartae scriptum in eodem tabulario asservatur (C). — Aliud exemplar saec. XVIII exstat in manuscripto tabularii parochiae Waldsassensis, qui ,Acta Waldsassensia' inscribitur, pag. 106 (E).

Lünig, Teutsches Reichsarchiv XVIII, Spicil. eccl. pars III pag. 259. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 532 (ex autographo in tabulario monast. Teplensis quondam asservato, D). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 305, num. 329. = Erben, Reg. I, pag. 166, num. 373 (frgm.). — Gradl, Monum. Egrana I, pag. 30, num. 92 (fragm. ex E). — Mittheil. d. Alterthumsver. zu Plauen 4 Jahresschr. III num. 2 (IIc). — Lang, Reg. Boica I, pag. 252. — Gradl in Mittheil. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XX, pag. 261 (reg.); cf. ibid. pag. 263, 264. — Dobenecker, Reg. Thuringiae II, pag. 117, num. 614.

Diplomatis argumentum in monasterio ipso verbis contextum esse videtur. Invocationis formula dictaque ,terrena pro celestibus commutare' *et* ,cum de suis deus muneribus honoratur' *dicendi modum, quem Vladislai regis privilegium anno 1159 eidem monasterio datum (v. num. 204) sequitur, in memoriam reducunt.*

In[a] nomine sancte et individue trinitatis. Ego Fridericus, divina favente clementia[b] Boemorum[c] dux. Cum omnium mundanorum affluentia et gloria pro sui mutabilitate et inconstantia nichil securitatis ac[d] perfecte beatitudinis suis amatoribus afferat, tutum atque solertia plenum estimamus[e] terrena pro celestibus, permanentia pro perituris commutare illucque per manus pauperum Christi transmittere fugientia, ubi semel acquisita non pereunt, sed fenore[f] centuplici perpetuo possidentur[g]; reservatur enim census imposterum, cum de suis deus muneribus honoratur. Igitur quendam ambitum vgiez[h] boemice appellatum, teuthonice[i]

---

294. *h)* ,iehenne' *B.*
8) *Hodie non exstat.*

295. *a) Praefigitur lemma rubro colore scriptum:* ,Privilegium sub domino Daniele abbate' *B;* ,In — trinitatis' *om. C. — b)* ,clemencia' *C, D, itaque etiam inferius* ,c' *pro* ,t'. *— c)* ,Bohemorum' *D. — d)* ,et' *C. — e)* ,estimavimus' *B, C. — f)* ,foenore' *C;* ,tenore' *B. — g)* ,pollicentur' *B. — h)* ,Ugicz' *D. — i)* ,theut.' *om. B, C.*

nomine Meringe[j][1] cum omnibus appendiciis suis, silvis, pratis, pascuis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, cultis et incultis seu quibuslibet utilitatibus pro salute nostra nostreque comparis[k] atque pro redemptione animarum omnium parentum nostrorum, scitu atque assensu Boemorum, sicut consignatum est et terminis distinctum, perpetuo possidendum ecclesie Walthsassensi[l] tradimus. Insuper etiam quendam ambitum inter exteriorem Luboz[2] et Znata[3] fluvium situm et a beate memorie patre nostro, tunc temporis duce, postea rege Wladizlao, eidem ecclesie libere donatum atque privilegio iam ante confirmatum,[4] cuius partem quidam invasores iniuste usurpaverant, sed suam iniuriam recognoscentes male usurpata ei in pace reddiderunt, sicut suis terminis distinctus ac consignatus est, libera donatione conferimus et ut factum hoc ratum et inconcussum permaneat, sigilli nostri inpressione[m] confirmamus. Ut autem calumpniatoribus locus invasionis de cetero penitus auferatur[n] et domus dei in sua possessione non inquietetur, terminos huius ambitus, sicut pater noster eos prefixit, huic pagine articulari decernimus.[o] Sunt autem hii: a fonte aque Znata[3] usque dum rivus Dieffenbach[p][5] vocatus ei influit.[q] Ex transverso a fonte eiusdem Znata usque[r] in rivum Elstre[6] nomine, per descensum eiusdem, donec minor Elstre[s][7] et rivus Ivvinbach[t][8] in eum cadit, per ascensum usque in fontem minoris Elstre, a fonte eiusdem usque in rivum exterioris[u] Luboz, per eundem rivum inferius, usque dum rivus Tonocop[v][9] in eum cadit. Quicunque autem hanc nostram munificentiam intuitu celestis patrie Christi[w] pauperibus collatam violenter invadere vel[x] opprimere presumpserit, se reum divine maiestati[y] existere[z] noverit et a nostra pace ac[aa] gratia omniumque[bb] Boemorum funditus alienum. Huius rei testes sunt: Valentinus episcopus Pragensis, dominus[cc] Otto princeps Morauie, dominus[dd] Primuzle[ee] frater ducis, dominus[dd] Theobaldus filius patrui sui, Henricus[ff] prepositus Wissegradensis,[gg]

---

295. *j)* ‚Meringe nomine' *B, C.* — *k)* ‚conparis' *B.* — *l)* ‚Waltsassensi' *B;* ‚Waldtsaxensi' *D.* — *m)* ‚impressione' *D.* — *n)* ‚aufferatur' *C.* — *o)* ‚attitulari decrevimus' *B.* — *p)* ‚Dieffinbach' *B.* — *q)* ‚ein-fluit' *B.* — *r)* ‚Zn. veniens usque' *D.* — *s)* ‚Estre' *B.* — *t)* ‚Iuinbach' *E;* ‚Winbach' *D;* ‚Wymbach' *C.* — *u)* ‚inferius' *D.* — *v)* ‚Donocop' *B.* — *w)* ‚Cristi' *D.* — *x)* ‚et' *D.* — *y)* ‚maiestatis' *B—D.* — *z)* ‚existere' *om. B—D.* — *aa)* ‚et' *D.* — *bb)* ‚omnique' *C.* — *cc)* ‚dux dominus' *D.* — *dd)* ‚dux' *D.* — *ee)* ‚Primusle' *D.* — *ff)* ‚Heinricus' *B.* — *gg)* ‚Wissigrad.' *B.*

[1]) *Mähring, oppidulum Bavariae a Waldsassen versus meridiem et orientem.* — [2]) *Rivulus Liboc (germ. Leibitsch), qui in monte Hoher Stein apud Kirchberg originem habet et Lauterbach praeterfluit.* — [3]) *Der Fleissenbach, rivus qui vicum Fleissen ab Eger (Cheb) versus septemtrionem praeterfluit.* — [4]) *Vide num. 204 et 227.* — [5]) *Der Tiefenbach rivulus apud Ebmeth (in distr. pol. Falknov, Falkenau) oriens, qui apud Mühlgrün in Fleissenbach influit.* — [6]) *Die Elster, flumen a Schönberg ad septemtrionem et occid. profluens.* — [7]) *Der Schwarzbach, rivulus, qui ap. Adorf in fl. Elster influit.* — [8]) *Der Eibenbach, rivulus, qui apud Eibenbrunn originem habet et prope Erlbach in rivum Schwarzbach influit.* — [9]) *Quo nomine rivus hic nunc vocatur, incertum restat.*

Martinus prepositus Pragensis, Florianus cancellarius, Grabissa[hh] camerarius, Wocco,[ii] Widigo,[kk] Ratibor,[ll] W̊lricus[mm] filius Drizizlai,[nn] Bogus[oo] et alii quam plures. Facta autem sunt hec anno incarnationis domini millesimo centesimo octuagesimo primo,[pp] anno ducatus ducis Friderici quarto.[qq]

296.

Céč, comes de Železnice, testatur se Meinero abbati monasterioque Plassensi villas suas Bykov et Vlčkov cum circuitu quodam, quem ipsi Fridericus dux donavit, vendidisse eaque pecunia praedium Sedlečko sibi comparavisse.

[1180—1182 mart. 25.]

Autographum duplex in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A, A').

Erben, Reg. I, pag. 165, num. 372 (fragm.). — Scheinpflug in Mittheil. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhm. XII, pag. 59, num. 4 (reg.).

Utrumque autographum una eademque manu exaratum est, quae iam in nullo alio eiusdem monasterii diplomate in conspectum redit. — Erben l. l. litteras circiter a. 1181 confectas esse putat, Palacký ibid. pag. 624 ad a. 1180 reponendas esse minus recte censet. Sed hoc tantum certum restat litteras illius temporis spatio esse definiendas, quo Henricus praepositi Vissegradensis munere praeditus esset.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris fidelibus, quod ego Cesc[a] comes de Zeleznice[b] villas meas Bi‖cow[1] et Wilcecow[c][2] et circuitum meum usque ad locum a me determinatum cum pratis, agris et aquis abbati Meynero de Plaz ‖ et fratribus suis ibidem deo famulantibus[d] contradidi tum pro animę meę remedio tum pro pecunia ab eisdem fratribus mihi oblata. Eun‖dem autem circuitum gloriosus dux Fridericus primo ducatus sui anno servitii mei[d*] memor mihi contulit. De pecunia vero a fratribus accepta predium quoddam nominę Zedlesco[3] in usus meos comparavi. Ut autem hęc pactionis meę ratio rata et inconvulsa habeatur, in capitulo Pragensi confirmari conplacuit presentibus et testibus Pragensis ecclesię[e] preposito

295. *hh)* ‚Grabis' *B, C, E.* — *ii)* ‚Wolto' *C; om. D.* — *kk)* ‚Witko' *D.* — *ll)* ‚Rotibor' *C.* — *mm)* ‚Vlricus' *C, D, E.* — *nn)* ‚Chizzizlai' *C, E;* ‚Chzislai' *D.* — *oo)* ‚Boguchwal' *D.* — *pp)* ‚millesimo centesimo LXXXI' *D;* ‚M̊CLXXXI̊' *B.* — *qq)* ‚IIII̊' *B;* ‚IV' *D.*

296. *a)* ‚Caic' *A', ubi* ‚i' *ex* ‚e' *eod. atramento corr.* — *b)* ‚Zeleznicę' *A'.* — *c)* ‚Wilzecow' *A', ubi* ‚z' *in loco raso eod. atram. scr. est.* — *d)* ‚servientibus' *A'.* — *d*)* ‚mei' *om. A'.* *e)* ‚ęcclesię' *A'.* —

[1]) *Bykov, curia prope Obora in distr. pol. Plzeň (Pilsen).* — [2]) *Scheinpflug l. l. Vlkýš, germ. Wilkischen prope Touškov (Tuschkau), distr. pol. Stříbro (Mies) hic dici putat. An sit Vlkov prope Blovice?* — [3]) *Sedlečko prope Rokycany, distr. pol. Plzeň.*

Martino et Paulo decano, et Wissegradensis ecclesię[e] preposito Henrico et Magno[f] decano et ceteris utriusque ecclesię canonicis, videlicet Conone preposito, Floriano cancellario, Peregrino preposito, Alexandro magistro, Zlauone arcidiacono,

[A]

Zedeslaus arcidiaconus, Hermannus arcidiaconus, Bawor prepositus, Pribizlaus, Walcunus, Detthelebus,[g] Boguzlaus, Mlaz, Milozlaus, Johannes, Wissemerus, Pomnenus, Anselmus, Gaulus, Georius, Alexander, Benec, Hualco, Lupoldus custos, Ozobeus custos, Radozta, Zlawata, Alexius, Walun, Fridricus, Teodericus, Podiwa, Bartholomeus, Alexander, Imrammus, Johannęs, Purcardus, Martinus, Rudolfus. Huius etiam venditionis meę testes sunt: Bogusse cum fratribus II[bus] Ratibor et Lutobor,[l] et cognato Dobromizl, Ǒlricus filius Drizislav, Igenis filius Bozethe, Jan iudex, Protiva filius Conradi, Janic cum fratre Matheo, Detheleb filius Gumpoldi,[n] Lutuin cum filio Gogtpoldo, Winther[g] filius Wilhardi, Stzybor filius Roperti, Gotsalac de Olesna,

[A']

Zedeslavo arcidiacono, Hermanno arcidiacono, Bauoro preposito, Pribizlavo arcidiacono, Walcuno, Detthelebo, Boguzlavo, Mlazo,[h] Milozlavo, Johannę, Wissemero, Pomneno, Anselmo, Gaulo, Georio, Alexandro, Benco, Hvalco, Ozobeo[i] custode, Lupoldo custode, Radozta, Zlawata,[k] Alexandro, Alexio, Waluno, Friderico, Theoderico, Podiwa, Bartholomeo, Ymrammo, Johannę, Purcardo, Martino, Rudolfo. Huius etiam venditionis meę testes sunt: Bogusse cum fratribus II Ratibor et Lutobor et cognato Dobromizl, Ǒlrico filio[m] Drizilay, Igenisse filio Bozethę, Jano iudice, Protiwa filio Conradi, Janico cum fratre Matheo, Dethelebo filio Gumpoldi,[n] Lutuino[o] cum filio suo Gotpoldo, Winthero filio Wilhardi, Stzyboro filio Roperti, Gotessalco de Olesna,

Pozden, Milgozt cum filio suo Stephan,[p] Roznet,[q] Gagec custos silve, Rudolfus cum privigno[r] Hermanno et filio Rudolfo, Berththol[s] de Leysin; sacerdotes: de Ledec[4] Petrus, de Plaz[5] Arnoldus. De Breza[6] Radon cum filiis duobus,[t] Berzon, Thechen, Stroyec, Goztic, Zutek, Radozta. Sremesna[u][7] Seboy, Nelepec, Dobros, Bezded, Schepan,[v] Chotey,[x] Quasone, Otroche,[y] Tocek, Bratron, Cubata, Vtehc,[z]

296. *f)* ‚Mag̅no' *A, A'. — g)* ‚h' *eodem atram. superscr. A. — h)* ‚l' *eodem atram. superscr. A'. — i) ultima* ‚o' *in loco raso eod. atram. scr. A'. — k)* ‚l' *eodem atram. superscr. A'. — l) dimidia parte literae* ‚r', *quae in fine lineae posita erat, abscissa, scriba eodem atramento aliam* ‚r' *superscripsit A. — m)* ‚fiło' *A'. — n)* ‚p' *ex* ‚b' *eodem atramento corr., sed literae* ‚b' *hasta in A' non est erasa. — o) genuine* ‚Lutiuno', *sed statim corr. A'. — p)* ‚Stephano' *A'. — q)* ‚Rosnet' *A'. — r) genuine* ‚pugni', *sed corr. A. — s) ita A;* ‚Bertholt' *A'. — t)* ‚.II.' *A'. — u)* ‚De Sremesna' *A'. — v)* ‚Schpan' *A'. — x)* ‚Ghotec', ‚h' *eod. atram. superscr. A'. — y)* ‚Otrochę' *A'. — z)* ‚Vteh' *A'.*

[4]) *Ledce, distr. pol. Plzeň. —* [5]) *Plasy, distr. pol. Kralovice. —* [6]) *Bříza Horní, germ. Ober-Břís, distr. pol. Plzeň. —* [7]) *Třemošná, distr. pol. Plzeň.*

Bugurad.[aa] Checini[bb][8] Trebek, Nagaze,[cc] Peze, Witon. Copidle[dd][9] Nosek, Dobrogoz, Stogen. Schewice[ee][10] Tubgoz, Luduic. Trinowa[ff][11] Boy, Ztaze, Scori, Lecek. Namutissowe[gg][12] Sdimer, Juric, Zdilut, Zvliwoy.[hh] Gromnice[ii][13] Cutra, Colech, Bogdan. Gizslici,[kk][14] Premil. Lubine[ll][15] Petrik, Zlawic.[mm] Tucleci[nn][16] Pozdnec.

Si qua vero in posterum ecclesiastica seu secularis persona hanc vendicionem meam predictis fratribus diripuerit, anathematis vinculo se innodatum[oo] noverit.

(S. P.)

In utriusque autographi extremo margine scidula membranae per duas rimas transmissa est, cui sigillum rotundum, quod per medium 79 mm occupat, de cera alba confectum, impressum est. In sigilli area ecclesia cum turri depingitur, ante quam vir sacerdotis veste indutus in genibus iacet, qui mitram episcopalem capite gestat et manu utraque pedum amplectitur. Post viri terga inscriptio ADALBЄRTVS ЄP̄C *legitur. Ex illa, quae circumcurrebat inscriptione, magna pars defracta est, verba tantum* ✠ SC̄A ЄCCLЄSI . . . GЄNSIV /// *supersunt.*

297.

Fridericus I, imperator Romanorum, abbatiae Nivellensis[1] *iura et libertates confirmat. — Inter testes:* ‚Henricus Pragensis episcopus, Peregrinus Morauiensis episcopus'.

Maguntiae 1182 mai 23.

Meiller in Notizenblatt. Beil. z. Arch. f. K. österr. Gesch.-Qu. I, pag. 148. — Stumpf, Reg. num. 4340.

Qua de causa uterque episcopus eo tempore Maguntiae moratus sit, Gerlacus Milovicensis his refert verbis: ‚Instante festo pentecosten domnus electus [Henricus] proficiscitur Moguntiam ad consecrationem, ubi sabbatho quatuor temporum *[= mai. 22]* in presbyterum, ac sequenti dominica consecratur in episcopum. Domnus quoque Pilgrimus, Olomucensis electus, abiit cum eo consecrandus et rediit consecratus, et quia imperator transalpinaverat, ambo electi praesentantur imperatrici; utrum ante vel post consecrationem, non satis recordor' *(Font. rer. Boh. II, pag. 478).*

---

296. *aa)* ‚Bogurad' *A'.* — *bb)* ‚De Checin' *A'.* — *cc)* ‚Nagoze' *A'.* — *dd)* ‚De Copidle' *A'.* — *ee)* ‚De Schewic' *A', ubi post* ‚c' adhuc ‚e' *genuine posita sed postea erasa erat.* — *ff)* ‚De Trinowa' *A'.* — *gg)* ‚De Mutissow' *A'.* — *hh)* ‚y' *eod. atramento superscr. A'.* — *ii)* ‚De Grommicae' *A'.* — *kk)* ‚Gizslice' *A'.* — *ll)* ‚De Lubine' *A'.* — *mm)* ‚Zawic' *A'.* — *nn)* ‚De Tucleci' *A'.* — *oo) ita A;* ‚innodatam' *A'.*

[8]) *Čečín, quondam vicus, nunc domus saltuarii prope Babina, distr. pol. Kralovice.* — [9]) *Kopidlo, distr. pol. Kralovice.* — [10]) *Čivice, alias Čijevice, distr. pol. Kralovice.* — [11]) *Trnová, distr. pol. Kralovice.* — [12]) *Mutišov, quondam vicus circum Plasy situs.* — [13]) *Hromice, distr. pol. Plzeň.* — [14]) *Locus ignotus.* — [15]) *Liblín, distr. pol. Kralovice.* — [16]) *Tukleky?*

297. [1]) *Nivelles a Bruxelles meridiem versus.*

298.

Lucius III papa hospitali sancti Johannis Jerosolimitani possessionem ecclesiae sanctae Mariae Pragae et ecclesiae in Manětín, in qua sorores ordinis morantur, confirmat et hospitalis bona tuenda suscipit, petente Bernardo praeceptore. *Velletri 1182 octb. 23.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

J. Delaville Le Roulx, Cartulaire général de l'ordre des hospit. de S. Jean de Jérusalem I, pag. 434, num. 643.

‖ Lucius ‖ episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis fratri Bernardo preceptori et aliis fratribus hospitalis Jerosolimitani in ‖ Boemia, Polonia et Pomerania constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Ex debito suscepte administrationis inducimur ‖ et pietatis officio provocamur, quod in domo hospitalis pauperibus, peregrinis et aliis sepulcrum ‖ domini visitantibus indesinenter impenditur, petitiones vestras libenter admittere et eis assensum facilem impertiri. Hac itaque consideratione rationis inducti et vestris nichilominus precibus inclinati, ecclesiam sancte Marie Prage, a dilectis filiis M.[1] et G.[a][2] prepositis, qui eam de proprio construxisse dicuntur, sicut in privilegiis bone memorie Wladizlai regis[3] et Sobetlai, ducis Boemie,[4] continetur, et ecclesiam Manetin,[5] in qua sorores vestre morantur, vobis et domui hospitalis cum assensu diocesani episcopi et capituli sui pia devotione collatas, vobis et per vos dicte domui, sicut eas iuste et pacifice possidetis, auctoritate apostolica confirmamus. Vos etiam et ipsas ecclesias cum omnibus pertinentiis suis, alia quoque bona, que in presentiarum rationabiliter et sine controversia possidetis, vel in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patroc[ini]o[b] communimus. Statuentes, ut nemini liceat vos vel eandem[c] ecclesiam seu alia bona invadere, auferre seu quomodo libet temeritate aliqua perturbare, nec sit fas alicui hanc paginam nostre confirmationis et protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Velletri, X kalendas novembris.

Autographo appendet e filis sericis rubei coloris Lucii III papae bulla plumbea, cuius imaginem vid. ap. Diekamp, Päpstl. Urkundenwesen in Mitth. d. Inst. f. österr. Geschichtsforschung III, tab. ad pag. 626, num. 4 et 22.

---

298. *a) seq.* ,et', *sed erasum A.* — *b) membrana laesa.* — *c)* ,n' *ex* ,m' *radendo corr. A.*
[1]) *Martino praeposito Pragensi 1174—1181.* — [2]) *Gervasio praeposito Vissegradensi. 1156—1190.* — [3]) *Vide supra num. 245.* — [4]) *Diploma hoc desideratur.* — [5]) *Manětín, distr. pol. Kralovice (Kralowitz).*

299.

Lucius III papa monasterii Windbergensis (in Bavaria) protectionem suscipit eiusque iura et bona, inter quae etiam ea, quae in Bohemia eius sunt, confirmat.

Velletri 1183 apr. 30.

Pflugk-Harttung, Acta pontif. Romanor. ined. II, pag. 385, num. 436. — Jaffé, Reg. pontif.2 II, num. 14876.

Bonorum, quae in Bohemia eo tempore monasterii Windbergensis propria fuerint, nomina in privilegio non indicantur. Verum tamen eiusdem monasterii Liber censualis, anno 1305 confectus, de illis haec commemorat: ‚Ex donatione Vladislai, regis Bohemiae, qui fuit pater Alberti, Saltzburgensis archiepiscopi, Albrechtsrieth[1] curia. Ex donatione ut supra et aliorum fidelium villa Albrechtsried. Ex donatione Vladislai regis eiusdem Mülschücz,[2] Janebiz,[3] Weitziz[4]' *(Emler, Reg. IV, pag. 809, num. 2077). Vladislaum regem etiam aliter de monasterio Windbergensi optime meritum esse, hoc Necrologii Windbergensis testimonio comprobatur:* ‚XV kal. febr. *[= 18 ian. 1174]* Wlatizlaus dux Boemie. Iste propria expensa destinavit ad nos episcopum Morauie, qui et dedicavit monasterium nostrum' *(Mon. Boica XIV, pag. 91). De qua dedicatione Relatio de origine monasterii Windbergensis haec refert:* ‚Anno igitur dominicae incarnationis MCLXVII, indictione prima, dedicata est haec basilica in honore beatae et perpetuae virginis Marie a venerabili et sanctae conversationis viro Iohannę, aecclesiae Olmucensis antistite, IV kal. decembris *[= nov. 28]*. Consecrata sunt etiam eodem die duo altaria: unum in medio monasterii in honore sanctae Crucis, alterum in latere septentrionali in honore s. Egidii. Proximo autem die, scilicet III. kal. decembris *[= nov. 29]* consecravit idem reverendus et sepe nobis memorandus episcopus altare in meridionali latere monasterii in honore ss. Mauritii, Gereonis, Victoris ac sociorum eorundem, et alterum altare in septentrionali absida chori in honore beatissimi confessoris Nycolai. Summum autem altare et duo altaria altrinsecus e latere consecrata fuerunt anno MCXLII, undecima kal. iunii *[= mai 22]* a venerabili et pie memoriae episcopo Stikone, prememorati patris et domini nostri Johannis predecessore, quorum devotio eo amplius in nos enituit, quo uterque nostri ordinis, nostrum ordinem honorare curavit' *(Monum. Germ. Script. XVII, pag. 563; Mon. Boic. XIV, pag. 16). Obitum Johannis episcopi Necrologium Windbergense his verbis commemorat:* ‚Kal. aprilis *[= 1 apr. 1172]* Johannes episcopus Olomucensis. Iste dedicavit ecclesiam nostram et altare Crucis et altare s. Egidii' *(Mon. Boic. XIV, pag. 96). — Erben, Reg. I, pag. 140, num. 320.*

300.

Fridericus, dux Bohemiae, monasterii Plassensis fratribus villam Kralovice cum omnibus, quae eius sunt, et cum foro praediumque Čížkov iam ante ab eis acceptum pro praedio suo, quod Sechutice Inferius dicitur, et Kočín donat.

Zbečno 1183 —.

---

299. [1]) *Albrechtice, germ. Albrechtsried, distr. pol. Sušice (Schüttenhofen).* — [2]) *Milčice, germ. Miltschitz, prope Albrechtice.* — [3]) *Janovice prope Langendorf, distr. pol. Sušice.* — [4]) *Fortasse Vojtice, germ. Wojtitz, distr. pol. Sušice.*

Apographum saec. XVIII praebet cod. ms. tabularii Musaei regni Bohemiae, 4 B 16 signatus, qui inscribitur: „Lapis sepulchralis fundatoris et benefactorum aliorumque memorabilium monasterii b. virg. Mariae de Plassio anno MDCCXLIV, a fundatione iubilaeo 600 nonnullis suis memoriis renovatus a F. Benedicto Scheppl sac. ord. Cisterc. eiusdemque monast. professo", pag. 47 (B).

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 548. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 310, num. 333. = Erben, Reg. I, pag. 170, num. 378 (frgm.). — Scheinpflug in Mitth. des Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhm. XII, pag. 59, num. 5 (reg.). — Geschichtsquellen d. Grafsch. Glatz I, pag. 10 (reg.).

Diplomatis argumentum a clerico quodam monasterii ipsius verbis contextum esse videtur.

Notum sit omnibus tam praesentibus quam futuris fidelibus, quod ego Fridericus, dei gratia dux Boemiae, villam patris mei et meam, nomine Crelowitz,[1] domino deo et beatae Mariae et fratribus in Plazs ipsi famulantibus, inspiratione divina commonitus, cum omnibus appenditiis et foro contuli. Chisko[2] quoque praedium, quod pater meus eis dederat, sed mecum[a] concambium inde fecerant pro alio quodam praedio meo, Inferius Zechutiz[3] nomine, et Cozin,[4] utrumque fratribus iam dictis tradidi. Iustum enim est, ut abundantia nostra pauperum inopiam suppleat, ut eorum orationes nos onere peccatorum gravatos exonerent. Huius autem nostrae donationis testes sunt fratres mei: Albertus Salzburgensis archiepiscopus, Henricus Pragensis episcopus et chorus Pragensis, Florianus praepositus et cancellarius Wissehradensis et chorus. Laici: fratres Wazlaus, Theobaldus, Primizel; primates: Bogg castellanus de Chladeschd, Bleg castellanus de Lutmeriz, Groznata[b] camerarius, Ratibor[c] castellanus de Natoliz, Lutebor castellanus de Bolezlaw, Withec, Pabian,[d] Stazlaus castellanus de Sathesc, Jan iudex, Petrus de Carde,[e] Jan filius Episcopi, Jenic frater Mathiae, Mutin pincerna, Laztibor, Pribizlaus ensifer, Hermannus filius Marqvardi, Hermannus filius Wilhelmi, Groznata Calvus, Jan frater Golaz, Jaros filius Ratibor, Wiske, Hoika, Theodoricus de Prodiva, Lutwin, Ernest, Chiske, Gerdon.[f] Haec autem in Zbecsene[g] acta sunt anno dominicae incarnationis millesimo centesimo octogesimo tertio, sub venerando abbate Meynhero. Si qua vero imposterum ecclesiastica saecularisve persona donationem nostram irritam facere tentaverit, vinculo anathematis se innodatam noverit.

301.

Fridericus, dux Bohemiae, monasterio Plassensi villam suam Kopidlo pro teloneo salis in Děčín, quod ipsi pater suus donaverat, tradit, Henrico Pragensi et Peregrino Olomucensi episcopis pacti violatores excommunicantibus. *[cc. 1183.]*

---

300. a) ‚meum' *B.* — b) ‚Gnoznata' *B.* — c) ‚Patibor' *B.* — d) ‚Bubian' *B.* — e) *lectio incerta;* ‚Carð' *B.* — f) ‚Gordon' *B.* — g) ‚Zbecseve' *B.*

1) *Kralovice, germ. Kralowitz, a Plzeň (Pilsen) versus septemtr.* — 2) *Čižkov, germ. Čischkau, distr. pol. Plzeň (Pilsen).* — 3) *Sechutice dolni, villa quondam prope Výrov (Weirow) in distr. pol. Kralovice sita.* — 4) *Kočín prope Kralovice.*

Autographum duplex in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A, A').

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 306, num. 330 (fragm.). — Erben, Reg. I, pag. 170, num. 379. — Scheinpflug in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII, pag. 60, num. 7 (reg.).

Utrumque autographum, manu quadam ignota exaratum, fratrem quendam monasterii ipsius scripsisse verbisque contexuisse verisimile est.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod ego Fridericus, dei gratia dux ‖ Boemie,[a] pia viscera necessitatem pacientibus exhibere debeo. Inde est, quod fratres Plazenses ‖ miserias suas coram me deposuerunt. Habebant enim teloneum salis in Decin[1] a patre ‖ meo ipsis condonatum, cuius usum sine gravi periculo animarum suarum ad monasterium deferre ob longitudinem vię et insidias[b] latronum nequiverunt. Quorum dolori compassus et peticioni annuens villam meam nominę[c] Copidl[2] eis perpetuo iure possidendam tradidi et econtra predictum teloneum, quod ad ipsos pertinuit, in usus meos accepi. Ut autem hęc commutatio nostra rata et inconvulsa in posterum permaneat, hoc privilegeum[d] sigillo meo confirmavi et testes idoneos huic confirmationi adhibui, quorum nomina sunt hęc: Bleg, Bogusse, Groznata camerarius, Jan iudex, Mutine pincerna, Letar dapifer, Jaros, Ludewik, Werner, Iessutbor, Walzta, Isdata Witouic,[e] Drisek,[f] Brum, Mahtholt,[g] Rapota scriba, Emram cum fratrę suo Pribizlav, Pabian,[h] Petrus cum fratrę suo Obiden, Lutognew, Hermannus filius Wilhelmi.[i] Preterea[k] domino Henrico, Pragensi episcopo, viro venerabili et Peregrino, Morauiensi episcopo, non minus honesto iniuncxi,[l] ut statuti nostri violatores[m] anathematis vinculo denuntient innodatos. Acta sunt autem hęc in consecratione[n] basilicę, quam ob memoriam victorię[o] meę socia thori mei Elisabhet[p] construxit.

(S. P.)

Utrique autographo in membranae scidula suspensum est fragmentum sigilli e cera alba confecti, quod eadem forma atque in diplomate eiusdem ducis num. 304 expressum erat.

302.

Godescalcus, abbas Siloensis, capitulo Cisterciensi somnii sui mirabilem speciem perscribit eiusque fraternitatem expetit.

[Louňovice 1184 febr. 13—17.]

---

301. *a)* ‚Boemię' *A'.* — *b)* ‚insi' *eod. atram. ex* ‚lon' *in loco raso corr. A'.* — *c)* ‚o' *alio atramento magis distincto superscr. A'.* — *d) genuine* ‚puileū', *sed altera* ‚u' *litera in* ‚g' *correcta, adhuc* ‚eū' *eodem atramento statim inter scribendum additum est A;* ‚privilegium' *A'.* — *e)* ‚Wittovic' *A'.* — *f)* ‚Drizec' *A'.* — *g)* ‚Mahtolt' *A'.* — *h)* ‚n' *superscr. A'.* — *i)* ‚Wilhęlmi' *A'.* — *k)* ‚Pret'a' *A'.* — *l)* ‚c' *superscr. A'.* — *m)* ‚uio' *ex* ‚uuo' *radendo corr. A'.* — *n)* ‚consecracionę' *A'.* — *o)* ‚victorie' *A'.* — *p)* ‚Elizabhet' *A'.*

[1]) *Děčín, germ. Tetschen, a Litoměřice (Leitmeritz) versus septemtrionem.* — [2]) *Kopidlo, distr. pol. Kralovice (Kralowitz).*

Apographum servavit Gerlaci Chron. Bohemiae ad ann. 1184 in exemplari Piteriano, quod in tabulario monast. Raihradensis asservatur, fol. 44 (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 311, num. 334 (ex recensione Dobneriana, Mon. Boh. I, pag. 114). = Erben, Reg. I, pag. 167, num. 375. — Damus ex editione Josephi Emler in Fontes rer. Boh. II, pag. 500.

Boczek et Erben epistolam circiter ann. 1183 scriptam esse putant; sed ex iis, quae Gerlacus de Godescalci morte refert, illam in extremis demum Godescalci vitae diebus confectam esse, facile intelligi potest: ‚Litteras quoque superiores a domno Petro *[monasterii Kunicensis priore]* dictatas hoc spatio dierum fecit sibi praesentari, vidit, legit, correxit et cum esset premortuus in ceteris membris, pollebat tamen integro aspectu atque auditu insuper et expedita loquela usque in horam obitus sui.‘ *(Fontes rer. Boh. II, pag. 503.)*

Sanctae Cisterciensis ordinis universitati frater Godscalcus, vetustissimus veterum abbatum Boemiae et Moraviae, eorum sicut aquilla renovari meritis et precibus. Quod vivens[a] non praesumpsi, iam moriens appeto, vestro videlicet desideratissimo associari collegio. Ad hanc confidentiam quadam visione me animatum vestra scire dignetur sanctitas. In somnis enim nuper me videbam ductum ad quoddam magnum ac mirificae fabricae aedificium, in quod, quia gradus difficiles erant, eo quod longe ab invicem positi essent, ascendere desperavi. Cum ecce subito flos et gemma ordinis vestri, sanctus Bernardus, quem nunquam in carne videram, hilariter apparuit et instrumenta duorum baculorum, quos cruccas vocant, ostendit, quibus suffultus, eum intra iucundissimum palatium secutus sum. Porro in dextra parte huius palatii ingens apertura in modum arcus testudinati visa est mihi, per quam, quotquot erant ordinis vestri, introiverunt in splendidissimum domicilium. Mihi autem in exstrinseca domo ista cernenti et sermonem venerabilis abbatis audire cupienti, ipse me homuncionem per manum suam apprehendens secum duxit ac secum collocavit in medio conventus vestri. Per hoc, quid aliud intelligam, nescio, nisi[b] vestrae benignitatis benevolentiam, per quam in vestri ordinis consortium, quem semper dilexi, et quantum salva obedientia poteram, imitari conabar, admisceri exopto. Unde vestrae sanctitatis pedibus provolutus obnixe deprecor, ut non meae parvitatis merita, sed vestrae pietatis considerantes viscera, in vestrum me consortium admittere dignemini.

303.

Henricus, episcopus Pragensis, villas quasdam episcopales cum quatuor villis Georgii de Milevsko commutat, intercedente Hermanno, archidiacono Bechynensi. — *1184 [ante mai. 23].*

Apographum insertum est confirmationi Danielis II, episcopi Pragensis, circiter ann. 1205 confectae, cuius autographum dupplex in tabulario Vorlicensi asservatur (B, B').

Erben, Reg. I, pag. 171, num. 381 (fragm.).

302. *a)* ‚iuvenis‘ *B.* — *b)* ‚non‘ *B.*

Commutatio ante diem 23 maii 1184 necesse facta sit, quod ea die secundus pontificatus Henrici episcopi annus exactus est.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Henricus, dei gratia Pragensis episcopus, universis ęcclesię filiis presentibus et futuris. Cum vetustas temporis simul et oblivio mentis soleant res etiam memorabiles delere ac sepelire, congruum estimamus ea litteris alligare, que oportuit ad noticiam posterorum transmittere. Proinde, quia dispensatio nobis credita est et favente deo in potestate habemus villas ęcclesię interdum ubi opus fuerit commutare, non autem vendere aut alienare, notum volumus fieri omnibus presentium inspectoribus et maxime successoribus nostris, episcopis Boemię, quod nos episcopatum domino provehente adepti, invenimus agros episcopales agris Georii in Myleuzc permixtos et hinc inde dispersos, et convenit inter nos et eundem Georium, quo sibi de nostris cederemus et condignam ab eo commutacionem reciperemus, quatuor videlicet villas, quarum una dicitur Ztrana,[1] altera Bratreo,[2] tercia Zbudco,[3] quarta Chrazna,[4] facientes hoc concambium ex mutuo beneplacito, nulla nostra vel sua necessitate, nisi quod nostrum ei adiacebat et nobis minus utile erat, suum vero a curia nostra Rudenitz[5] non longe aberat. Mediator huius rei erat Hermannus, archidiaconus in Behin,[a] vir probatus et honestus, quem prius quidem misimus considerare utrumque predium, ac deinde secundum deum sine acceptione personarum, cessante utriusque partis iniuria, terminatum est hoc negotium. Super hoc concambio testes sunt hii: Florianus prepositus Wisegradensis, Chuno Pragensis, magister Bartolomeus et fere omnes canonici Pragenses, insuper et maiores curię nostrę: Odolen camerarius, Hartliebus[b] dapifer, Reinardus, Erkembertus et tota curia, coram quibus hoc fecimus, nullo contradicente aut saltem dissuadente. Quod a nobis rationabiliter factum, ne quis in posterum velit improbare aut habere infectum, ad maiorem firmitatem et iuramentum interponimus et sigillum sancti Wencezlai apponentes repetitionem in futurum pagine huius prescriptione tollimus. Factum est hoc concambium anno dominice incarnationis MCLXXXIIII, indictione secunda, sub Fridrico imperatore et Friderico duce Boemię, anno pontificatus nostri II.

304.

Fridericus, dux Bohemiae, et patruus eius Venceslaus permutationem villarum Čečín et Luhov inter Hermannum filium Wilhelmi et fratres monasterii Plassensis factam confirmant. *Zbečno 1184 —.*

---

303. *a)* ‚Bechin' *B'*. — *b)* ‚Hartliuus' *B'*.

[1]) *Stranné prope Neveklov, distr. pol. Benešov (Beneschau).* — [2]) *Bratřejov prope Nechvalice, distr. pol. Sedlčany.* — [3]) *Fortasse Budov, germ. Budowe, distr. pol. Ústí n. L. (Aussig).* — [4]) *Chrastná, germ. Chrasney, distr. pol. Litoměřice (Leitmeritz).* — [5]) *Roudnice, germ. Raudnitz, a Litoměřice (Leitmeritz) versus meridiem et orientem.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A). Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 312, num. 335 (reg.). — Erben, Reg. I, pag. 171, num. 380 (exc.). — Scheinpflug in Mittheil. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII (1873), pag. 59, num. 6 (reg.). — Geschichtsqu. d. Grafschaft Glatz I, pag. 10 (reg.).

Diploma a scriptore quodam monasterii ipsius scriptum et etiam verbis contextum esse videtur.

Notum sit tam presentibus quam futuris fidelibus, quod ego Fridericus, dei gratia dux Boemorum, ‖ et patruus[a] meus Wencezlaus concambium inter Hermannum, Wilhelmi filium, et ‖ fratres de Plaz factum ratum haberi cencsuimus.[b] Hoc autem est concambium: Predictus H. partem[c] villę ‖ suę in Szheschin[1] pro fidelitate servitii sui sibi collatam fratribus predictis tradidit et possessionem ipsorum in Lugow[2] recepit XII marcis[d] argenteis, labore manuum suarum acquisitis, superadditis; ea tamen conditione, ut eadem possessio[e] pro remedio animę suę, eo de medio decedente, ad ipsos redeat et utramque concambitionem sine alicuius contradictione perpetuo possideant. Placuit quoque nobis pro roborando pacto, ut duobus sigillis, meo scilicet et patrui[f] mei W., privilegium firmaretur et testes conscriberentur. Hii vero sunt testes: Henricus Pragensis episcopus, Henricus abbas Breunensis, Albertus abbas de Monte Syon, Juratha abbas de Lůtmisl, Thidricus abbas de Gradis, Hermannus prepositus Pragensis, Florianus prepositus et cancellarius, Pribizlaus prepositus Bolezlauensis, Stizlaus decanus Pragensis, magister Alexanter; primates: Bogusse castellanus de Cladzcho, Zawisse castellanus de Bolezlav, Witcho castellanus de Prahen, Groznata camerarius, Iohannes iudex, Letarius dapifer, Troian filius Velizlai, Janec filius Episcopi, Co̊nradus pincenna[g] W.[3] Hec autem in Becsene acta sunt anno dominice incarnationis millesimo C̊LXXX̊IIII̊. Si qua vero in posterum ecclesiastica secularisve[h] persona nostram donationem irritam facere temptaverit, vinculo anathematis se innodatum[i] noverit.

(S. I.) (S. I.)

Diploma duobus sigillis e cera alba confectis instructum est: Primi, quod lateri sinistro impressum est, non nisi fragmentum valde laesum restat. In quo tres turres expressae sunt, in quarum fastigio pinnae conspiciuntur. E circumscriptione hae tantum literae supersunt: ..ACEΣL.....IA Mᴗ..... *Lateri dextro sigillum rotundum, cuius diametros 81 mm efficit, duo latera habens impressum est. In cuius priore parte vir stans, tunica squamata indutus, manu sinistra scuto innixus, manu dextra vexillum tenens conspicitur. Circumscriptio:* ✠ FRIDЄRICVS DЄI GRACIA · DVX · BOEMORVM. *In posteriore vero sigilli parte vir depingitur in solio sedens, cuius caput nimbo ornatum est, manu sinistra scuto innixus, manu dextra vexillum tenens. Circumscriptio:* ✠ PAX · DVCIS · FRIDЄRICI · IN · MANV · SCI · WЄNCЄZLAI.

---

304. *a)* ‚ru' *alio atramento magis distincto superscriptum A.* — *b) ita A.* — *c)* ‚e' *ex* ‚i' *corr. A.* — *d)* ‚i' *ex* ‚a' *radendo corr. A.* — *e) ex* ‚possio' *statim inter scribendum corr. A.* — *f) genuine* ‚paptrui', *sed altera* ‚p' *puncto superposito deleta A.* — *g) ita A.* — *h)* ‚l' *ex* ‚a' *corr. A.* — *i) ita A,* ‚i' *ex* ‚u' *radendo corr.*

[1]) *Čečín, nunc domus saltuarii prope Babina, distr. p. Kralovice (Kralowitz).* — [2]) *Luhov, germ. Lohowa, prope Touškov (Tuschkau), distr. pol. Stříbro (Mies).* — [3]) *Venceslai.*

305.

Fridericus, dux Bohemiae, monasterio Waldsassensi villam ‚Pennerit' in provincia Žatcensi sitam et curiam unam in villa ‚Prǒwech' prope Pragam donat.

[1184 ex.—1185 in.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario generali regni Bavariae Monachii asservatur (A).

Lang, Reg. Boica I, pag. 304 (ad ann. cc. 1179). — Erben, Reg. I, pag. 167, num. 374 (ad ann. cc. 1182). — Gradl in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutschen in Böhmen XX, pag. 262 (reg.). — Gradl, Monum. Egrana I, pag. 27, num. 86 (reg. ad ann. 1178).

Autographum manu ignota exaratum scriba quidam monasterii ipsius scripsisse videtur, quod cum alia tum id potissimum indicat, quod eandem manum in nullo prorsus alio Friderici ducis diplomate deprehendimus, quodque in autographi dorso nota ‚Privilegium Friderici ducis super predium Pennerit', *quae ad monasterii tabularium spectat, eadem manu exarata est. In diplomatis exordio et conclusione singula dicta leguntur, quae mirum quantum illum scribendi modum, quem Vladislai regis diploma anno 1159 eidem monasterio datum (v. num. 204) sequitur, in memoriam revocant. Qua quidem similitudine adducimur, ut etiam diplomatis verba in monasterio ipso conscripta esse censeamus. — Diploma nostrum post diploma eiusdem ducis anno 1184 monasterio Plassensi datum (num. 304) necesse scriptum sit, quod iam altero Friderici ducis sigillo instructum est. Donationem anni 1185 initio non esse posteriorem Lucii III papae privilegium 9 die mart. eius anni datum approbat, ubi ‚Pennerit' villa iam inter monasterii Waldsassensis possessiones nominatur.*

‖ In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus, dei gracia Boemorum dux. ‖ Licet divina disponente clementia in presenti seculo gloria et diviciis habundemus ‖ et inter principes huius mundi potentiores annumeremur, gloriemur atque magnificemur, tamen quia non habemus hic manentem civitatem, sed ‖ futuram a deo secundum opera nostra expectamus retributionem, congruum esse credimus ac salubre, ut memores novissimorum nostrorum, presentia ‖ pro futuris, terrena pro celestibus conmutemus et amicos nobis de mammona iniquitatis faciendo, peccata nostra elemosinis et misericordiis pauperum redimamus. Huius rei gracia pro salute anime nostre omniumque parentum nostrorum ad sustentacionem pauperum Christi fratrum Waltsassensium, assensu et peticione uxoris nostre, ducisse Elisabeth, in presentia quoque amicorum et nobilium Boemorum terre nostre, libera, sollemni atque legittima donatione obtulimus deo et sancte Marie[a] in prenotata ecclesia Waltsassensi predium quoddam cum toto iure et omnibus appendiciis[b] suis hereditarie possidendum, villam scilicet Pennerit[1] nomine, sitam in comitatu Sacensi cum campis, silvis, agris, pratis, pascuis, aquis, cultis et

305. *a)* ‚Marie' *literis maiusculis scriptum A.* — *b)* ‚appendiciis' *eodem atramento superscriptum A.*

[1]) *Fortasse Vinaře, germ. Weinern, distr. pol. Kadaň (Kaaden).*

incultis, quesitis et inquirendis et universis terminis suis. Dedimus preterea supradicte ecclesie curiam unam in villa Průwech[2] vicina civitati Pragensi, dignum omnimodis arbitrantes, ut servorum dei inopia ex habundantia nostra suppleatur, quatenus per eorum orationum suffragia optata et desiderata excessibus nostris á[c] domino venia tribuatur. Ut autem hec nostre liberalitatis tradicio rata et firma futuris permaneat temporibus, hec presentia scripta sigilli nostri impressione munimus et infra scriptorum testium testimonio confirmamus, hac videlicet racione, ut nullus successorum aut heredum nostrorum hanc nostre[d] devocionis donationem immutare presumat, sed pio et fideli patrocinio[e] eam supra memorate ecclesie conservando, pro transitoriis mansura nobiscum in celis percipiat. Huius rei sunt testes: dominus Heinricus Pragensis episcopus, dominus Albertus archiepiscopus frater ducis, Priemuzzil frater ducis, Florianus cancelarius et prepositus Wisshigradensis, Hermannus archipresbiter, Heinricus notarius ducis, Groznata de Perûz camerarius ducis, Letâr dapifer, Scazlâu comes Sacensis, Plego comes Lutmericensis, Witego de Purschîtz, Mathî[f] magister venatorum et Jenich frater eius, Groznata Calvus dispensator ducis et alii quam plures.

Autographo sigillum rotundum (diametros 82 mm) de cera alba confectum, duo latera habens, e filis linteis suspensum est, in cuius utraque parte eadem figura atque in Friderici ducis diplomate proxime praecedenti (num. 304) non nisi paulum immutata conspicitur. Utriusque partis circumscriptio idem est atque in priore sigillo, a quo hoc tantum discernitur, quod singulae literae alio loco positae sunt.

306.

Lucius III papa monasterium Waldsassense tuendum suscipit confirmatque eius iura et possessiones, inter quas etiam haec adferuntur: ‚In Boemia Preolac,[1] Dudeliue,[2] Rozdel,[3] Penerit,[4] Prin[5] . . . In provincia Cedlize[6] circuitum, quem Fridericus illustris Romanorum imperator contulit.‘ *Veronae 1185 mart. 9.*

Autographum in tabulario generali regni Bavariae Monacensi asservatur.

Pflugk-Harttung, Acta pontif. ined. I, pag. 324, num. 372. — Gradl, Mon. Egrana I, pag. 33, num. 98. — Emler, Reg. IV, pag. 710, num. 1768. — Jaffé, Reg. pontif.[2] *num. 15380.*

---

305. *c) praecedit* ‚a‘ *erasa A. — d)* ‚hanc nostre‘ *eod. atram. superscr. A. — e) vocem hanc per duos versus divisam scriba genuine* ‚patroci||cinio‘ *scripsit, sed priorem syllabam* ‚ci‘ *erasit. A. — f) ita A.*

²) *Nomen hoc explicare nequeo. Fortasse Braník hic dici putat Erben in indice Regestorum; Gradl l. l. interpretatur: = ? Protiwen apud Libějice.*

306. ¹) *Přívlaky, germ. Pröhlig, ab Žatec (Saaz) versus septemtr. et occid. —* ²) *Villa haec alias Dudlebci nominata iam non exstat. —* ³) *Roztyly, germ. Rostial, prope Žatec. —* ⁴) *Fortasse Vinaře, germ. Weinern, distr. pol. Kadaň (Kaaden); interpret. Gradl. —* ⁵) *Březno, germ. Priesen, distr. pol. Žatec (Saaz) interpret. Gradl. —* ⁶) *Provincia haec ab Sedlec, germ. Zettlitz, quondam arce provinciali, nunc vico prope Karlovy Vary (Karlsbad) denominata est.*

307.

Fridericus, dux Bohemiae, monasterio Plassensi hominem unum cum possessione eius in villa Košíře et montem eidem villae adiacentem donat, consentiente et petente uxore sua Elisabeth. *Pragae 1185 iun. 17.*

Apographum saec. XVIII exstat in Bened. Scheppl, Lapis sepulchralis fundatoris et benefactorum ... monasterii ... de Plassio, cuius cod. ms. in tabulario Musaei regni Bohemiae Pragae sub sign. 4 B 16 asservatur, pag. 51 (B).

Emler, Reg. II, pag. 1155, num. 263 (extr. ex apographo in libro memorab. parochiae Plassensis C). — Scheinpflug in Mittheil. d. Ver. f. Gesch. d. Deutschen in Böhm. XII, pag. 60, num. 8 (reg.).

Diploma in monasterio ipso verbis contextum esse videtur; vid. num. 322 et 325.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Notum sit tam praesentibus quam futuris Christi fidelibus, quod ego Fridericus, dei gratia dux Boemiae, consentiente et postulante thori mei socia Elisabeth, sub obtentu indulgentiae peccatorum fratribus meis in Plazs domino deo et beatae Mariae famulantibus contuli hominem unum cum possessione sua in Cossier[a1] et montem eidem villae adiacentem perpetuo iure utrumque possidendum. Ut autem haec inconvulsis radicibus in posterum perseverent, sigilli mei impressione et testibus firmare curavi. Hi vero sunt testes: Letar, Predota, Milgosta,[b] Luter, Bernardus, Wizha, Marquardus, Albrandus, Steffanus capellanus, Groznata Calvus, Coiata, Andres miles, Quaxa, Predwor. Si quis autem hanc meam donationem irritam facere tentaverit, vinculo anathematis se innodatum noverit. Haec autem acta sunt anno dominicae incarnationis MCLXXXV, in communi colloquio Bohemorum Pragae habito. Data per manum Henrici capellani XV kalendas iulii.

308.

(I) *Ecclesiae Vissegradensis canonici permutationem agrorum in Záběhlice villa inter Marcantem et campanarios ecclesiae Vissegradensis Krasoň et Křižan consensu et permissu suo die 18 decembris [1184] factam esse testantur; agrorum permutatorum circuitionem testibus adductis comprobant; Marcantem commutationem illam die 2 iulii [1185] coram Friderico duce nobilium quorundam testimonio denuo confirmavisse declarant.* *— 1185 [post iul. 2].*

(II) *Marcant ecclesiae Vissegradensi duo candelabra deaurata, argenti marcam ad ecclesiam tegendam decimamque de vinea sua in Záběhlice donat.*

— — —.

307. *a)* ‚Cossur' *C.* — *b)* ‚Milgozta' *C.*
1) *Košíře, distr. pol. Smíchov.*

Apographum exstat in Libro privileg. capituli Vissegradensis saec. XIV, qui in tabulario eiusdem capituli asservatur, fol. 20v—21, num. 56 (B).

Preciosus[a] memorie thesaurus est scriptura,[b] que rerum seriem incommutabili[c] I.
loquitur veritate et opponit obstaculum emergentibus calumpniis inconvulsum, prona enim ad fallendum presens etas et lucri avida omnia audet, dummodo vivet. Huius inspectu racionis nos sancte Wissegradensis ecclesie canonici universis catholice fidei cultoribus notum esse volumus tam presentibus quam futuris, qualiter ex nostra permissione et per nostrum consensum fecit Marcant, concambium agrorum in villa Zabehlic[1] cum campanariis ecclesie nostre, videlicet Krazon et Krisano fratre suo, qui dederunt de agris eorum Marcanto nullo necessitatis inperio evicti, sed solius bone voluntatis fervore inflammati, iuxta modum bone ordinacionis hereditario iure possidendos sibi et filiis suis vel in alium transferre, in quem[d] sibi placuerit. Et similiter Marcant fecit concambium tale, quod dedit agros suos et pecuniam suam large pro pomerio et fundo et quodam monte, sicut utrique parti placuit et sicut nobis bonum videbatur, nobis presentibus, et iuri consentaneum, in perpetuum ius hereditatis possidendum sibi et filiis suis; in quo eciam monte tunc cepit vineam edificare. Post istam accionem promisit Marcant eisdem campanariis, si fieret eis aliqua molestia de agris, quos eis dedit, ipse tunc daret eis alios agros pro agris illis; et quod cambium utriusque partis numquam reciprocaretur, immo quod inconvulsum staret in perpetuum, est approbatum. Ista sunt acta in capitulo nostro XV kal. ianuarii, mense decembri. Et hii presentes fuerunt: Florianus prepositus, Podywa decanus, Adrastus custos et prepositus Lutomericensis, Adalbertus canonicus, Slauata canonicus, Terricus canonicus, Fridricus canonicus, Alexius canonicus, Mutar canonicus, Alexander canonicus, Burchardus magister. Et aliis fratribus absentibus notificavimus causam istam et cartam istam scribi precepimus et ad stabilitatem huius actionis sigilli ecclesie nostre et Pragensis inpressione corroboravimus. Post capitolii nostri talem diffinicionem venimus in villam Zabehlic et utriusque partis concambium circuivimus et, utraque parte applaudente, iterum, quod factum fuerat, conlaudavimus. Huius rei testes fuerunt ibidem: Groznata camerarius, Vitek comes, Koyata subcamerarius, Cuna, Jarozlaw, Cztibor, Noztup, Zlauik, Bernard, Otrad, Gronek, Petr, Rim, Milgost sacerdos, heredes de Goztiwar,[2] heredes de Hodow[3] et Roztil[4]

308. *a) Praefigitur lemma rubro colore scr.:* ‚Hic ponitur tenor littere testimonialis dominorum canonicorum Wissegradensis ecclesie super quadam permutacione facta inter Marcant et campanatores ecclesie Wissegradensis ville Zabehlic, et quod decima de vinea ibidem sita perpetue dari debet ecclesie Wissegradensi per quemlibet posessorem‘ *B.* — *b)* ‚scripta‘ *B.* — *c)* ‚decommutabili‘ *B.* — *d)* ‚q̊‘ *B.*

[1]) *Záběhlice, distr. pol. Král. Vinohrady (Kgl. Weinberge).* — [2]) *Hostivař, distr. pol. Král. Vinohrady.* — [3]) *Chodov prope Hostivař.* — [4]) *Roztyly, germ. Rostel, distr. pol. Král. Vinohrady.*

et Strasnic,[5] Prowod aurifex et filius eius Janis de Michel,[6] Scepan, Romanus, Sirech, Karolus, Petrus, Alsin, Huc. Quoniam quidem triplex funiculus difficile rumpitur, ut sic tercio id, quod factum fuerat, solidum robur valitudinis obtineret, mense iulio die secundo, qui est VI non. iulii, ad dedicacionem capelle ducis infra muros in Praga, que est in honore omnium sanctorum, ad memoriam reduxit domino duci Fridrico Marcant istam accionem, et quia coram eo recte et honeste id factum esse constitit, ex fervore bone voluntatis utriusque partis et canonicorum Wissegradensium testimonio horum in presencia ducis corroboravit. Hii autem sunt: Groznata camerarius, Vitek comes, Johannes iudex, Matheus Benedic, Predota, Fabianus, Diuis subpincerna, Jurik de Milewzko, Heinricus subagaso, Vlicek subcamerarius. Scire eciam vos volumus, quod ego H.,[7] episcopus Pragensis ecclesie, ex auctoritate, quam habeo a domino deo, excommunico omnes illos, qui hoc concambium infringere attemptaverint; et nullam sancte porcionem resurreccionis recipiant, sed cum Iuda traditore fleant dampnati perhenniter. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis MCLXXXV, concurrente I, epacta XVII, indiccione III, anno cicli solaris XVIII, anno cicli lunaris VIII, aureo numero VIII. Preter hec notum sit omnibus, quod ego Marcant, nullo II.
necessitatis scrupulo urgente, sed fervore pie voluntatis inflammatus, sancte Wissegradensi ecclesie contuli duo candelabra deaurata, marcam argenti ad cooperiendam ecclesiam. Insuper de vinea mea Zabehlic decimam predicte ecclesie dedi et dandam omnibus tam filiis meis quam omnibus aliis, qui habuerint eam, in perpetuum constituo.[e] Qui vero huic sancte constitucioni contraire suadente dyabolo voluerit, anathema sit. Amen.

309.

Fridericus, dux Bohemiae, Hadmaro de Chunringen Vitoraz cum silva a fluvio Lužnice usque ad rivum Stropnice in beneficium et feudum concedit.

In ‚Bozdiz' 1185.

Apographum in cod. ms. saec. XIII bibliothecae c. r. aulicae Vindobonensis num. 543 (olim hist. prof. 678) fol. 212 (B).

Rauch, Rerum Austriacarum scriptores, II, pag. 207. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 316, num. 339. = Erben, Reg. I, pag. 174, num. 385 (extr.). — Geschichtsqu. d. Grafschaft Glatz I, pag. 11 (reg). — Cf. Prökl, Das böhm. Weitra-Gebiet in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutschen in Böhmen XIV (1876), pag. 84; Sedláček, Jak se měnily a ustálily meze Čech a Rakous Dolních (in Výroční zpráva c. k. vyš. realného gymnasia v Táboře 1877), pag. 10; Hasenöhrl, Deutschlands südöstl. Marken in Arch. f. österr. Gesch. LXXXII (1895), pag. 468.

---

308. *e)* ‚constituto' *B.*

[5]) *Strašnice staré, distr. pol. Král. Vinohrady.* — [6]) *Michle, distr. pol. Král. Vinohrady.* — [7]) *Henricus Břetislav.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus, dei gracia Boemorum dux. Dignitati principum et paci conservande indubitanter expedire cognovimus, ut quos infra terminos sue potestatis debito hominii et fidelitatis iure tenent astrictos, non[a] tantum ad sua obsequia requirant, verum etiam vicinos, quos fidei sue sinceritas commendat, liberali beneficentia sibi obligare studeant. Inde est, quod nos fidem Hadmari de Chv̊nringen et sinceram eius circa nos devotionem considerantes, eum nobis fidelitatis debito astringere curavimus et partem terre nostre Austrie adiacentem, Withra[1] videlicet cum silva a fluvio Lvsnitz[2] usque ad alium fluvium, qui dicitur Stropniz,[3] sibi iure beneficii concessimus et sine contradictione infeudavimus. Ut autem huius nostre concessionis statutum non solum successoribus nostris, sed et omni evo stabile et inconvulsum permaneat, presentis pagine scripto et sigilli nostri impressione munimus testibus quoque, qui presentes erant, adhibitis, quorum nomina subscripsimus: Groznata camerarius, Witigo, Bohvse barbatus, Anshelmus capellanus, Hertwicus miles, Benich miles et ceteri quam plures. Acta sunt hec in Bozdiz[4] anno dominice incarnationis millesimo centesimo octogesimo quinto.

310.

(DUBIAE FIDEI.)

Fridericus, dux Bohemiae, hospitali sancti Johannis Jerosolimitani, uxore sua Elisabeth hortante, villam Lešany et locum munitum Kadaň donat, villas quasdam, quorum nomina accuratius afferuntur, pro censu annuo ad vitae suae tempus tenendas ab eis recipit idemque villas aliquot, quae ab aliis nuper donatae sunt, confirmat. *Ústí ad Albiam 1186 apr. 23.*

Autographum duplex in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A, A').

Appendix synoptica . . . num. 5 (reg.). — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 570 (ex A'). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 317, num. 341. = Erben, Reg. I, pag. 174, num. 386. = Cod. dipl. Saxon. regiae I Hauptth., tom. II, pag. 357, num. 517 (fragm.). — Delaville Le Roulx, Cartulaire général . . . des Hospitaliers de S. Jean I, pag. 501, num. 802.

Utrumque autographum scriba quidam hospitalis ipsius scripsisse videtur. — Palacký ap. Erben l. l. pag. 624 nullo — quod dolendum est — argumento allato, diplomatis fidem dubiam esse declaravit. Et sane diploma ab omni vitio vacuum non est. Numerus, quo ducis Friderici annus principatus indicatur, non convenit; aliorum enim testimonio diplomatum Fridericum ducem principatus sui annos ab anno 1178 ineunte computavisse

309. *a) sequ. adhuc* ‚ad' *B.*

1) Weitra, boh. Vitoraz, civitas in Austria Inferiore. — 2) Lužnice, germ. Lainsitz, fluvius, qui apud Puchře (Buchers) originem habet et Weitra versus septemtrionem et orientem praeterfluit. — 3) Stropnický potok, germ. Strobnitz, rivus, qui inter Nové Hrady (Gratzen) et Gmünd originem habet. — 4) Nomen hoc explicare nequeo. Erben in indice et Jireček, Ant. topographia pag. 7. Bezděz hic dici perperam putant.

edocemur. Dies contra diplomatum nostrorum eiusdem temporis morem consuetudinemque die festo notatur. Ottonis, marchionis Misnensis filius, cui nomen erat Adalbertus (vide Cod. dipl. Sax. pag. 357, lin. 23), perperam hic Otto appellatur. Cum autem scripturae formae saeculo XII exeunti satis apte conveniant et utrumque autographum genuino Friderici ducis sigillo instructum sit, vitia, quibus diploma nostrum laborat, tanti momenti non esse videntur, ut illud omnino falsum esse dicamus.

Ego Fridericus, dei gratia dux Boemorum, omnibus presentibus et futuris notum esse cupio, quod cum anno dominicę incarnationis MCLXXXVI, ‖ principatus vero mei decimo, die[a] festivitatis beati Adalberti, filiam meam marito traderem in V́zti Ottoni[b][1] filio Ottonis marchi‖onis[c] de Miszna,[d] Martinus, quondam prepositus Pragensis, nunc vero frater hospitalis[e] Jerusalem et preceptor Vngarię, Boemię et omnium aliarum terrarum ‖ ab oriente et meridie et septentrione adiacentium, licentiam redeundi Jerosolimam, de qua[g] ante triennium fere transmissus huc fuerat, petere cepit. Ego autem animo revolvens, quam affectuose pater meus prefatum hospitale á principio sui principatus dilexerit,[h] cui et multiplices elemosinas diversis temporibus contulit, simulque non sine cordis dolore retractans oppressionem, quam pagani nuperrime terrę Jerosolimitane intulerant, ad subveniendum tante necessitati[i] consilio uxoris méę, ducisse Elisabeth, de camera mea, quantum dominus inspiravit, secundum facultatem meam ei commisi adque[k] ad peticionem[l] omnium nobilium, qui aderant, villam, que[m] dicitur Lessain,[2] cum hominibus ibidem consistentibus predicto hospitali dedi, sed et burgum novum super Ogre[3] fluvium situm, nomine Cadáin,[n][4] ubi et ęcclesiam hospitalariis edificare antea concesseram, amplius perpetuo iure possidendum, consensu nichillominus uxoris méę, tradidi. Quibus etiam aliquid pia condescentione superaddere de mea liberalitate cupiens, villas, quas ab eis in concambio acceperam, Borizlau[5] scilicet et eius appenditia, eis reddidi atque iterum cum aliis villis á diversis eis collátis pro annuali censu singulis annis in festo sancti Martini persolvendo, decem scilicet marcis argenti, in vita mea tenendas ab eisdem fratribus recepi, ita quod quicquid in eis meis temporibus multiplicabitur, post decessum meum totum pro anima mea remaneat hospitali. Hęc autem sunt nomina villarum, quas á fratribus pro censu suscepi: Pssou[6] in provintia Satéc, quam prepositus Martinus cambivit á Pragensibus canonicis cum villa Positouiz,[7] et[o] Borizlau, quod ipsis reddideram; et circuitum, quęm eis frater meus Henricus

310. *a)* ‚dię' *A'.* — *b) sequitur* ‚s' *erasa A.* — *c)* ‚machionis' *A'.* — *d)* ‚Mizna' *A'.* — *e)* ‚hospitalis' *omittit A'.* — *f)* ‚Vngar̄' *A.* — *g)* ‚quam' *A'.* — *h)* ‚dilex̄erit' *A'.* — *i) ex* ‚necessitatis' *corr. A.* — *k)* ‚atque' *A'.* — *l)* ‚petitionem' *A'.* — *m)* ‚quę' *A'.* — *n)* ‚Cadain' *A'.* — *o)* ‚&' *in loco raso eod. atramento scriptum esse videtur A.*

[1]) *Recte Adelberto.* — [2]) *Lešany prope Netvořice, distr. pol. Benešov.* — [3]) *Ohře, germ. Die Eger.* — [4]) *Kadaň, germ. Kaaden, ab Žatec (Saaz) versus septemtrionem et occid.* — [5]) *Bořislav, germ. Boreslau, distr. pol. Teplice (Teplitz).* — [6]) *Pšov, germ. Schaab, distr. pol. Podbořany (Podersam).* — [7]) *Fortasse Poštovice, distr. pol. Slané (Schlan).*

Pragensis episcopus pro animabus patris et matris suę dedit, qui vocatur Naleuine[8] prope Vsti; et Bréznicę,[p][9] quam eis Willelmus et Olricus filii Grosnete dederunt pro anima patris sui, et alias terras, quas ibi emerunt et á patre meo acquisierunt. Villas etiam, quas Mesco[q] hospitali dedit et frater suus Grósnata[r] pro annuali censu tenuit, scilicet Pouerl,[10] Ŗigici,[11] Ŗostoki,[12] Werece,[s][13] Navgesde.[t][14] Preterea insuper[u] quasdam possessiunculas antea eis promissas, sed nuperrime collatas, quas in primis privilegiis suis scriptas non habebant,[v] liberalitati[x] méę placuit eis confirmare et in presenti privilegio adnotare: Kosmonesi[y][15] scilicet villam, quam Gherdoin villicus meus dedit pro anima sua, Lubcouiz[16] quoque villam, quam dudum promiserat Paulus, si ante matrem suam Petrauam moreretur; et villam Nazucoue,[17] quam dedit Conata in provintia Pilzen[z] super Msea[18] fluvium

[A]

et circuitum nomine Huboki,[19] quem dederat Albertus filius Wissete, qui postea fulminatus est; et duas villas, quas eis dedit frater meus Premwisl[aa] pro parte Butsou,[20] qua[bb] dederat eis Bogussa pro anima filii Boghussce, nomina autem villarum: Quasslici[21] super Methugiam et Plessov[22]; et curiam in suburbio, quam dedit eis Henricus Ķersichouiz et quęndam servum nomine Millóin, quem eis dedi[dd] in pellificem cum omni sua successione, et villam, que fuit Waizlai, qua[bb] ego ipsę contuli

[A']

quam villam ad petitionęm domini Watslai, patrui mei, eidem Conatę confirmaveram; et quendam servum nomine Millóin, quęm eis in pellificem dedi cum omni sua successionę; et duas villas Quáslici[21] super Methuya et Plessov,[22] quas frater meus Premwisl[aa] dedit eis pro parte de[cc] Buitsov,[20] quam dederat Bogussa pro anima filii sui Boguscę. Hęc omnia eis confirmo et ut rata et inviolata eis permaneant, sigilli mei inpressione corroboro.

310. *p)* ‚Breznicę' *A'.* — *q)* ‚Mésco' *A'.* — *r)* ‚Grosnata' *A'.* – *s)* ‚Werecę' *A'.* — *t)* ‚Naugesde' *A'.* — *u)* ‚īl' *ex* ‚q' *statim inter scribendum corr. A.* — *v)* ‚ba' *ex* ‚be' *eodem atramento statim inter scribendum corr. A'.* — *x)* ‚ti' *ex* ‚te' *eodem atramento corr. A.* — *y)* ‚Kosmonosi' *A'.* — *z)* ‚Pelzen' *A'.* — *aa) genuine* ‚p̄mwisl', *scriba in utroque autographo posuit, sed postea supra* ‚p' *literam adhuc alterum titulum* (p̄) *addidit.* — *bb) ita errore scriptoris loco* ‚quam' *A.* — *cc) sequ.* ‚W.' *erasa A'.* — *dd) sequitur litera quaedam (fortasse* ‚t') *erasa A.*

[8]) *Levín, alias Lovín, germ. Lieben, prope Ústí nad Labem (Aussig).* — [9]) *Krásné Březno, germ. Schönpriesen, distr. pol. Ústí nad Labem (Aussig).* — [10]) *Povrly, germ. Pömmerle, distr. pol. Ústí n. L.* — [11]) *Ryjice, germ. Reindlitz, distr. pol. Ústí nad Labem.* — [12]) *Roztoky, germ. Rongstock, distr. pol. Děčín (Tetschen).* — [13]) *Nomen hoc explicare nequeo.* — [14]) *An sit Oujezd, germ. Augiessel, distr. pol. Ústí nad Labem.* — [15]) *Kosmonosy, distr. pol. Mladá Boleslav (Jung-Bunzlau).* — [16]) *Libkovice, germ. Liquitz, distr. pol. Teplice.* — [17]) *Fortasse Žikov nunc curia araturae et molendinum prope Olešná, distr. pol. Plzeň (Pilsen).* — [18]) *Mže, alias Berounka, germ. Mies.* — [19]) *Nomen hoc explicare nequeo.* — [20]) *Starý Bydžov, distr. pol. Nový Bydžov (Neubidschow).* — [21]) *Iam non exstat aut alio nomine appellatur.* — [22]) *Iam non exstat.*

[A]

eis, nomine Precoy.[19] Hęc omnia eis confirmo et ut rata et inviolata eis permaneant, sigilli mei inpressione corroboro.

Utrique autographo Friderici ducis sigillum de cera alba confectum idem atque in diplomate num. 305 e filis sericis albis, flaveis, purpureis suspensum est.

311.

Fridericus, dux Bohemiae, monasterio Zwettlensi in Austria Inferiore praedium in accessu terrae suae situm, ‚Lazisich' nomine, donat eique easdem libertates concedit, quibus alii fratres ordinis Cisterciensis ipsorumque villani a patre suo in terra sua donati sunt. *Kamýk 1186 iun. 16.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario monast. Zwettlensis asservatur (A).

Linck, Annales Austrio-Clara-Vallenses I. pag. 213 (fragm.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 319, num. 342 = Erben, Reg. I, pag. 175, num. 388.

Autographum ignota quadam manu exaratum est. In summo membranae margine literae A—Z inscriptae sunt, quorum dimidia pars superior abscissa est, unde colligitur, diplomatis huius duplex autographum („cirographum bipartitum") iisdem verbis confectum fuisse. Alterum autographum verisimillime Engelscalco capellano datum est.

§ In nomine sanctę et individuę trinitatis. Universis Christi fidelibus presentium etatis et successurę posteritatis. § ‖ Quoniam quidem secularibus impediti negociis minus creatori nostro famulari, minus cottidianis supplicationibus ipsi nos sufficimus commendare, saluberrimum nobis ‖ existimamus illis elemosinarum nostrarum subsidia prebere, quorum a terrenis tumultibus conversatio secretior et ideo ad divina obsequia potest esse devotior. Inde ‖ est, quod ego Fridericvs,[a] dei gratia dux Boemię, cum dilecta nobis et consorte thori nostri Elisabeth ducissa, cuidam monasterio, quod pietate ac peticione parentum nostrorum, a quibus maternum ducimus genus, in Avstria constructum est, vocabulo Zwetel,[1] predium intra portam provincię nostrę, cui nomen est Lazisich,[2] summa devotione contulimus, quatinus fratres in prefato monasterio deo et beatę Marię[a] semper virgini iugiter famulantes habeant ex parte sanctissimi ac reverentissimi nobis patroni

---

311. *a) nomen litteris maiusculis scriptum A.*

1) Zwettl, boh. Světlá, apud fl. Kamp in Austria Inferiore. — 2) In privilegio Premislai Otakari I anno 1221 eidem monasterio dato (Erben Reg. I, pag. 301, num. 647) praedium hoc ‚Sahar' [= fortasse Žár, germ. Sohorsch bei Sonnberg] appellatur. Id quod de nominum Zazisich, Žár, Záhoř similitudine Peisker in Arch. f. slav. Philol. VI, pag. 127 scripsit, nullius est auctoritatis, cum ‚Zazisich' non sit nisi lectio vana, quae Boczekii culpa contigit.

nostri Wencezlai pascua, quibus eos plurimum indigere ipsi perspeximus, ut ex hoc et nos et nostri habundantiori pace salute et prosperitate nunc frui et cum animabus parentum nostrorum in ęterna requie mereamur refoveri. Quę nimirum nostra donatio baronibus nostris cunctisque nostro principatui subditis ideo quam maxime debet conplacere, quoniam exinde non parvam sperare debent veniam gravissimę vastitatis, qua predictum cenobium per ipsos afflictum est atque obtritum sub duce Zobezlao. Nam propter nos quoque eadem domus non modicum, proh dolor, incidit dampnum, dum nostri causa in illa terra congregaretur exercitus. Verum quia suprascriptum predium a pię memorie patre meo Ladezlao traditum fuerat dilecto ac fideli tam illi quam nobis capellano nostro Engelschalcho, ne vel ipse dampnum vel antedicti fratres sustineant querelam, nos aliud ei predium, quod dicitur Niseteci,[b][3] pro huius commutatione tradidimus. Igitur quod fecimus firmum ac ratum manere volentes, presentibus scriptis et nostro sigillo hoc exprimendum et roborandum iudicavimus, immo etiam hoc adiciendum, ut in eodem predio iam nominati fratres et coloni eorum eadem degant libertate, qua alii fratres Cisterciensis ordinis et villani ipsorum in nostra provincia a patre meo donati noscuntur et semper contutati. Testes sunt huius rei Pillungus castellanus de Tudelieb, qui nostro iussu idem predium disterminavit et qui cum eo disterminationi interfuerunt, videlicet: Engelscalchvs capellanus, Hartwicvs, Benic et frater eius Domazlaus, Ranec, Culsche, Conec iudex et Zlawa iudex. Nuzluha, Vrazec de Salusa camerarius. Vicinatus etiam affuit, scilicet Movrichani,[4] Olesnichani,[5] Borowani,[6] Nichowani,[7] Totnani.[8] Acta vero sunt hęc anno ab incarnatione dominica MCLXXXVI, indictione IIII, regnante Friderico,[a] Romanorum imperatore augusto. Data per Florianvm[a] cancellarium in loco, qui vocatur Nacamic[c][9] XVI kalendas ivlii. Amen.[a]

(S. P.)

Autographo appendet e scidula membranae sigillum Friderici ducis de cera alba confectum idem atque in diplomate num. 305.

312.

Elisabeth, ducissa Bohemiae, hospitali sancti Johannis Jerosolimitani ecclesiam in Bojiště cum terra ad aratrum villasque Týnec cum silva, Ledce, Netřebice et quasdam terras in villa Bříza donat. *— 1186 —.*

311. [b]) *genuine* ‚Nisetici', *sed eod. atramento corr. A.* — [c]) ‚Nacamic' *alio atramento in spatio vacuo relicto ead. manu scriptum A.*

[3]) *Nežetice prope Trhové Sviny (Schweinitz), distr. pol. Budějovice (Budweis).* — [4]) *Incolae villae Mohuřice, germ. Mairitz, prope Trhové Sviny.* — [5]) *Incolae villae Olešnice (germ. Elexnitz) ab Trhové Sviny versus orientem.* — [6]) *Incolae vici Borovany, germ. Forbes, ab Trhové Sviny versus septemtr.* — [7]) *Icolae villae Nèchov, qnunc perperam Měchov vocatur, ab Trhové Sviny versus meridiem et occid.* — [8]) *Incolae villae Todně ab Trhové Sviny versus occid.* — [9]) *Kamýk, nunc Heidenreichstein in Austria Inferiore ab Schrems versus septemtr, et orientem.*

Autographum, in membrana scriptum, in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

Appendix synoptica ... continens iuxta temporis seriem anacaephalaeosim ... privilegiorum a nostris principibus ... ordini Melitensium concessorum, num. 4 (extr.) — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 546. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 316, num. 340. = Erben, Reg. I, pag. 175, num. 387 (cf. Emler, Reg. IV, pag. 710, num. 1769). — Delaville Le Roulx, Cartulaire général de l'ordre des Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem I, pag. 486, num. 770.

Autographum scriba quidam hospitalis ipsius scripsisse videtur. — Palacký ap. Erben l. l. pag. 624 sine iusto argumento diploma hoc dubiae fidei esse putat.

✠ Anno dominicę incarnationis MCLXXXVI. Ego Elisabhet, ducis Boemię Friderici uxor, sequens ‖ vestigia Eufrosine matris meę, quę domum hospitalis Jerosolimitani semper dilexit et promovit, in qua ‖ et habitum religionis postmodum suscepit, eandem domum amare et amplificare pro modulo meo ‖ cepi, et de his, quę in principatu meo possedi, quedam eidem domui consensu viri mei largita sum; scilicet ęcclesiam,[1] quam edificavi in loco, ubi triumphavit vir meus, et terram circa ad aratrum unum, et villam, que vocatur Teinéz[2] cum silva, quę super Albiam iacet, ei pertinente et aliam villam, que vocatur Lédci[3] in provincia, quę vocatur Gritoouo[a] et terciam villam, que vocatur Netribiz,[4] et quasdam terras in villa, que vocatur Breza,[5] iuxta Stetin.[b][6] Quę omnia ut rata et inconcussa permanerent, vir meus sigilli sui impressione confirmavit et ego meo, et frater meus Henricus Pragensis episcopus istam donationem sub excommunicatione posuit.

(S. P.)

Appendet e filis sericis albi, purpurei et flavi coloris sigillum ducis Friderici de cera alba confectum idem, quo diploma num. 305 instructum est.

313.

Henricus, episcopus Pragensis, hospitali sancti Johannis Hierosolimitani donat villam Levín, confirmatque ei ecclesiam sancti Johannis in Bojiště cum villa Týnec, ecclesiam sancti Venceslai in Kladsko et ecclesiam sanctae Mariae in Misa. *[cc. 1186.]*

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

---

312. *a) eodem atramento ex* ‚Grutouo' *corr. A. — b) prior* ‚t' *alio atram. ex* ‚n' *vel* ‚u' *corr. A.*

1) Ecclesia sancti Johannis in Bojiště Pragae. — 2) Týnec nad Labem, germ. Elbeteinitz, distr. pol. Kolín. — 3) Hodie non exstat. — 4) Netřebice, distr. pol. Poděbrady. — 5) Iam non exstat. — 6) Štětín prope Mnětice, distr. pol. Pardubice.

P. A. Paoli, Dell' origine ed istituto del s. m. ordine di S. Giovambattista Gerosolimitano (Romae 1781), app. num. XXVII. — Appendix synoptica . . . num. 9 (extr.). — Dobner, Monum. hist. Boemie IV, pag. 249 (Specimen cod. dipl. Morav. num. 41). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 312, num. 336. — Erben, Reg. I, pag. 172, num. 382 (extr.). — Cod. dipl. Silesiae VII, pars I, num. 52. — Delaville Le Roulx, Cartulaire général I, pag. 443, num. 661. — Geschichtsqu. d. Grafschaft Glatz I, pag. 10 (reg.).

Autographum in hospitali, ad quod spectat, scriptum esse videtur. — Erben l. l. diploma circiter annum 1184 scriptum esse putat. Dobner l. l. illud anni 1186 spatio definit, quae coniectura diplomatis proxime praecedentis causa magis probabilis est.

✠ Henricus, dei gracia episcopus Pragensis, Rogero,[1] magistro hospitalis Iherusalem, eiusque successoribus reliquisque fratribus predicti hospitalis perpetuam in ‖ domino salutem. Ex multorum relatione, sed precipue patris mei, pię videlicet memorie ducis Henrici, cognoscentes, quanta pietatis opera pau‖peribus et infirmis impenduntur in prefato hospitali, pię sollicitudini vestrę pia nichilominus[a] devotione accedentes vestreque fraternitatis ‖ et elemosinarum atque orationum participes esse gestientes, ad honorem dei et beati Johannis Baptistę atque ad subsidium sanctorum pauperum Christi supradicto hospitali do villam de patrio iure michi derelictam nomine Naleuinę[2] ob redemptionem peccatorum meorum et prefati patris mei, qui iam dudum Jerosolimis apud vos fraternitatem susceperat tempore magistri Assaliti,[3] et pro anima matris méę, ducisse scilicet Margaretę, amplius iurę perpetuo possidendam. Ecclesiam quoque beati Johannis evangelistę in loco, qui dicitur Boissci,[4] á ducę Friderico et eius uxore ducissa Elisabeth constructam et vobis in hereditatem cum villa nomine Tinez[5] et rivulo nomine Botiz[6] cum stagno[b] et loco molendini nobis presentibus collatam et á nobis eadem dię consecratam, sed et ęcclesiam beati Vencezlai in foro Cladsco,[7] á comite Bogussa edificatam et in eadem consecratione á prefatis principibus hospitali Jerusalem per manum nostram cum terra sibi pertinente collatam et sub interminatione anathematis confirmatam, vobis in perpetuum libere possidendas auctoritate divinitus nobis concessa concedimus et confirmamus. Ecclesiam etiam á supramemorata ducissa[c] Elisabeth super Mésea[8] in honore beate Marię fundatam et[d] ab eadem simul[d] cum marito prefato, videlicet duce Friderico, hospitali

313. a) ‚nichillominus' *(altera ‚l' puncto subposito deleta) A.* — b) *ex* ‚stagna' *iam in autographo ipso correctum.* — c) *genuine* ‚ducisse', *sed alio atramento correctum A.* — d) ‚et — simul' *in loco raso eadem manu scriptum A.*

1) *Roger des Moulins, magnus magister hospitalis s. Joh. Jerosolimitani 1177 oct. — † 1187 mai 1; cf. J. Delaville le Roulx, Les Hospitaliers en Terre Sainte et a Chypre, pag. 86 sq.* — 2) *Levín, alias Lovín, germ. Lieben, prope Ústí n. L. (Aussig).* — 3) *Gilbert d' Assailly, magnus magister hospitalis s. Joh. Jerosolimitani 1163 ian. — 1170 post iun.* — 4) *Na Bojišti in Nova civitate Pragensi.* — 5) *Týnec nad Labem, germ. Elbeteinitz, distr. pol. Kolín.* — 6) *Botič rivulus, qui sub Vyšehrad in fl. Vltava (Moldau) influit.* — 7) *Kladsko, germ. Glatz, olim arx provincialis, nunc oppidum in Silesia Borussica ad fl. Nisa (germ. die Neisse).* — 8) *Mže, alias Berounka, germ. die Mies.*

Jerusalem iure perpetuali possidendam collatam suoque sigillo comfirmatam[e] eidem concedimus et confirmamus. Ut igitur hęc omnia supramemorata hospitali Jerosolimitano in perpetuum rata et indivulsa permaneant, vobis concedimus et sigilli nostri impressione corroboramus. Quicumque autem in omnibus supradictis instinctu diabolico ductus vobis iniuriam aliquam aut violentiam intulerit, anathema sit. Amen. (S. P. F.)

Sigilli de cera alba confecti fragmentum appendet ex filis sericis rubei coloris.

314.

Leopoldus V, dux Austriae, monasterii Wilhering eiusque possessionum protectionem suscipit, mandante et petente Friderico I, imperatore Romanorum. — Inter testes: ‚Adalbertus, Salzburgensis archiepiscopus' *et* ‚Fridericus dux Boemie'.

[Ratisbonae] 1187 febr. 23.

Urkundenb. d. Landes ob d. Enns II, pag. 409, num. 278. — Erben, Reg. I, pag. 181, num. 395. — Stumpf, Reg. num. 4474. — Cf. Meiller, Reg. archiep. Salisb. pag. 147, num. 29 cum nota.

Temporis nota in autographo erronee his verbis scripta est: ‚Acta sunt hec anno incarn. dom. millesimo CLXXXVIII, septimo kalendas martii ad curiam imperatoris Friderici'; *sed curia, cuius hic mentio fit, nulla alia esse potest, quam illa anno 1187 Ratisbonae celebrata.*

315.

Fridericus I, imperator Romanorum, monasterio Seitenstettensi partem silvae in Austria a Wichmanno, Magdeburgensi archiepiscopo, donatae confirmat. — Inter testes: ‚Albertus, Salzburgensis archiepiscopus, — Henricus, Pragensis episcopus, — Fridericus dux Boemie, — Otto, marchio Morauie.'

Ratisbonae 1187 mart. 5.

Raab, Urkundenbuch des Stiftes Seitenstetten (Font. rer. Austr. series II, tom. XXXIII) pag. 22. — Erben, Reg. I. pag. 178, num. 391. — Meiller, Reg. archiep. Salisb, pag. 147, num. 30. — Stumpf, Reg. num. 4475. — Vid. etiam Contin. Cosmae (Font. rer. Boh. II, pag. 280): ‚1187. Fridricus dux cum omnibus primatibus terrae suae, similiter et dominus episcopus Henricus cum abbatibus et universo clero vocati sunt ad curiam caesaris et magna synodus habita est.'

316.

Fridericus I, imperator Romanorum, Henrici, Pragensis episcopi, cum Friderico, Bohemiae duce, controversiam eo modo diiudicat, „quod Pragensis episcopus more Tevtonicorum episcoporum ab omni subiectione ducis debeat esse liberrimus, soli tantum imperatori subiectus vel obnoxius, cuius imperii est princeps, cuius visitat curias, a quo suscipit sceptrum et investituram."

[Ratisbonae 1187 mart. in.]

313. *e) ita A.*

Diplomatis huius deperditi argumentum relatione Gerlaci Milovicensis ad ann. 1182 (Font. rer. Boh. II, pag. 480) compertum habemus, ubi porro adnotatur: ‚Super qua libertate petivit episcopus et accepit sacrum pragmaticum, hoc est regale privilegium, aurea bulla munitum.' — *Curiam Ratisponensem, mense martio ineunte habitam esse, tum e Gerlaci relatione adducta* (‚ad curiam, quae circa medium quadragesimae fuerat celebranda Ratisbonae cum principibus totius imperii'), *tum e Friderici I imperatoris diplomate proxime praecedente (num. 315) comperimus. Vide etiam Gerlaci Chron. ad ann. 1187 l. l. pag. 508. Cf. Prutz, Kais. Friedrich I, tom. III, pag. 283 sq.*

317.

Fridericus, dux Bohemiae, praeposito et capitulo Vissegradensi varia largitur privilegia eique circuitum sancti Martini in suburbio Pragensi confirmat. — 1187 mai 2.

Apographum insertum est privilegio Coelestini III papae anno 1197 iul. 26 dato, cuius autographum in tabulario capituli colleg. Vissegradensis asservatur (A). Praeterea diploma hoc totidem verbis translatum est in Venceslai I, regis Bohemiae, confirmationem anno 1251 iun. 4 datam (B) et in litteras Nicolai, monasterii Rudnicensis praepositi, anno 1363 oct. 5 datas (C), quarum autographa in eodem tabulario asservantur.

Pontanus a Braitenberg, Bohaemia pia, pag. 73 (frgm.). — Berghauer, Protomartyr poenitentiae I, pag. 77 (frgm. ex B). — Hammerschmidt, Gloria et maiestas ... Wissegradensis ecclesiae, pag. 153. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 323, num. 345. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 577 (frgm.). — Erben, Reg. I, pag. 179, num. 392.

Emler, Die Kanzlei d. böhm. K. Přemysl Ottokars II u. Wenzels II (Abh. d. kgl. böhm. Ges. d. Wiss. VI Folge, 9 Bd, Nro. 2), pag. 6 diplomatis eam, quae ad nos pervenit, formam non genuinam, sed posteriore quodam tempore confectam esse putat. Quae viri docti sententia haud ex omni parte probanda est, cum Coelestini papae privilegium, quod primum diplomatis nostri exemplar servavit, omni suspicione careat. Verba tantum ‚Ego Fridericus gratias ago — dignatus es', *quae in illo nondum reperiuntur, sine ulla dubitatione aliquanto post additae sunt. — De Alexandro cancellario cf. etiam Palacký, Dějiny I, 2, pag. 446.*

⁑ Ego Fridricus, Boemorum dux, ⁑ dum mecum viciniora saluti cogitarem, felicem me fore estimavi, si et aput presentem ecclesie sancte[a] statum mei memoriam in benedictione reliquissem et future societatis eius beatam[b] obtinuissem portionem. Hinc est, quod hanc ecclesiam Wissegradensem, quam et apostolica sedes suis honoravit privilegiis, et[c] specialiter nostri[d] iuris est, amplius exaltare intendimus. Et quidem primum ea, que ad pacem eius predecessores[e] nostri statuerunt, rata esse volumus, scilicet, ut amputatis omnium aliarum vexationibus potestatum, soli duci principali respectum habeat. In possessionibus vero suis

317. a) ‚sancte' *om. A.* — b) ‚beatam' *om. B, C.* — c) ‚et' *om. B, C; post hanc vocem* ‚que' *addendum esse videtur.* — d) ‚quod nostri' *B, C.* — e) ‚precessores' *B, C.*

datis ac dandis ubique pacem firmam obtineat. Ceterum et hanc devotionis nostre donationem novam addimus huic beatissimi principis apostolorum ecclesie, ut omnis acquisitio, que provenire solet in istis: swod,[f] narok et quod vulgo glaua dicitur, super omnes homines, ubicumque fuerint, pertinentes ecclesie, damus in usum[g] fratribus et preposito nunc et in perpetuum. Si quis vero ex hominibus ecclesie supplicio capitis dampnatus fuerit, possessio quidem eius ecclesie, caput cedat laqueo. Venditio seu collecta generalis, si quando fuerit super homines ecclesie, fratribus et preposito sit nunc et in sempiternum. Circuitum sancti Martini in suburbio,[1] sicut hactenus fuit, absque omni gravamine possideant perpetualiter. Hec statuta presentibus et futuris nota esse cupientes, in foro per fidelem nostrum Diwis[h] subcamerarium publico preconio proclamari iussimus, coram primatibus vero[i] nostris scripto ac sigillo nostro confirmavimus; adicientes, si quis inimicus dei aliquid inde minuere voluerit, ultricibus flammis eterni supplicii deputetur cum Iuda et diabolo[k] dampnandus in eternum et ultra. <Ego[l] ⁝ Fridericus ⁝ gratias ago tibi, beatissime apostole Petre, qui, vigilancius ut intenderem ad huius me honorem ecclesie, per soporem visitando, sensibiliter etiam commonere dignatus es.[l]> Anno dominice incarnationis[m] millesimo C̊LXX̊XV̊II,[n] indictione ÌI,[o] epacta VIIII, concurrente I̊II, secundo die mensis mai. Facta sunt autem hec sub hiis testibus: Henrico[p] venerabili Pragensi episcopo, Prem̄ůzlone[q] et Wladizlao[r] fratribus meis,[s] Floriano preposito Wissegradensi, Radosta preposito Lutomericensi, Alexandro Pragensi magistro et cancellario; capellanis: Laurentio, Slaua, Stankone, Ottone, Petro, Boguslao, Rapotone, Odoleno, Veckone; supanis: Blagone, Letario tunc camerario, Iohanne iudice, Matheo dapifero, Zezema pincerna, Heinrico agasone, Ratibor castellano Wissegradensi, Velis castellano Pragensi, Boguta castellano de Belina, Stephano et Georgio castellano de Netolic, Slauibor, Predota,[t] Herman Marquartic, Drisizlau[u] cum fratre Ruz, Divis[v] subcamerario, Troianus, Budiuoy,[x] Klusna, Koiata, Cunone, Lamcus, Karolo, Regnero, Stephano, Romanis. Data per manum Alexandri magistri Pragensis et cancellarii.

Sigillum, quod autographo appendebat, in Nicolai, monasterii Rudnicensis praepositi, transsumpto his verbis describitur: ‚Quarum litterarum una sigillo rotundo de cera alba, pendenti in filis sericeis rubei coloris, erat sigillata. In quo quidem sigillo ab una parte ymago quasi unius ducis in sede sedens, in manu dextra quasi vexillum in lancea tenens et in manu sinistra

317. *f)* ‚svod' *B.* — *g)* ‚in usum' *om. B, C.* — *h)* ‚Divis' *B;* ‚Diuiss' *C.* — *i)* ‚vero primatibus' *B, C.* — *k)* ‚dyabolo' *B, C.* — *l)* ‚Ego — dignatus es' *om. A.* — *m)* ‚Anno domini' *A.* — *n)* ‚M̊C̊LXX̊XV̊II' *B, C.* — *o) ita omnia apographa; in autographo haud dubie* ‚indict. ů' [= v̊] *scriptum erat, quod exemplarium scribae perperam* ‚ind. ii' *descripserunt.* — *p)* ‚Heinrico' *B, C.* — *q)* ‚Premisl' *B, C.* — *r)* ‚Wadislao' *A,* ‚Wladislao' *C.* — *s)* ‚fratribus ducis et ceteris, qui sub sigillo nostro continentur' *A, ubi reliqua testium nomina* (‚Floriano — cancellarii') *desunt.* — *t)* ‚Predotha' *C.* — *u)* ‚Drisislau' *C.* — *v)* ‚Diuiss' *C.* — *x)* ‚Budiwoy' *C.*

[1]) *Circuitus hic situs erat in locis, quae nunc circa plateam Spálená ulice extenduntur; cf. num. 287.*

unus clipeus in medio sui quasi umbonem continens apparebant, litereque circumferenciales eiusdem partis, ut prima facie apparebant, erant tales: Pax ducis Friderici in manu sancti Wenceslay. Ab alia quoque parte ipsius sigilli ymago quasi unius ducis armati stans, similiter in manu dextra vexillum in lancea tenens et in manu sinistra clipeum, eciam umbonem in medio continentem, apparebant. Litere vero in eadem secunda parte dicti sigilli tales erant: Fridericus dei gracia dux Boemorum.‘

318.

Fridericus, dux Bohemiae, hospitali sancti Iohannis Hierosolymitani pro villis et terris quibusdam duodecim marcas argenti de argentaria ad flumen Mže quotannis solvendas donat. *[ante 1188.]*

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

Appendix synoptica . . . num. 7 (reg.). — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 583. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 325, num. 346. = Erben, Reg. I, pag. 181, num. 396. — J. Delaville Le Roulx, Cartulaire général . . . des hospitaliers de S. Jean de Jérusalem I, pag. 523, num. 839.

Litteras ante privilegium eiusdem ducis anno 1188 datum (v. num. 320) scriptas esse eo comprobatur, quod adhuc secundo Friderici ducis sigillo instructae sunt.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Fredericus, dei gracia dux Boemorum, rogatu et voluntate domine Elisabeth ducisse, coniu‖gis mee, do hospitali Ierosolimitano sancti Iohannis XII marcas argenti solvendas de argentaria super Mzea[1] amplius ‖ singulis annis in die ascensionis domini iure hereditario, in concambio, scilicet pro hereditate, quam prepositi Geruasius et Martinus ‖ ibidem dederant predicto hospitali, terram scilicet duorum suspensorum, quam eis dederat rex W.[2] pater meus, et ibidem aliam terram, quam emerunt a Wedgone cum aqua et molendino pro IX marcis argenti, et ibidem superius aliam villam, quam emerunt a Conrado, cum aqua et molendino pro XII marcis argenti. Facimus autem hoc pro animabus nostris, ne predicti hospitalis fratres aliquas ibi molestias paterentur ab his, qui se de argentaria intromittunt. Et ut istud nostrum statutum ratum permaneat et stabile, sigilli nostri et sigilli prefati hospitalis impressione signare et corroborare dignum censuimus. Factum est hoc per manum fratris Bernardi magistri eiusdem hospitalis in Boemia.

(S. P.)

Autographo appendet e scidula membranae sigillum Friderici ducis de cera alba confectum idem atque in diplomate num. 305. In cuius quidem sigilli latere sinistro aliud parvum sigillum rotundum (diametros 36 mm) satis attritum et laesum adnexum est inque eo figura veste muliebri induta, genibus nixa (?) conspicitur. Circumscriptio: ✝ ЄLISABETH.

---

318. [1]) *Mže, alias Berounka, germ. die Mies.* — [2]) *Vladislaus I (dux II).*

319.

Clemens III papa abbatibus Plassensi et Strahoviensi scribit de controversia inter fratres hospitalis Hierosolymitani et militis Petri uxorem agitata eisque mandat, ut quaerimonias investigent et villas fratribus hospitalis ablatas restitui faciant. *Laterani 1188 octob. 12.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

Paoli, Dell' origine ed istituto del s. m. ordine di S. Giovambattista Gerosolimitano, append. num. 28. — Taaffe, The history of the holy, military, sovereign order ... of S. John of Jerusalem, IV, append. num. 27 (extr.). — J. Delaville Le Roulx, Cartulaire général des hospitaliers de s. Jean de Jérusalem I, pag. 548, num. 861.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . de Plas[1] et . . de Stragouia[2] abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Referenti‖bus dilectis filiis nostris, fratribus hospitalis Ierosolimitani, nos accepisse sciatis, quod nobilis vir P.,[3] miles de Boemia, cum uxo‖re, matre, mattertera et una nepte habitum hospitalis accepit atque in facie Pragensis ecclesie professionem faciens in ‖ manu B.[4] prioris, villas omnes, quas possidebat, iure possidendas hereditario eidem contulit hospitali. Post hec etiam idem prior rogatu iamdicti P.[5] monasterium dicitur construxisse, ubi predicte mulieres devotum impenderent domino de cetero famulatum, et ei, tanquam pastori proprio et priori, futuris temporibus responderent, ita quod sine ipsius consilio nulla soror ibi vel frater aliquis admitti deberet, essetque[a] in eodem loco semper provisor de fratribus unus, quem prior duceret statuendum. Quo facto idem P. Ierosolimam est transmissus ibique cum illa multitudine, que peccatis exigentibus hominum ab inimicis fuit christiane fidei superata, mortem, ut dicitur, subiit temporalem. Interim vero prefata mater ipsius absque prioris consilio vel assensu, ad quem, ut supra diximus, ordinacio pertinebat, circa sorores[b] decem in eandem domum suscepit, et fratrem procuratorem domus ipsius presumptuose removens, laicos servientes ipsi monasterio et rebus ipsius villicos ordinavit. Ad hec uxor prefati militis a patre suo de monasterio est extracta et, professione, qua tenebatur astricta, posthabita, alii fuit tradita in uxorem. Cum autem fratres iam dicti propter tanta mala vidissent ipsum locum dissipationi et ignominie subiacere, sorores illas ad prioralem ecclesiam, ut ibi vitam comunem ducerent, transmiserunt, claustro prius eis honestissime preparato. Deinde vero mater predicti militis ab[c] ipsius fratribus

319. a) ,esset' *ex* ,et' *littera* ,e' *anteposita et abbreviaturae signo superscripto, correctum A.* b) *seq. locus rasus trium fere literarum spatium continens A.* — c) ,ab' *in loco raso eod. atramento corr. A.*

1) *Meinhero 1169—1190.* — 2) *Adalberto 1176—1208.* — 3) *Petrus filius Milhosti.* — 4) *Bernardi.* — 5) *Petri.*

hospitalis accipiens supra triginta marcas argenti, dixit se habere propositum ad partes Ierosolimitanas causa domino serviendi in proximo transfretandi; que cum usque ad partes Vngarie pervenisset, suasione maligni spiritus est inde reversa et nunc, errore[d] novissimo existente deteriore, quam prior fuerit, ad possesiones iam dictas manus violentas extendens, cum quodam filio, M.[6] nomine, homines illorum spolians, usque ad estimationem ducentarum quinquaginta marcarum eos[e] dampnificare presumpsit. Porro, cum a multis commonita proposuerit resipiscere, et licentiam postulaverit ad monasterium de Doxa,[7] quod arctiores habet observantias, transeundi, sororibus ibidem remanentibus iurans, quod nunquam super predictis possessionibus hospitale de cetero molestaret, a cruce taliter absoluta, quindecim ipsis villas auferens per potentiam filii pretaxati, fratribus de Sepulcro contulit. Unde cum coram venerabili fratre nostro H.,[8] Pragensi[f] episcopo, negotium tractaretur, idem hospitalarii sedem apostolicam appellarunt.[g] Quia vero nobis de rei veritate constare nequivit, causam ipsam vestre duximus experientie commitendam et fine debito terminandam, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus, si premissa noveritis esse vera, eisdem fratribus hospitalis res[h] ipsas et possessiones, sicut iustum fuerit, appellatione postposita, restitui faciatis, eandem matronam ad prefatum monasterium transire, sicut licentiam acceperat, quantum de iure poteritis, compellentes, aut saltem ad primam professionem redire. Quod si vestris monitis et mandato non acquieverit, nec voluerit a predictorum fratrum vexatione cessare, vos ipsam et filium, appellatione remota, excommunicationis vinculo innodetis, et tamdiu pro excommunicatis faciatis haberi et cautius ab omnibus evitari, donec ex integro eisdem fratribus fuerit satisfactum; ad[i] prestandum etiam corporaliter iuramentum, si expedire videritis, ne de cetero eos indebitis exactionibus inquietent vel ab aliis inquietari faciant, compellatis. Datum Laterani IIII idus octobris, pontificatus nostri anno I.

Litteris appendet e filo cannabis Clementis III papae bulla plumbea, cuius imaginem vide apud J. v. Pflugk-Harttung, Specimina selecta chartarum pontificum Roman. tab. 138, num. 12.

320.

Fridericus, dux Bohemiae, hospitali sancti Iohannis Hierosolymitani possessiones a Hroznata nobili quondam Soběslai II ducis tempore donatas confirmat, idemque villas, quas Měško, frater Hroznatae, dederat, hospitali dicto a Hroznata coram se restitutas esse attestatur. — *1188* —.

319. *d) prima* ,r' *in loco raso scr. A. — e)* ,eos' *in loco raso eod. atramento scr. A. — f)* ,P' *in loco raso corr. A. — g) altera* ,p' *alio atramento suppleta A. — h)* ,res' *in loco raso corr. A. — i)* ,ad' *in loco raso ead. manu scriptum A.*

6) *Milhost. —* 7) *Doksany, germ. Doxan, ab Roudnice (Raudnitz) versus septentr. et occid. —* 8) *Henrico Břetislavo 1182—1197.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

Appendix synoptica . . . num. 6 (reg.). — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 582. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 325, num. 347. = Erben, Reg. I, pag. 181, num. 397 (cf. Emler, Reg. IV, pag. 710, num. 1770). — Delaville Le Roulx, Cartulaire général . . . des Hospit. de S. Jean I, pag. 523, num. 840.

Autographum ignota quadam manu, quae iam in nullo prorsus alio eiusdem ducis diplomate in conspectum redit, exaratum est.

§ In nomine patris et filii et spiritus sancti. § Ego Fridericus, dux Boemorum. Christiane religionis ratio || expostulat fieri, ut nos in solio principatus positi non solum elemosinas fidelium collatas ecclesiis confir||memus, sed etiam de propriiis[a] facultatibus deo largiri studeamus. Noverit itaque tam presens quam postera etas, nove||rint tam nobiles quam ignobiles, quicquit nobilis noster Groznata domui sancti Iohannis Baptiste et fratribus domus hospitalis Iherosolimitani liberaliter contulit et sub tempore antecessoris nostri Sobezlai confirmavit, nos idem confirmamus et omnes possessiones eius fratribus eisdem libere possidendas concedimus. Possessiones autem eius, quas coram nobis nominavit et confirmavit, héé sunt: Swadou,[1] Koiatici,[2] Breznec,[3] Zalezli,[4] Pogorici,[5] Tasovsko,[6] Probostou,[7] Plozkowici,[8] in alia parte fluminis: Neschemici,[9] Breznice.[10] Ville etiam fratris sui Mesconis, quas domui eidem pro salute anime sue contulerat, quas etiam ipse mediantibus viris religiosis, scilicet episcopo Pragense Friderico et abbate de Plas Meinero, in usus[b] suos a fratribus eiusdem domus hospitalis ad tempus receperat, eisdem[c] fratribus coram nobis iam resignavit, sunt autem héé: Pourrili,[11] Rigici,[12] Rostoki,[13] Werece,[14] Naviezde.[15] Testes autem huius rei sunt hii: Heinricus Pragensis episcopus[d] apositione sigilli sui testimonium rei confirmans. Hemannus[e] Pragensis prepositus, Alexander notarius, Hermannus abbas de Sedlec, Hermannus abbas de Pomuk, Theodricus abbas de Gradis, Grabise camerarius

---

320. *a)* ‚ppíjs' *ex* ‚ppíſ' *eadem manu corr. A.* — *b)* ‚usu⁹' *A.* — *c)* ‚i' *ex* ‚ſ' *corr. A.* — *d)* ‚episcopu⁹' *A.* — *e) ita A.*

[1]) *Svádov, germ. Schwaden, prope Ústí nad Labem (Aussig).* — [2]) *Kojetice, germ. Kojeditz, prope Ústí n. L.* — [3]) *Malé Březno, germ. Klein-Priesen, ab Ústí n. L. versus orientem.* — [4]) *Zálezly, germ. Salesel, distr. pol. Litoměřice (Leitmeritz).* — [5]) *Pohořice, alias Pohoří, germ. Pohorz, a Litoměřice versus septemtr.* — [6]) *Tasov a Litoměřice versus septemtr.* — [7]) *Proboštov, germ. Proboscht, distr. pol. Litoměřice.* — [8]) *Ploskovice, germ. Ploschkowitz, distr. pol. Litoměřice.* — [9]) *Neštěmice, alias Neštomice, in sinistra Albiae ripa, distr. pol. Ústí n. L. (Aussig).* — [10]) *Krásné Březno, germ. Schönpriesen, distr. pol. Ústí n. L.* — [11]) *Povrly, germ. Pömmerle, distr. pol. Ústí n. L.* — [12]) *Ryjice, germ. Reindlitz, distr. pol. Ústí n. L.* — [13]) *Roztoky, germ. Rongstock, distr. pol. Děčín (Tetschen).* — [14]) *Nomen hoc explicare nequeo; Věřice, distr. pol. Benešov, interpretatur Erben; Raitza, distr. pol. Děčín (Tetschen) interpretatur Frind, Kirchengesch. Böhm. I, pag. 307.* — [15]) *An sit Oujezd, germ. Augiessel, distr. pol. Ústí n. L.?*

et frater suus Slauko, Borse frater eorum, Milgost, Hermannus de Marquartic, Odolenus, Vitek, Boguse et frater suus Ratibor,[f] Slaiybor, Boguta, Diwis, Nacherat, frater suus Smil, Olricus de Sizinkou, Dirsizlau et frater suus Rus, Thema, Noóstup, Moymir, Stephanus Morkowic et frater suus Radoslaus,[g] Modlik, Puten sacerdos, Laurentius capellanus et alii plurimi. Acta autem hec sunt anno dominice incarnationis millesimo CLXXXVIII, principatus vero nostri anno X, pontificatus fratris nostri Heinrici anno V.[16] Quicumque nostram confirmationem super donatione predicta[h] ledere cogitaverit, indignationem omnipotentis dei in die supremo in se sentiat transsituram.

(S. P.) (S. P.)

Autographo duo sigilla appensa sunt. Quorum primum rotundum (diametros 87 mm), de cera alba confectum, in filis sericis gilvi coloris suspensum est. In sigilli area figura est viri ornatu episcopi induti sedentis, qui manu dextra ad benedictionem elata, sinistra pedum tenet. Circumscriptio: ✠ HEINRICV DI GRA PRAGENSIS ECCLE EPC. *Alterum sigillum rotundum (cuius diametros 85 mm efficit), de cera alba confectum, duo latera habens, e filis sericis rubri coloris appendet. Pars eius fracta desideratur. In cuius quidem sigilli utraque parte eadem figura atque in prioribus Friderici ducis sigillis, non nisi paulum immutata conspicitur. Etiam circumscriptionis (quae idem est atque in reliquis eiusdem ducis sigillis) singulae literae aliam formam habent alioque loco positae sunt. Circumscriptio partis anticae haec est:* ✠ P[AX DVC]IS FRIDERICI · IИ · MAИV · SCI · WEИCEZLAI. *Alterius vero partis circumscriptio haec est:* ✠ FRIDERICVS · DEI · GRACIA · DVX · BOE[MORV]M.

320[a].

Gotfridus de Falkenberg signo crucis accepto, praedium Streissenreut monasterio Reichenbacensi donat, praesente Friderico imperatore, cuius ministerialis fuit. — Inter testes: ‚Fridericus de Eeger, . . . Wernherus economus in Zedliz, Usalkus de Chunisgisberch, . . . Heinricus de Loman, Udalricus de Loman . . .'

[1188 ex.]

Monum. Boica XIV, pag. 427, num. 37 (ex libro traditionum monasterii Reichenbacensis saec. XII). — Gradl, Monum. Egrana I, pag. 37, num. 108.

Donatio anno 1188 exeunte facta esse videtur, quo tempore imperatorem Egrae fuisse Annal. Colonienses max. in Mon. Germ. Script. XVII, pag. 795 referunt.

321.

Fridericus I, imperator Romanorum, fundationem monasterii Reinfeldensis confirmat. — Inter testes: ‚Otto dux Bohemiae'. *Ratisbonae 1189 mai 10.*

---

320. *f)* ‚Ratibor' *in loco raso ead. manu scriptum A. — g)* ‚Radoslau⁹' *A. — h)* ‚a' *ex* ‚u' *eodem atramento corr. A.*

[16]) *Recte VI; quintus enim pontificatus Henrici episcopi annus iam 22 die maii anno 1187 exiit.*

Böhmer, Acta imperii selecta, pag. 151, num. 161 (ex [Noodt] Beiträge z. Erläut. d. Hist. d. Herzogth. Schlesw.-Holst. II, pag. 287). — Emler, Reg. IV, pag. 809, num. 2079. — Stumpf, Reg. num. 4523.

Qua re Otto dux hoc tempore Ratisbonae moratus sit, Gerlacus Milovicensis in margine Ansberti Hist. de exped. Friderici imper. in cod. ms. Strahoviensi fol. 33v his verbis refert: Hoc anno *[1189]* mortuus est Fridericus, dux Boemię, videlicet VIII kal. aprilis *[= 25 mart.]* . . . cui successit Cunradus, qui et Otto, . . . favore interim dominę Elisabethe, que castrum Pragense sibi dedit in manus, receptis ab eo sacramentis pro Olomutzensi, sed ipse adeptus, quod voluit, postea eam fefellit. Taliter ergo adeptus primo castrum, deinde Boemiam nec non et favorem Boemorum, Ratisponam adiit et de manu imperatoris in ultima eius curia . . . vexilla percepit.' *(Fontes rer. Boh. II, pag. 508.)*

322.

Helicha, ducissa Bohemiae, mariti sui Ottonis ducis assensu, monasterio Plassensi praedium suum in Čečín donat. *Pragae 1189 iun. 15.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 591. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 329, num. 350. — Erben, Reg. I, pag. 182, num. 399. — Scheinpflug in Mittheil. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII, pag. 61, num. 9 (reg.).

Autographum manu scribae cuiusdam monasterii Plassensis exaratum est, qui etiam aliarum eiusdem monasterii tabularum (v. num. 336, 342, 343) autographa scripsit. Diploma ab auctore litterarum Friderici ducis a. 1185 iun. 17 (num. 307) et Henrici episcopi Pragensis a. 1190 oct. 1 (num. 325) eidem monasterio datarum verbis contextum esse verisimillimum est. Praeterea etiam litterae Agnetis de Potvorov (num. 342) et conventus monasterii Plassensis (num. 343) ab eodem auctore compositae vel saltem ad exemplum eius conscriptae esse videntur. Communis haec diplomatum origo, quae unum idemque monasterium a variis personis accepit, facillime explicatur, si omnia, quae supra commemoravimus diplomata, a clerico quodam monasterii ipsius verbis contexta esse censeamus.

Notum sit Christi fidelibus presentibus et futuris, quod ego Helicha, dei gratia ‖ dicta ducissa Boemię, assentiente thori mei socio, Ottone duce ‖ illustrissimo, tradidi pro animę meę remedio predium meum, quod si‖tum est in Shexhin,[1] fratribus meis in Plaz domino deo famulantibus perpetuo possidendum. Ut autem hęc inconvulsis radicibus in posterum perseverent, sigilli mei inpressione firmavi. Si quis autem hanc donationem meam irritam fecerit, vinculo anathematis se innodatum noverit. Huius vero donationis meę testes hii sunt: Dominus Otto dux Boemie strennuus, Wacezlaus dux, dominus Henricus Pragensis episcopus, Florianus cancellarius et prepositus, Predotha curie iudex, Henricus prefectus de Aldenburch, Dersizlaus castellanus Bilzinensis, Cholaz camerarius meus, Pribizlaus filius Hemerammi, Wezel venator, Otto de Woirzan, Otto capellanus et fratres

322. [1]) *Čečín, nunc domus saltuarii prope Babina, distr. pol. Kralovice (Kralowitz).*

sui Wissa et Marquardus et alii plures. Hęc autem acta sunt anno dominicę incarnationis millesimo centesimo octogesimo IX, in communi colloquio Boemorum, Pragę habito XVII kalendas ivlii anno ducatus collateralis mei primo. Data per manum capellani mei Ottonis XVII kalendas ivlii mensis.

(S. P.)

Autographo fragmentum sigilli de cera alba confecti e scidula membranae appendet. In parte priore expressum est sigillum formam ex longo rotundam habens, inque eo femina veste sinuosa induta sedens conspicitur, quae manu sinistra pectori imposita, in dextra sceptrum tenet. Circumscriptio: ✠ ЄLY . . . ///VCISSA BOЄMIЄ. *Parti posteriori expressum est fragmentum sigilli Ottonis ducis et quidem illa eius pars, in qua imago viri stantis efficta est; quod eadem forma atque pars prior sigilli diplomati num. 326 appensi provectum est.*

323.

Otto, dux Bohemiae, Hroznatam Crispum omnes possessiones suas, villis Peruc et ‚Vlacciz' exceptis, fratribus hospitalis sancti Iohannis Hierosolymitani dedisse et ab eis villas Hlavno, Zdětín et Malé Březno ad vitae suae tempus accepisse attestatur. *Sadská 1189 —.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

Appendix synoptica . . . num. 8 (reg.). — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 590. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 328, num. 349. = Erben, Reg. I, pag. 183, num. 401. — Geschichtsquellen d. Grafschaft Glatz I, pag. 11 (reg.). — Delaville Le Roulx, Cartulaire général . . . des Hospit. de S. Jean I, pag. 550, num. 865.

Autographum ignota quadam manu scriptum est. In summo membranae margine literae A—L ordine suo dispositae inscriptae sunt, quorum dimidia pars superior abscissa est, ex quo intelligi potest, de Hroznatae donatione binas tabulas iisdem verbis confectas fuisse.

⁝ I[a] nomine patris et filii et spiritus sancti amen. ⁝ Ego Otto, dei gracia dux Boemie, intuitu pietatis et misericordie notum facio omnibus presentibus ac futuris, quod Groznata Crispus ad honorem dei et beati Iohannis Ba‖ptiste pro anima sua suorumque predecessorum dedit hospitali Ierosolimitano omnes suas possessiones, exceptis duabus villis, Peruce[1] et Vlacciz,[2] quas alibi dederat, post decessum suum sueque uxoris a fratribus eiusdem ‖ hospitalis iure hereditario in perpetuum possidendas ad serviendum pauperibus et infirmis predicti hospitalis.

323. *a) ita A (pro ‚in').*

[1]) *Peruc, distr. pol. Louny (Laun).* — [2]) *Vlačice? Ubi vicus hic situs fuerit, incertum est.*

Fratres vero eiusdem hospitalis Groznate duas villas concedunt Glawen[3] et Stetin,[4] pro quibus Groznata || tres marcas argenti solvere solebat, et terciam Breznez,[5] ut in vita sua sine censu cum prelibatis possessionibus suis eas teneat. Si vero uxor ei supervixerit et alium maritum[b] ducere voluerit, cum auro et argento suo et alia domestica supellectili vadat ad maritum et possessiones omnes cum omnibus suis appendiciis ecclesie relinquantur. Si autem vidua permanserit, omnia prefata usque ad finem vite sue pacifice teneat et tunc, sicut supra dictum est, erunt ecclesie. Ut autem hec rata et inconvulsa perpetualiter utrobique conserventur, sigilli mei inpressione confirmare dignum duxi. Ego quoque Henricus, Pragensis episcopus per dei graciam, ad idem corroborandum sigillum meum appono, et quicumque umquam violare presumpserit, auctoritate mihi divinitus concessa sub anathemate pono. Ego Martinus, quondam prepositus et nunc preceptor hospitalis, sigillum meum appono. Ego Bernardus, prior Boemie, sigillum meum appono. Ego Groznata sigillum meum appono. Actum est hoc in Sazka, anno dominice incarnationis MCLXXXIX, anno primo ducis Otthonis, quando positus est in sedem Boemie. Hii sunt testes, qui affuerunt: dux Otto Boemie, Henricus Pragensis episcopus, Florianus cancellarius, prepositus Pragensis Hermannus, decanus Sedezlaus, Pribizlaus prepositus in Boiezlau, Radozta prepositus[c] in Lutomeriz,[d] Albertus abbas de Stragouia, Henricus abbas de Brewenou, Hermannus abbas de Selliz, Tidricus abbas de Gradis, Albertus abbas de Cladrub, Otto abbas de Selewe, Ingilbertus archidiaconus, magister Alexander, Hermannus camerarius et Sauissa frater eius, Predota iudex curie, Matheus dapifer, Vitko et Cezema nepos eius, Vlricus Dirciçlauiz, Iurik Iuricouiz, Bogussa castellanus de Cladsco et fratres eius Ratibor, Hermannus, Lutobor, Vimika, Groznata filius Cezeme et frater eius Ernestus, Sobegherd filius Pribizlai Grossi et alii multi abbates, clerici, monachi, milites tam de Morauia, quam de Boemia, qui convenerant in Sazka ad audienda statuta ducis Ottonis.

(S. P.) (S. P. F.) (S. P. D.) (S. P. D.) (S. P.)

Autographo quinque sigilla e membranae scidulis appendebant; quorum tantum primum et ultimum integrum restat. Primum sigillum rotundum (diametros 29 mm) de cera alba confectum est inque eo haec inscriptio sex versibus disposita legitur: FRA||TER · MAR||TINVS · PREPO||SITV||S. *Secundi sigilli item de cera alba confecti perparvum tantum fragmentum restat, ex quo haudquaquam cognosci potest, cuius sit. Tertium et quartum sigillum deperditum est. Quintum sigillum rotundum (diametros 26 mm) de cera alba confectum est. In cuius area conspicitur signum crucis hac circumscriptione inclusum:* ✠ BERNARDVS.

323. b) ‚itum' *in loco raso ead. manu scr. A.* — c) *altera* ‚p' *eodem atramento ex* ‚o' *corr. A.* — d) ‚z' *eod. atramento ex* ‚c' *corr. A.*

3) *Hlavno Kostelní prope Brandýs n. L. (Brandeis a. d. Elbe).* — 4) *Zdětín distr. pol. Mladá Boleslav (Jung-Bunzlau).* — 5) *Malé Březno, germ. Klein-Priesen, ab Ústí n. L. (Aussig) versus orientem.*

324.

Henricus VI, Romanorum rex, Philippo, Coloniensi archiepiscopo, se in posterum intra archiepiscopatus eius terminos nusquam alibi nisi in Duisburg et Dortmund monetas habiturum esse promittit. — Inter testes: ‚Otto, dux Boemie'.

Apud Francofordiam 1190 mart. 25.

Lacomblet, Niederrheinisches Urkundenb. I, pag. 365, num. 524. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 330, num. 352. — Erben, Reg. I, pag. 184, num. 404. — Stumpf, Reg. num. 4650.

325.

Henricus, episcopus Pragensis, Meinhero, abbati Plassensi eiusque conventui praedium ecclesiae Pragensis in vico Čečín pro curia et vinea monasterii propria in suburbio Pragensi sita tradit.

Pragae 1190 oct. 1.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. I, pag. 184, num. 405 (frgm.). — Scheinpflug in Mittheil. d. Vereins f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII, pag. 61, num. 10.

Autographum idem scriba exaravit, qui etiam diploma proxime sequens et quaedam alia scripsit. — Litterarum contextus ab auctore litterarum Friderici ducis a. 1185 (num. 307) et Helichae ducissae a. 1189 (num. 322) aliarumque eiusdem monasterii litterarum (num. 342 et 343) compositus esse videtur. Finem tantum diplomatis (notam temporis) et fortasse invocationem quoque autographi scriptor more suo adiecit.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Notum sit Christi fidelibus ‖ tam presentibus quam futuris, quod ego Heinricus, dei gratia dictus sanctę ‖ Pragensis ęcclesię episcopus, assensu et consilio canonicorum meorum dedi ‖ abbati Meinhero de Plaz et fratribus suis predium ęcclesię Pragensis situm in villa eorum nomine Cêcyn[1] pro curia et vinea eorum in suburbio sita. Ut autem hec inconvulsis radicibus in posterum perseverent, placuit tam sigilli mei impressione, quam testibus roborari. Nomina testium: Hermannus prepositus, Sdizlaus decanus, Florianus prepositus et cancellarius ducis, Zlawon archidiaconus, Pribizlaus canonicus, Engelbertus archidiaconus Bechinensis, Alexander magister, Walcv̊n canonicus, Hvalco custos, Ditlebus canonicus et ceteri Pragenses canonici, Georgius camerarius episcopi, Hartlebus dapifer, Erkenbertus, Reinardus, Berwinus pincerna, Martinus. Data Pragę per manum Friderici cancellarii anno verbi incarnati MCXC, kalendis octobris, epacta XXIII, concurrente VII, indictione VIIII. Si qua vero postmodum ęcclesiastica secularisve persona concambium hoc irritum facere temptaverit, anathematis vinculo se innodatum[a] n[o]verit.

(S. P. D.) (S. P.)

325. a) *ita A.*

[1]) *Čečín quondam vicus, nunc domus saltuarii prope Babina, d. p. Kralovice (Kralowitz).*

Autographo appendebant e scidulis membranae duo sigilla, quorum primum deperditum est. Secundum sigillum rotundum (diametros 80 mm), de cera alba confectum, satis attritum est. In cuius area figura conspicitur viri ornatu episcopi induti sedentis, cuius manus dextra pedum, sinistra elata librum tenet. Circumscriptio: ✠ HEINRICUS · [D̄I GR̄]A · PRAGENSIS · EP̄C.

326.

Otto, dux Bohemiae, una cum matre sua Maria monasterium ordinis Praemonstratensis in Louka instituit eique multas possessiones donat.

Pragae 1190 oct. 25.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

(Hugo) Sacri et can. ordinis Praemonstrat. Annal. II, Probat. pag. XLIII. — Kleiner, Series fundationis Lucensis, pag. 2 et 3 (frgm.). — Dobner, Monum. hist. Boemiae IV, pag. 251 (Specimen cod. dipl. Mor.), num. 43. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 596 (frgm.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 331, num. 353. — Erben, Reg. I, pag. 184, num. 406.

Autographum exaravit idem scriba, qui etiam autographum litterarum Heinrici, episcopi Pragensis, monasterio Plassensi a. 1190 oct. 1 datarum (num. 325) scripsit. Praeterea ad eandem manum haec autographa revocanda sunt: Hroznatae comitis de monasterio Teplensi condito testamentum (num. 357), Henrici, episcopi ducisque Bohemiae, diploma monasterio Teplensi a. 1197 datum nec non ea, quae a Přemyslao Ottocaro I rege et Daniele II, episcopo Pragense, monasterium Plassense annis 1207 et 1209 accepit diplomata (Erben, Reg. I, num. 505 et 520). Communis haec diplomatum origo, quae a variis personis variis monasteriis data sunt, haud aliter potest explicari, quam si omnium, quae diximus, diplomatum autographa ad clericum quendam ecclesiae Pragensis referuntur, cuius opera ad diplomata scribenda tam episcopis Pragensibus quam Bohemiae ducibus uti licuit. Nonnulla quae attulimus diplomata (num. 357, 358, Erben num. 505) ab scriptore ipso verbis contexta sunt. Quod an etiam in diplomate nostro ita sit, incertum est. Exordium tantum et finem diplomatis ab eodem scriba compositum esse, verisimilis est coniectura. — Locorum nomina explicat Peřinka in Sborník histor. kroužku Vlasti I (1900), pag. 109 sq. et Vlastivěda Moravská, Okres Znojemský, pag. 305.

§ In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto, dei gratia Boemorum dux, quondam marchio Morauię, in perpetuum amen. § || De gestis hominum suboriri solet sepe calumpnia, nisi lingua bonorum testium robur adhibeat[a] aut scriptura. Notum igitur fieri volumus tam presentibus quam fu||turis, quod ego Otto, dei gratia dux Boemorum, et nobilissima mater nostra, domina Maria, divina inspiratione commoniti pro nostrarum nostrorumque parentum remedio animarum || et ut presentis vitę statum cum incolumitate nobis nostrisque successoribus pertransire divina concedat clementia, monasterium in Luca[1] ad honorem dei et beatę Marię semper virginis et sancti Wencezlai gloriosi martyris a primis fundamentis construximus, statuentes, ut canonici sub regula beati Augustini et ordine Premonstratensi perpetuo ibidem deserviant et pro nostris et[b] nostrorum succes-

326. [1]) *Louka, germ. Klosterbruck, prope Znojmo (Znaim).*
[a]) ‚d' *ex* ‚u' *corr.* A. — [b] ‚et' *eod. atramento superscriptum A.*

sorum delictis assidue intercedant et in missis eorum propriam pro nobis commemorationem faciant. Ad sustentationem autem canonicorum, qui sub regulari observantia deo in eodem cenobio militabunt, possessiones subscriptas in dotem ęcclesię donatione legitima irrevocabiliter in perpetuum assignamus, concedimus et donamus; tali tamen tenore, quod si quisquam aliqua presumptione dotes illas, quas in presenti privilegio predicto monasterio confirmamus, ab eadem ęcclesia alienaverit, ad me vel ad heredes meos, omni contradictione postposita, revertantur. Ceterum si ad usum suum et commoditatem ęcclesię abbas et canonici eiusdem loci ex integro semper servaverint, quieto et irrevocabili iure illa beneficia ipsis et ęcclesię in perpetuum consistant. Quod si ego vel mei heredes diabolico instinctu nostrę donationis beneficium retraxerimus et contra decreti nostri paginam ire vel aliquam molestiam inferre temptaverimus, me siquidem meosque heredes maledictione obligo perpetua ac XXX auri libras prefatę ęcclesię sub imperatorię districtionis examine in integrum sine misericordia redditurum. Pretaxatę vero dotes, quas predictę ęcclesię confirmamus, heę sunt: Capella sancti Nicholai[2] cum omnibus ei attinentibus, decimatio in marchia, tres villę Dobsici,[3] Popovici,[4] Oblekovici,[5] mansus unus in villa Pracih,[6] alter in villa Zuassic,[7] tertius in Mravitic[8]; capella sancti Georgii in Strachotin[9] cum tribus villis Chaikovici,[10] Popovici,[11] Chrepici[12]; capella sancti Iohannis in Rokiten[13] cum villa una Popovici[14]; capella sancti Andreę in Gobza[15] cum villa et sola taberna et uno molendino, Culchov[c][16] cum duabus tabernis, Chegost,[17] Sedlesovici,[18] Bransudici,[19] Opoyovici,[d][20] Odrenovici,[21] Nemchici,[22] Bischici,[23] Hiski,[24] Rokitnicea,[25] Brezowa,[26] Lutochor,[27] Prilucea,[28] Trebonchovici,[29] Domamile,[30]

---

326. *c) genuine* ‚Ceulchov', *sed* ‚e' *puncto subposito deleta A. — d) genuine* ‚Opoyvici', *sed eodem atramento* ‚o' *superscripta A.*

[2]) *In Znojmo. —* [3]) *Dobšice. —* [4]) *Popovice, iam non exstat. —* [5]) *Velké Oleksovice, germ. Gross-Olkowitz, distr. pol. Znojmo. —* [6]) *Pračice, g. Pratsch, distr. pol. Znojmo. —* [7]) *Načeratice (?) interpr. Peřinka. —* [8]) *Mramotice, distr. pol. Znojmo. —* [9]) *Strachotice, germ. Rausenbruck, distr. pol. Znojmo. —* [10]) *Čejkovice quondam prope Oleksovice, ubi nunc campus dicitur Schankwitzäcker. —* [11]) *Popovice quondam inter Derflice et Tasovice. —* [12]) *Křepice, distr. pol. Mor. Krumlov, g. Mähr. Kromau.* [13]) *Rokytná, g. Rottigl, distr. pol. Mor. Krumlov. —* [14]) *Popovice prope Jaroměřice. —* [15]) *Staré Hobzí, germ. Althart, distr. pol. Dačice (Datschitz). —* [16]) *Post ann. 1226 in fundo hoc civitas Znojmo (Znaim) condita est; v. Erben, Reg. I, num. 707. —* [17]) *Čéhošť (?) nunc fortasse Gnast prope Zulb, boh. Čule, distr. pol. Znojmo. —* [18]) *Sedlešovice, germ. Edelspitz, prope Znojmo. —* [19]) *Bransudice, quondam prope Vršava germ. Frischau (distr. pol. Znojmo), ubi nunc campus dicitur Branskowitz. —* [20]) *Pokojovice, distr. pol. Třebíč (Trebitsch). —* [21]) *Odrovice, distr. pol. Hustopeč (Auspitz). —* [22]) *Němčice quondam prope Vrbovec, g. Urbau, distr. pol. Znojmo. —* [23]) *Byšice (Vevčice, distr. pol. Znojmo). —* [24]) *Fortasse Český prope Podmole, germ. Baumöhl. —* [25]) *Rokytnice quondam ap. Sádek et Roketnice in distr. pol. Třebíč. —* [26]) *Březová quondam prope Mašovice, distr. pol. Znojmo. —* [27]) *Litohoř, germ. Littohorn, distr. pol. Mor. Budějovice. —* [28]) *Příluky? iam non exstat. —* [29]) *Iam non exstat. —* [30]) *Domamil prope Mor. Budějovice (Budwitz).*

unus mansus in Lissenouic,[31] Lodinicea,[32] Chrauzko.[33] Huius autem donationis testes hii sunt adhibiti: Heinricus Pragensis et Kaym Morauiensis episcopi, Wladimirus et Brecizlaus frater eius, duces Morauię. Actum publice in curia nostra Prage, anno verbi incarnati MCXC, indictione VIII, concurrente VII, epacta XXIII, octavo kalendas novenbris. Data per manum cancellarii Floriani.*

(S. P.)

Autographo filis sericis coloris flavi et rubri suspensum est sigillum rotundum de cera alba confectum, cuius diametros longitudinem habet 85 mm. In antica sigilli parte expressa est figura viri stantis tunica induti, qui in manu dextra vexillum tenet, sinistra scuto innititur. Circumscriptio: + OTTO · DĪ GR̄A DVX · BOЄM. *In altera sigilli parte vir depingitur in solio sedens, cuius caput nimbo ornatum est, manu sinistra scuto innixus, manu dextra vexillum tenens. Circumscriptio:* + PAX OTTOИIS · IИ MAИV S VЄИCЄSLAI.

327.

Henricus VI, imperator Romanorum, comitem Reinerium de Bartolomeo eiusque uxorem Adelinam tuendos suscipit. — Inter testes: ‚Otto, illustris Boemorum dux‘.

Prope Urbem 1191 apr. 17.

Stumpf, Acta imperii (Reichskanzler III) pag. 259, num. 186 (ex apogr. in tabulario Roncioni Pisis). — Erben, Reg. I, pag. 185, num. 407 (exc. ex autogr. tabularii Vaticani). — Stumpf, Reg. num. 4694.

328.

Henricus VI, imperator Romanorum, sententiam principum imperii de bonis ecclesiasticis non alienandis et de aedificiis in atrio palacii episcoporum vel abbatum non construendis confirmat, praesente inter alios: ‚Ottone duce Boemie‘.

In silva Libertina[1] *1191 apr. 19.*

Monum. Germ. hist. Legum sect. IV, Constitutiones I, pag. 479, num. 336. — Erben, Reg. I, pag. 185, num. 408. — Stumpf, Reg. num. 4697.

---

*) *Inferiori membranae replicatae margini scidula membranae assuta est, in qua manu saec. XIII ineuntis haec memoria inscripta est:*

Hec sunt ville et cetera, que temporibus W(ladislai), marchionis Morauie, ecclesie nostre collata sunt: Culchou, Preschep, Gozteradici cum silva Vzgor, Gerossouici, Martinici, Vmztinici, Zuchogurdli, campus iuxta Lodinic, in quo bellum habitum est inter Bohemos[a] et Morauos, quem dedit marchio W(ladislaus) pro remedio anime sue, Burowici, quatuor mansus iuxta Domamil, in Cidlina mansus unus, silvam in Rinolc, Lucam cum pomeriis, que dedit Otto[b] dux cum matre sua M(aria); que postea per episcopum et ducem H(enricum) Boemie confirmata sunt.

---

a) prima ‚o‘ *ex* ‚e‘ *corr. — b) sequitur* ‚marchio‘, *sed punctis subpositis deletum.*

326. [31]) *Lisenice, alias Lesonice, germ. Lissnitz, distr. pol. Mor. Krumlov. —* [32]) *Loděnice, distr. pol. Mor. Krumlov. —* [33]) *Kravsko, distr. pol. Znojmo.*

328. [1]) *Inter Frosinone et Roca d'Acro.*

329.

Henricus VI, imperator Romanorum, cum civibus Ianuensibus foedus facit, quod ut in fide maneat, iureiurando affirmant Ianuensium legati et nonnulli principes imperii, inter quos: ‚Otto, dux Boemie‘.

Ante Neapolim 1191 mai 30.

Monum. Germ. hist. Legum sect. IV, Constitutiones I, pag. 479, num. 337. — Stumpf, Reg. num. 4701.

330.

Henricus VI, imperator Romanorum, civitati Placentinae[1] *regalia concedit. — Inter testes:* ‚Oddo dux Boemie‘.

In obsidione Neapolis 1191 iun. 5.

Monum. Germ. hist. Legum sect. IV, Constitutiones I, pag. 471, num. 332. — Böhmer, Acta imperii selecta, pag. 164, num. 178. — Stumpf, Reg. num. 4704.

331.

Henricus VI, imperator Romanorum, abbatiam Sancti Ghislenii [Saint Ghislain] in regione Hannonia Belgiae tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat. — Inter testes: ‚Otto, Boemorum dux.‘

Apud Neapolim 1191 iun. 17.

Miraeus, Cod. dipl. Belgiae I, pag. 554. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 333, num. 355 (exc.). — Erben, Reg. I, pag. 185, num. 409. — Stumpf, Reg. num. 4708.

332.

Coelestinus III papa Alberto, abbati Strahoviensi, Henrico, abbati Brevnoviensi, et Floriano, praeposito Vissegradensi, mandat, ut controversiam diutinam, quae inter monasterium custodum Sepulcri dominici in Zderaz et fratres hospitalis Hierosolymitani de possessione villae Manětín est, determinent.

Laterani 1191 novb. 12.

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

J. Delaville Le Roulx, Cartulaire général de l'ordre des hospit. de S. Jean de Jérusalem I, pag. 580, num. 913 (ex apogr. saec. XVIII in diplomatario eiusdem tabularii I, num. 16)

---

330. [1]) *Piacenza.*

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . Stragouiensi[1] et . . Brewenensi[2] abbatibus et ‖ . . preposito[3] Wissegradensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter dilectos filios nostros Sepulcrarios et ‖ fratres hospitalis Ierosolimitani super villa, que dicitur Manetim,[4] quam idem Sepulcrarii et hospita‖larii sui iuris esse proponunt, controversia diutius fuerit agitata et ipsam bone memorie Clemens papa, predecessor noster, ad petitionem[a] predictorum Sepulcrariorum primo venerabili fratri nostro . . Pragensi episcopo[5] et postmodum dilectis filiis abbati de sancto Emeramo et magistro scolarum Ratisponensium commiserit terminandam, nonnullis intervenientibus occasionibus causa ipsa finem adhuc debitum non accepit. Nolentes igitur eiusdem cause decisionem ulterius protrahi, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus partes ad vestram presentiam convocantes audiatis diligenter, que fuerint hinc inde proposita, et causam ipsam infra triginta dies post harum susceptionem, appellatione remota, mediante iustitia terminetis. Quod si altera partium in prefixis a vobis terminis se duxerit absentandam, vos nichilominus rationes alterius partis curetis, appellatione remota, recipere et causam ipsam sine appellationis diffugio fine canonico terminare. Datum Laterani II idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

(B.)

Litteris appendet e filo cannabis Coelestini III papae bulla plumbea, cuius imaginem vide ap. Diekamp, Päpstl. Urkundenwesen in Mittheil. d. Instituts f. österr. Geschichtsforschg. III, tab. ad pag. 627, num. 5 et 24.

333.

Coelestinus III papa Henrico, episcopo Pragensi mandat, cogat Milgostum et matrem eius, ut fratribus hospitalis Hierosolymitani quindecim villas iniuste ablatas restituant; fratribus ordinis Cisterciensis et Praemonstratensis interdicat, ne cum eis communicent, donec satisfecerint.

Laterani 1192 apr. 12.

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

J. Delaville Le Roulx, Cartulaire général . . . des hospitaliers de S. Jean de Jérusalem I, pag. 584, num. 921.

---

332. *a)* ‚tionē' *in loco raso scriptum A.*

[1]) *Alberto 1176—1208.* — [2]) *Henrico 1169—1197.* — [3]) *Floriano 1182—1194.* — [4]) *Manětín, distr. pol. Kralovice.* — [5]) *Henrico (Břetislavo) 1182—1197.*

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri .. Pragensi episcopo[1] salutem et apostolicam benedictionem.‖ Cum mater Millogoste olim in domo dilectorum filiorum nostrorum fratrum Ierosolimitani hospitalis habitum re‖gularem assumpserit[a] ibique fuerit sub illorum habitu sex annis et amplius conversata, postmodum frau‖dulenter ab illis recedens, cum predicto M.[2] filio suo quindecim villas dictis fratribus contra iustitiam auferre presumunt. Nolentes igitur tantum ipsorum fratrum dispendium in pacientia sustinere, quos sue religionis intuitu debemus specialius defensare, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus tam predictam mulierem quam filium suum, ut eisdem fratribus coram te iustitiam plenam exhibeant, dilatione et appellatione remota, ecclesiastica districtione compellas; Cisterciensis et Premonstratensis ordinis fratribus ex parte nostra districte precipiens, ut illis, contra sententiam, quam de mandato nostro duxeris promulgandam, donec satisfecerint, communicare nulla occasione presumant. Datum Laterani II idus aprilis, pontificatus nostri anno II.

(B.)

Bulla plumbea eadem atque in litteris proxime praecedentibus e filo cannabis, quo litterae clausae erant, appendet.

334.

Henricus VI, imperator Romanorum, ecclesiae Magdeburgensi, Wichmanni quondam archiepiscopi[1] *officiis inductus, castrum Haldensleben, curtem et abbatiam Königslutter aliasque Henrici (Leonis), ducis Brunsvicensis, proprietates donat. — Inter testes:* ‚Henricus Pragensis episcopus' *et* ‚Odocarus dux Bohemorum'.

Gelnhausen 1192 iun. 1.

Gercken, Cod. dipl. Brandenburg. IV, pag. 432. — Stumpf, Reg. num. 4746.

Nota temporis annum quidem MCXCIII adfert, sed indictio et regni imperiique anni diploma ad annum 1192 pertinere ostendunt. (Cohn in Forschungen z. Deutsch. Gesch. IX, pag. 544, not. 4 diploma anno 1193 attribuendum esse perperam putat.) — Testes non ad donationem apud Gelnhausen 1 die iunii factam, sed ad diplomatis exhibitionem, quae demum mense novembre exeunte vel decembre ineunte Altenburgae consecuta est, referri exponit Ficker, Beiträge z. Urkundenlehre I, pag. 161, 163; II, pag. 347, 459, 497. — Cf. Bloch, Forschungen z. Politik K. Heinrichs VI, pag. 39, not. 2.

---

333. *a)* ‚t' *in loco raso corr. A.*

1) *Henrico Břetislavo.* — 2) *Milhosto.*

334. 1) *Obiit 1192 aug. 25.*

335.

Henricus, episcopus Pragensis, villam Mraćnice Mechtfrido de Slavčeves XV marcis argenti puri vendit. *[1184—1192.]*

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metropol. Pragensis asservatur (A). *Erben, Reg. I, pag. 178, num. 390 (frgm.).*

Autographum manu quadam ignota, quae iam in nullo prorsus alio Henrici episcopi diplomate occurrit, exaratum est. — Erben nulla ratione allata, litteras circiter annum 1186 datas esse putat. Post annum 1184 datas esse nomen Hermanni, praepositi Pragensis, inter testes adductum ostendit; ante medium annum 1192 necesse scriptae sint, quod Gerlaco Milovicensi teste, Henricus episcopus eo tempore ad curiam imperatoris profectus est, unde demum circiter mensem iulium anni 1193 iam dux rediit. [‚Anno 1193 Heinricus, Prag. ep., qui priore anno — cognatis suis Premyzlao et Wadizlao, isti Boemiam et illi Morauiam, obtinuerat, pro quibus tali se sponsione obligaverat, ut si tempore statuto pecuniam non solverent, ipse captivitatem imperatoris intraret et mandatis eius staret usque ad solutionem debiti. Qua necessitate coactus est dimidium preteriti et dimidium presentis anni, hoc est fere integrum annum, partim in Egra partim in curia imperatoris consistere . . .' *Fontes rer. Boh. II, pag. 509.*]

§ In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus, dei gratia sancte Pragensis ecclesie episcopus. § ‖ Persepe animus humanus a se per diversa rapitur, ut tardante ingenio facile oblivio rei geste concrescat atque ingeniosis plerisque per neglectum ‖ res nota abolescat, nisi scripture testimonio roboretur et sic ad memoriam revocetur. Ne igitur facta nostra per oblivionis caliginem aliquam in se con‖trarietatem habere inveniantur, providere cupientes, semperque fidelium suorum attentius quemlibet curam gerere pium fore attendentes, notum esse volumus tam futuris quam presentibus cunctis Christi fidelibus, quod nos de patrimonio nostro villam Mrachniz[1] ad curiam nostram Massoviz[2] pertinentem cum omnibus suis attinentiis sine omni diminutione sive exceptione dilecto fideli nostro Mechtfrido de Zlavchauez[3] prompti ac devoti servicii ipsius intuitu pro XV marcis puri argenti, quas pro necessitate ęcclesie nostre expendendas tunc temporis nostra expetebat indigentia, possessivo et hereditario iure possidendam sine omni contradictione contulimus. Porro ipso annuente adiecimus, quod post mortem ipsius et filiorum eius, qui nunc sunt, quique ex illis nascentur et exurgent, post mortem inquam illius, quem forte sine herede decedere contigerit, ęcclesia nostra Pragensis iam dictam villam sine omni gravaminis molestia quiete possideat. Hoc autem factum nostrum ne quis successorum nostrorum infringere vel inmutare attemptet in posterum, auctoritate dei, beatorum apostolorum Petri et Pavli, domini pape et nostra, banno indissolubili et sub examine tremendi iudicii confirmamus et quicunque huic facto nostro contrariari voluerint, cum Dathan

335. [1]) *Mraćnice, germ. Raschnitz, distr. pol. Horšův Týn (Bischofteinitz).* — [2]) *Mašovice, distr. pol. Horšův Týn.* — [3]) *Slavčeves? Vicus hic iam non exstat, nisi forte nomen hoc Slavikovice, germ. Slavikau, prope Kdyně (Neugedein) interpretari liceat.*

et Abiron vivos absorbendos et igne inextinguibili puniendos deputamus. Ad abigendum itaque omnimodum dubietatis errorem iam dictam villam pretaxato fideli nostro privilegio nostro sigilli nostri inpressione signato stabilimus, adhibito idoneorum ac veridicorum virorum testimonio, quorum nomina sunt hec: Albertus Cladrubensis abbas, Hermannus Pragensis maior prepositus, Engelbertus Bechinensis archidiaconus, Cristophorus Tinensis archidiaconus, Fridericus Satcensis archidiaconus; laici quoque: Georgius camerarius domini episcopi, Wichnandus agazo, Hartlews dapifer, Berwinus pincerna, Erkenbertus subdapifer, Martinus subpincerna, Ositca villicus domini episcopi in Gorsov, Wlfkerus et Willelmus de Godoviz et alii multi tam clerici quam laici.

(S. P.)

Autographo appendet e filo cannabino Henrici episcopi sigillum de cera alba confectum, idem atque in num. 325.

336.

Testimonium de praedii Lomany donatione monasterio Plassensi per Ulricum filium Drslavi facta. *— 1192 —.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 605. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 334, num. 357. — Erben, Reg. I, pag. 185, num. 411. — Scheinpflug in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII, pag. 61, num. 11 (reg.).

Autographum manu scribae cuiusdam monasterii Plassensis exaratum est, qui etiam alias eiusdem monasterii litteras (v. num. 322, 342, 343) scripsit. — Ante medium annum 1192 ea, quorum testimonium litterae reddunt, acta esse, nomen Henrici episcopi inter testes adductum ostendit; cf. prooemium litteris proxime praecedentibus additum.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Vͦlricus, Drizlai filius, ‖ predium meum nomine Loman[1] cum attinenciis suis, trans mare in periculo mortis ‖ positus, divino instinctu fratribus in Plaz domino deo famulantibus pro remedio animę meę ‖ parentumque meorum contulerim. Hanc itaque donationem et cetera negocia mea Marquardo fideli socio meo pro dei amore filiis ac fratruelibus ceterisque propinquis et amicis meis manifestandum conmisi. Hoc autem si quis infringere temptaverit, indulgentiam peccatorum meorum se impedisse noverit. Eapropter rogo vos omnes precibus quibus valeo, quatinus tam pro vestra quam pro mea salute elemosinas meas iure perpetuo confirmetis. Hęc a Marquardo, Vitcone, Hermanno, Pribizlao filii et fratrueles ceterique fideles beatę memorię Vͦlrici audientes coram glorioso duce domino

336. [1]) *Lomany, quondam villa, nunc curia araturae prope vicum Lomnička, distr. pol. Kralovice (Kralowitz).*

Primuzelone ac venerabili episcopo domino H.[2] confirmaverunt et testes adhibuerunt. Hii autem sunt testes: dominus dux Primuzel, dominus episcopus H., Ratibor iudex curię, Grabis camerarius, Hermannus Marquardi filius, Zbramir, Dirsizlaus, Ruzo, Mutin, Hoier, Zmil, Bleh, Marquart, Otto de Wrscan, Ian iudex Bilzinensis, Pribizlaus Cozche filius, Vitec, Lutbor, Otezlau, Martin Oztrę filius, Boguzlaus, Stibor de Kis, Ian frater Golas, Bertoldus, Naschepulc, Petrus, Thimo, Ian de Natuniz, Hermannus Wilhelmi filius, Bogual, Ernest, Diwis, Budiwoi, Bernart, Pribizlau, Bun, Purkos, Marquart et fratres sui, Zbis, Cunrat filius Sturm, Florianus cancelarius,[a] Rabodo scriba. Hęc autem acta sunt anno dominice incarnationis millesimo centesimo XCII, indictione X.

(S. P.)

Autographo appendet e scidulis membranae sigillum rotundum (diametros 60 mm) de cera alba, duo latera habens. In priore sigilli parte vir depingitur in solio sedens, cuius caput nimbo ornatum est, manu sinistra scuto innixus, dextra vexillum tenens. Circumscriptio: ✠ SANCTVS · WENCEZLAVS. *In altera sigilli parte imago est equitis, qui manu dextra vexillum, sinistra vero scutum, quo corpus suum protegit, tenet; in scuto insigne aquillae caput dextrorsum convertentis conspicitur. Circumscriptio:* ✠ DVX · PREMISL.

337.

Henricus VI, imperator Romanorum, episcopatui Firmano[1] privilegium tuitionis a patre suo quondam concessum[2] renovat. — Inter testes: ‚Henricus, Pragensis episcopus.‘

Apud castrum Herzberg[3] 1192 oct. 27.

Ughelli, Italia sacra II (ed. Romae 1647), pag. 698. — Stumpf, Reg. num. 4776. — Cf. ea, quae ex Gerlaci Milovic. Chron. (Font. rer. Boh. II, pag. 509) ad num. 335 adnotavimus. Vide etiam Toeche, Kaiser Heinrich VI, pag. 243.

338.

Henricus VI, imperator Romanorum, Bernardo, episcopo Patherbrunnensi montem Desenberg et universa praedia, quae comites Sigifridus de Boineburg et Conradus de Brochusen in episcopatu Patherbrunnensi habuerunt, pro castro Plesse donat. — Inter testes: ‚Heinricus, marchio Morauię.‘

Apud Mühlhausen[1] 1192 nov. 4.

Erhard, Cod. dipl. hist. Westfaliae II, pag. 221, num. 520. — Stumpf, Reg. num. 4777.

---

336. *a) ita A.*
[2]) *Henrico.*

337. [1]) *Fermo ab Ancona meridiem versus.* — [2]) *Stumpf, Reg. num. 4414.* — [3]) *Ab Nordhausen versus septemtr. et occidentem.*

338. [1]) *In Saxonia.*

339.

Henricus VI, imperator Romanorum, sententiam principum de feodis, quae ministeriales ab ecclesiis habent, confirmat. — Inter testes: ‚Heinricus, Pragensis episcopus.‘ *Apud Altenburg 1192 nov. 17.*

Monum. Germaniae hist.: Legum sectio IV, Constitutiones I, pag. 501, num. 352. — Stumpf, Reg. num. 4780. — Erben, Reg. I, pag. 185, num. 410. — Cf. Bloch, Forschungen zur Politik Kaiser Heinrichs VI, pag. 39, not. 2.

Idem episcopus etiam inter testes constitutionis de aedificiis in platea publica constructis, quae eadem die data est, adfertur. Monum. Germ. l. l. pag. 502, num. 353; Stumpf, num. 4781.

340.

Henricus VI, imperator Romanorum, hospitalis Altenburgensis tutelam suscipit eique ecclesiam in Altenkirchen cum pertinentiis donat. — Inter testes: ‚Heinricus, Pragensis episcopus.‘ *Apud Altenburg 1192 novb. 20.*

Böhmer, Acta imperii selecta pag. 168, num. 180. — Stumpf, Reg. num. 4785. — Cf. Bloch, Forsch., pag. 39, not. 2.

Circiter idem tempus etiam Otacarum ducem Altenburgae in curia imperatoris fuisse, diploma num. 334 docet.

341.

Henricus VI, imperator Romanorum, monasterio Buch parochiam de Leisnig tradit. — Inter testes: ‚Heinricus, Pragensis episcopus.‘

Apud Altenburg 1192 dec. 1.

Schöttgen et Kreysig, Diplomataria II, pag. 171. — Stumpf, Reg. num. 4786. — Cf. Bloch, Forsch., pag. 39, not. 2.

342.

Agnes, uxor Cunonis [de Potvorov] villarum Hluboký, Pleva et Dražeň praedia villamque Srubný monasterio Plassensi donat. — 1193 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. I, pag. 187, num. 414. — Scheinpflug in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII, pag. 62, num. 13 (reg.).

Autographum manu eiusdem scriptoris, qui et alias monasterii Plassensis litteras (v. num. 322, 336, 343) scripsit, exaratum, in monasterio ipso etiam verbis contextum esse videtur. — Nota temporis non ad donationem (quam anno 1192 factam esse, verba ‚in audientia gloriosi ducis Primuzelonis atque venerabilis episcopi domini Henrici‘ *declarant), sed ad litterarum exhibitionem pertinet.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Agnes, uxor Cůnonis, filii ‖ Gumpoldi, predia trium villarum cum omnibus suis attinentiis, quarum sunt nomina hęc: Glubochi,[1] ‖ Vplewi,[2] Vdrascha[3] et quartam nomine Zrubni,[4] hereditario iure a Drazlao meo proprio argen‖to redempta, quas Cůno, maritus meus, ante nostram coniunctionem sibi vendiderat, pro remedio animę meę maritique mei Cůnonis ceterorumque parentum nostrorum fratribus in Plaz deo servientibus perpetuo iure possidenda contulerim. Et ut hęc donatio mea rata et inconvulsa in posterum perseveret, placuit in audientia gloriosi ducis Primuzelonis atque venerabilis episcopi domini Henrici nec non et Thidlebi aliorumque multorum probabilium virorum testimonio confirmari. Hii vero sunt testes: Ditleb, Lutwin, Zlaibor, Bleh, Bawor, Dirsislaus filius Ruz, Milgozt, Bogutha, Zbis, Zlauc, Michul, Throian, Zulislaus, Zobegirt, Boguzlaus, Witla, Iarozlau, Budiwoi, Ben, Vlricus de Zulizlao, Mirozlau, Matheus, Iuric filius Zlauwathe, Nadamir, Ian de Natuliz, Stibor de Zagor, Diwis, Henricus fratres, Petrus, Zstizlaus fratres, Damian. Facta sunt autem hec anno dominicę incarnationis MCXCIII, indictione XI. Si quis vero hanc donationem meam infringere voluerit, eterno igni se cremandum noverit, nisi resipiscens penitendo domino deo satisfecerit.

(S. P. F.)

Autographo fragmentum sigilli Premislai ducis, de cera alba confecti, eiusdem atque in num. 336, appendet e scidula membranae.

343.

Conventus monasterii Plassensis Drslavo et Růsoni villam Lomany, ab Ulrico, filio Drslavi, sibi donatam, viginti duobus marcis et praedio suo Čížkov compensat.

— *1193* —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. I, pag. 187, num. 415. — Scheinpflug in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII, pag. 62, num. 12 (reg.).

Autographum idem monasterii Plassensis scriba scripsit, cuius manu etiam aliae eiusdem monasterii litterae (v. num. 322, 336, 342) exaratae sunt. Litterae haud dubie in monasterio ipso etiam verbis contextae sunt (v. num. 322). — De nota temporis cf. quae ad num. 342 adnotavimus.

---

342. [1]) *Hluboký, distr. pol. Kralovice (Kralowitz).* — [2]) *Pleva, quondam villa prope collem Plevka a Dražeň versus meridiem.* — [3]) *Dražeň non longe ab Manětín, distr. pol. Kralovice.* — [4]) *Iam non exstat.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod Ǒlricus, Dirsizlai filius, predium suum nomine Loman[1] cum suis attinentiis, trans mare in ‖ periculo mortis positus, nobis Christi pauperibus in Plaz pro remedio animę suę parentumque suorum contulerit. Aliquanto vero tempore Dir‖sizlao et Ruzone hoc impedientibus et veridicis relatoribus quasi credere nolentibus, tandem eorum iuramento et nostra inter nos conventione ‖ facta, viginti duarum marcarum et predio nostro Thischǒ[2] cum suis appendiciis addito, quasi concambium fecimus coram domino duce Primuzelone et Pragensi episcopo domino Henrico et ceteris primatibus terrę, et filiis ipsius Ǒlrici consentientibus ob debitam dilectionem patris. Et ut hęc rata et inconvulsa in posterum permaneant, placuit his testibus confirmari, quorum nomina sunt hęc: Ruz, Olrich, Dirsizlau, Protiwa, Ivrič filius Zlauwathę, Herman filius Wilhelmi, Ian de Natuniz, Ben frater Budiwoi, Ota, Wisec, Ota, Buguzlau, Woita, Otewec, Vgolt, Zuda, Pocin. Si qua in futurum ecclesiastica secularisve persona hoc factum irritum facere temptaverit, vinculo anathematis se innodatum[a] noverit. Facta sunt autem hęc anno dominicę incarnationis M̊CX̊CIII, indictione undecima.

(S. P. F.)

Autographo appendet e scidula membranae fragmentum sigilli Premislai ducis, de cera alba, quod eadem forma atque in num. 336 provectum est.

344.

Dětlebus monasterio Plassensi hereditatem a fratre suo Gumpoldo donatam, deinde a se ablatam, villis Stražiště, Sedlec et Černá huť compensat eique, ut alias tres villas patris sui Gumpoldi dimidiamque araturam Cunonis fratris eius et molendinum possideat, permittit. *[1192—1193 iun.]*

Autographum in membrana scriptum in c. r. bibliotheca universitatis Pragensis asservatur (A).

Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 606. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 333, num. 356. — Erben, Reg. I, pag. 186, num. 413. — Scheinpflug in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII, pag. 62, num. 14 (reg.).

Autographum ignota quadam manu exaratum fortasse in monasterio ipso scriptum est. — Litteras anno 1192 vel 1193 ante mensem iunium confectas esse, primum Přemysl dux inter testes nominatus, tum ipsius sigillum iis adfixum fidem exhibent.

---

343. *a) ita A.*

1) Lomany, quondam villa nunc curia araturae prope Lomnička, distr. pol. Kralovice (Kralowitz). — 2) Čížkov prope Blovice, distr. pol. Plzeň (Pilsen).

✠ Universis tam presentibus quam posteris nostris significamus, quod Dietlebus hereditatem fratris sui Gum‖boldi nobis pro remedio anime sue collatam potestative abstulit. De hoc vero malo resipiscens, ‖ quasi concambium faciendo, pro hac hereditate alias tres villas tam pro anima sua, quam fratris ‖ prenominati Cômboldi ecclesie sancte Marię in Plaz contulit. Quorum nomina sunt hec: Strasisce,[1] Cedilice,[2] Scernogat.[3] Sed et alias villas patris sui Cumboldi, Dubrawiz,[a][4] Bor,[5] Mladatiz,[6] pro remedio anime sue ecclesie eidem traditas nec non ad dimidiam araturam fratris eius Cônonis et molendinum in pace pro anima sua habere permisit. Huius rei testes sunt hi: Primuzil dux Boemorum, Iohannes iudex, Lvtebor filius Smil, Troianus, Damganus, Bun, Norberc, Suest,[b] Lvdewic,[c] Cunradus filius Protiue, Lvtwinus, Rapoto notarius, Adelbertus capellanus, Buche, Pridota, Bohedaz Radozte, Cunradus filius Gothescal, Clvsene cum fratre suo Baviar, Dluhemil et Petrus miles eorum.

(S. P.)

Autographo appendet e scidula membranae Premislai ducis sigillum de cera alba idem atque in num. 336.

345.

Henricus VI, imperator Romanorum, monasterio Maulbronn donationes quasdam per Ulricum de Iptingen factas confirmat. — Inter testes: ‚Henricus dux et episcopus Boemorum.'

Wirzburgae 1194 ian. 28.

Wirtembergisches Urkundenb. II, pag. 301, num. 487. — Stumpf, Reg. num. 4845.

346.

Henricus VI, imperator Romanorum, monasterium Waldsassense tuendum suscipit. — Inter testes: ‚Heinricus, episcopus et dux Bohemie.'

Wirzburgae 1194 ian. 29.

Monum. Boica XXXI, 1, pag. 452, num. 235. — Meiller, Reg. Babenberg. pag. 75, num. 69. — Erben, Reg. I, pag. 188, num. 417. — Stumpf, Reg. num. 4846.

---

344. a) ‚Dubrawiz, Bor, Mladatiz' *eodem atramento eademque manu superscriptum A.* — b) *prima literae* ‚u' *hasta ex* ‚t' *radendo correcta A.* — c) ‚Lvdewic' *A.*
1) *Stražiště, germ. Stradischt, distr. pol. Kralovice (Kralowitz).* — 2) *Sedlec prope Kralovice.* — 3) *Černá huť (alias Černěhat), germ. Tschernheit, prope Stražiště.* — 4) *Doubravice Česká, germ. Böhm.-Daubrawitz, distr. pol. Kralovice.* — 5) *Iam non exstat.* — 6) *Mladotice, germ. Mlatz, distr. pol. Kralovice.*

347.

Henricus VI, imperator Romanorum, episcopatui Bambergensi allodium quoddam ab Ottone de Lobdaburg in curia apud Saalfeld ei traditum confirmat. — Inter testes: ‚Henricus dux et episcopus Boemorum.'

Norimbergae 1194 mart. 18.

Monum. Boica XXIX, 1, pag. 479, num. 559. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 338, num. 361. — Erben, Reg. I, pag. 189, num. 419. — Stumpf, Reg. num. 4851.

Testes in diplomate adductos partim ad donationem in Saalfeld mense februario exeunte, partim ad diplomatis exhibitionem Norimbergae factam referri, exponit Ficker, Beiträge z. Urkundenlehre I, pag. 133 et 263.

348.

Henricus, dux Bohemiae et episcopus Pragensis, contentionem, quae inter ecclesiae Pragensis canonicos et monasterii Plassensis monachos de praedio Kralovice erat, hoc modo componit, ut monasterium Plassense, quadraginta argenti marcis ecclesiae Pragensi solutis, praedium illud in possessione sua retineat.

Pragae 1194 sept. 30.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A). Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 338, num. 360 (reg.). — Erben, Reg. I, pag. 189, num. 420. — Scheinpflug in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII, pag. 63, num. 15 (reg.).

Autographum manu quadam ignota exaratum est. — In membranae aversae extremo margine manus multo posterior (saec. XVI) adnotavit: ‚Habetur dupliciter', *sed alterum illud autographum deperditum est.*

(C) ‡ In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus, dei gratia dux Bohemorum et Pragensis ecclesię episcopus. ‡ ‖ Cum ex debito nostrę sollicitudinis pro pace, securitate et concordia omnium nobis commissorum vigilare, orare et omnibus modis, ‖ quibus possumus, satagere semper teneamur, locis tamen religiosis et domibus deo dicatis, sive etiam personis divino officio ‖ mancipatis ad laudem et gloriam et honorem domini nostri Iesu Christi specialius, devotius et studiosius intendere debemus. Huius itaque nostri officii debitum exsequentes, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quia controversia, que emerserat inter canonicos Pragensis ecclesię et monachos Plazensis monasterii de quodam predio nomine Cralouic,[1] de consilio

348. [1]) *Kralovice a Plzeň (Pilsen) versus septemtrionem*

sapientum et autenticorum virorum et de communi consensu utriusque conventus coram nobis et aliis non contempnende auctoritatis personis in hunc modum sopita est: Pragensis ecclesia a Plazensi monasterio quadraginta marcas argenti suscepit, ut et ipsa, quod sue utilitati deperire videbatur, inde recompensaret, et Plazense monasterium memoratum predium perpetuo iure in pace possideret. Ut autem hoc beneplacitum, libera voluntate utriusque ecclesię coram nobis celebratum, ratum et inviolabile omni tempore permaneat, auctoritate nobis a deo concessa confirmavimus et sigillis nostris et sigillis sanctorum patrum Wencezlai atque Adalberti consignavimus. Si quis vero huius nostre confirmationis aliquando temerator extiterit et Plazense monasterium de memorato predio molestare atemptaverit, nisi ammonitus resipiscat, vinculo anathematis eum innodamus et perpetuis cruciatibus cum diabolo et angelis eius deputamus. Amen. Factum est hoc in urbe Praga anno dominicę incarnationis millesimo CXCIIII, indictione XII, epacta XXVI, concurrente V, ducatus ducis Heinrici anno II et episcopatus XIII. Nomina personarum, que huic facto interfuerunt et assensum prebuerunt, hec sunt: Heilbertus Morauiensis electus, Zdezlaus Pragensis ecclesię decanus, Florianus eiusdem ecclesię prepositus et cancellarius ducis, Zlauon achidiaconus, Alexander magister, Pribizlaus archidiaconus, Hualko thesaurarius, Sifridus prepositus, Valcun, Iohannes, Dulcianus, Ansalmus, Detlebus, Bartholomeus, Milozlaus, Boguzlaus, Wecemilus, Benco, Fridricus, Mirozlaus, Gallus, Paulus, Vitalis, Laurencius, Paulus, Albertus abbas, Wadizlaus dux, Grabisse camerarius, Iuric dapifer, Rôpreht, Boguzlav, Milgost, Herman, Zbramir, Wissec, Ianek, Detrih, Herman. Data per manum Floriani cancellarii et per manum Hualconis thesaurarii II kalendas octobris.

(S. P.) (S. P.) (S. P.) (S. P.)

Autographo quatuor sigilla rotunda, de cera alba confecta, e membranae scidulis appendent. In primo sigillo, cuius diametros 86 mm efficit, episcopus depingitur in solio sedens, manu sinistra pedum tenens, dextra ad benedictionem elata. Circumscriptio: ✝ HEINRICV DI GRA PRAGENSIS ECCLE EPC. *Sigillum simillimum est ei sigillo, quod in diplomate num. 320 appendet, sed parvulae quaedam dissensiones alia forma confectum esse indicant. In secundo sigillo (cuius diametros etiam 86 mm efficit) figura viri stantis conspicitur, qui manu sinistra scuto innixus, dextra vexillum tenens, sinuosa usque ad genua demissa veste indutus est. Circumscriptio:* ✝ HEINRICVS . DI . GRA . BOEMORVM DVX. *Tertium sigillum (cuius diametros 79 mm efficit) idem est atque illud, cuius exemplar laesum diplomati num. 296 impressum est. In sigilli area ecclesia cum turri depingitur, ante quam vir sacerdotis veste indutus in genibus iacet, qui mitram episcopalem capite gestat et manu utraque pedum amplectitur. Post viri terga inscriptio* SCS ADALBERTVS EPC *legitur. Sigilli circumscriptio autem haec est:* ✝ SCA . ECCLESIA . PRAGENSIVM. *In quarto sigillo (cuius diametros 79 mm efficit) figura viri stantis depingitur, qui mitram capite gestans, manu dextra vexillum tenet, sinistra scuto innititur. Circumscriptio:* ✝ SCS WENCEZLAVS.

349.

Henricus, episcopus Pragensis ac Bohemiae dux, villas quae sunt fratrum hospitalis Hierosolymitani decimis solvendis liberat, accepto ab eis praedio Rovné; alteram praedii partem a Theoderici de Rovné sorore quadraginta quinque marcis argenti emptam fratres eosdem se praesente solvisse comprobat; villas, quas Petrus Milhosti frater iis contulerat, inter eos ac Milhostum aequa parte dividendas esse decernit; capellam sanctae Mariae in Kladsko eis donat.

— 1194 —.

Exstant duo autographa in membrana scripta, quorum unum (A) in tabulario capituli metropol. Pragensis, alterum (A') in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur.

Berghauer, Protomartyr poenitentiae pag. 222 (fragm. ex A). = Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 621. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 336, num. 359 (ex A). — Erben, Reg. I, pag. 188, num. 418 (fragm. ex A). — Cod. dipl. Silesiae VII, 1, num. 60 (reg.). — Geschichtsquellen d. Grafsch. Glatz I, pag. 11 (reg.). — Delaville Le Roulx, Cartulaire général des Hospit. de S. Jean I, pag. 607, num. 959 (ex A).

Quodque autographum alia manu exaratum est, quae iam in nullo prorsus alio eiusdem ducis diplomate occurrit. — Diploma post mensem iunium 1194 conscriptum esse, principatus et episcopatus anni significant.

Ego Heinricus,[a] dei gratia sancte Pragensis ecclesię[b] presul et dux Boemorum, universis Christi fidelibus presentibus et futuris notum facere‖dignum duxi, quod ego ex consideratione predecessorum meorum benefactorum eorum emulator effectus, intuitu pietatis tranquillitati fratrum ‖ hospitalis Ierusalem[c] volens misericorditer in posterum providere, predium quoddam, cuius media pars erat ipsorum, Rowni[1] nomine, et al‖teram medietatem argento suo comparaverunt, scilicet quadraginta et quinque marcis examinati argenti, quia propter sui vicinitatem valde necessarium erat episcopali curię,[d] que dicitur Rudnice,[2] ab eis accepi in perpetualem episcoporum Pragensium possessionem. Quia vero predicti fratres sepe querimoniam faciebant de molestiis, quas in villis suis decime collectores eorum hominibus sepius inferebant, intuitu nichilominus pietatis et misericordię per consilium Ingelberthi,[e] Morauiensis episcopi, et per convenientiam[f] Floriani prepositi, Zdezlai decani, magistri Alexandri, Walchini, Pribizlai,[g] Dethlebi, Vitalis, Milozlai,[h] Pauli, Boguzlai,[i] Fridrici,[k] Alexandri et omnium fere aliorum canonicorum, qui presentes aderant in Pragensi[l] capitulo, omnium villarum

349. a) ‚Hinricus‘ *A'*. — b) ‚ecclesie‘ *A'*. — c) ‚Iherusalem‘ *A'*. — d) ‚curie‘ *A'*. — e) ‚Engelberti‘ *A'*. — f) ‚conniventiam‘ *A'*. — g) ‚Pribislai‘ *A'*. — h) ‚Miroslai‘ *A'*. — i) ‚Bohuslai‘ *A'*. — k) ‚Friderici‘ *A'*. — l) ‚p̄senti‘ *A'*.

1) Rovné ab Roudnice versus merid. et orientem. — 2) Roudnice, germ. Raudnitz,

suarum, vel quas in presentiarum[m] possident, vel quas postmodum usque quaque temporis deo propicio poterunt[n] adipisci, decimas eis indulsimus amplius in perpetuum[o] iure hereditario possidendas. Hęc[p] autem omnia postea die sancto Epiphanie[3] me presente et collaudante ab omnibus canonicis, qui aderant, finitis vesperis, in medio chori sancti Wencezlai recognita sunt et collaudata. Porro ne de prememorata[q] emptione medietatis supra dicte ville Rouni[r] scrupulus aliquis contra fratres hospitalis valeat exoriri, huic[s] etiam pagine inserere dignum duxi, quod die beate Agathę,[t4] cum sederem in prandio, fratres hospitalis, Bernardus scilicet prior et Meinardus preceptor, predictas quadraginta quinque marcas persolverunt sorori Theodrici de Rouni,[u] me vidente et etiam ipsa mihi super hoc inclinante et clamante, quod ei fuerit optime persolutum. Et hii testes, qui viderunt et audierunt: Theobaldus et Sobezlaus[v] domicelli, Sifridus prepositus Wis. egradensis,[x] Laurentius[y] capellanus et Rapoto[z] notarius, Grabissa camerarius, Iarozlaus de Tinecs,[aa] Smil, Bogutha,[bb] Honata frater eius, Zebrazlaus[cc] de Turic, Budiuoy, frater eius Ben, Olricus filius Olrici, Ercumbreht[dd] subdapifer, Iaros subpincerna, Dersicraius[ee] et filii eius Budiuoy et Blasius, Preda et filius eius Hual, Martinus de Zaiacics,[ff] Bun et frater eius Milotha,[gg] Vbizlaus[hh] de Trebonin, Dama de Kerstr, Otradus filius Otradi, Castos filius Siburce et quam plures alii, qui sedebant ad mensas in stuba magna episcopali. Pactum etiam, quod me consulente et collaudante inter predictos fratres hospitalis et Milgostum[ii] factum est, carte huic inscribendum necessarium[kk] existimavi; ut scilicet villas, quas Petrus frater Milgosti contulerat, per medium dividerent ita, quod Milgost de sua medietate faciat quicquid voluerit, et fratres pro sua medietate deinceps claustrum facere non cogantur. Ad hęc[ll] omnia nullatenus obmittendum iudicavi, quin etiam apponeretur huic pagine ad noticiam futurorum, quod prefato hospitali Ierusalem[mm] contuli capellam sancte Marie in Cladsc[5] cum omnibus suis pertinentiis a fratribus iure perpetuo possidendam, sicut dux Fridricus[nn] iam dudum eis forensem ecclesiam sancti Wencezlai cum sua dote contulerat,[6] per me ipsum in consecratione ecclesię[oo] in Boisc[7] eis sub interminatione anathematis confirmatam. Hęc[pp] ergo omnia hospitali Ierosolimitano auctoritate divinitus utrobique mihi

349. *m)* ,presenciarum' *A'*. — *n)* ,poterint' *A'*. — *o)* ,imperpetuum' *A'*. — *p)* ,Hec' *A'*. — *q)* ,prenominata' *A'*. — *r)* ,Rowni' *A'*. — *s)* ,hinc' *A'*. — *t)* ,Agathe' *A'*. — *u)* ,Theoderici de Rowni' *A'*. — *v)* ,Sobeslaus' *A'*. — *x)* ,Wisegradensis' *A'*. — *y)* ,Laurencius' *A'*. — *z)* ,Râpota' *A'*. — *aa)* ,Iaroslaus de Tinec' *A'*. — *bb)* ,Bohutha' *A'*. — *cc)* ,Zbraslaus' *A'*. — *dd)* ,Ercumbret' *A'*. — *ee)* ,Dirsicraius' A'. — *ff)* ,Zaiecic' *A'*. — *gg)* ,Milota' *A'*. — *hh)* ,Ubislaus' *A'*. — *ii)* ,Milhostum' *A'*. — *kk)* ,necessarum' *A'*. — *ll)* ,hec' *A'*. — *mm)* ,Iherłm' *A'*. — *nn)* ,Fridericus' *A'*. — *oo)* ,ecclesie' *A'*. — *pp)* ,Hec' *A'*.

[3]) *6 ian.* — [4]) *5 febr.* — [5]) *Kladsko, germ. Glatz, olim arx provincialis, nunc oppidum in Silesia Borussica ad fl. Nisa (germ. die Neisse).* — [6]) *Vide num. 313.* — [7]) *Sancti Iohannis in Bojiště in Nova Civitate Pragensi.*

concessa concedo, confirmo et sigilli mei impressione[qq] corroboro, et quicumque aliquid horum in posterum violare voluerit, anathema sit. Amen. Actum est autem hoc anno incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo CLXXXXIIII, anno vero episcopatus mei XIII, principatus autem mei anno II.

(S. P.)

Autographo appendet e filis sericis coloris rubri albi flavi sigillum rotundum, de cera alba confectum, duo latera habens, cuius diametros 86 mm efficit. Sigili pars prior cum episcopi in solio sedentis imagine eadem forma atque primum diplomatis num. 348 sigillum expressa est. Posterior sigilli pars cum ducis stantis figura et circumscriptione + HƎINRICVS . D̄I . GRA . BOEMORVM DVX *simillima est secundo diplomatis num. 348 sigillo; sed dissensiones quaedam (praesertim* Ǝ *inversa in voce Heinricvs) hanc sigilli partem alia forma confectam esse demonstrant.*

350.

Wolfgerus, episcopus Pattaviensis, de bonis Pabonis de Ellenbrechtkirchen, agnati sui, disponit. — Inter testes: ‚Witego de Boemia.‘ *— 1194 oct. 28.*

Monum. Boica XXVIII, 2, pag. 261, num. 40. — Erben, Reg. I, pag. 190, num 421 (reg.)

351.

Daniel abbas Waldsassensis,[1] quosdam agros grangiae Preolac[2] in provincia Sacensi adiacentes ab Henrico, abbate Brevnovensi,[3] eiusque monasterii fratribus ecclesiae suae comparat. [1169—1194.]

Litterae deperditae sunt. Summam tantum servavit cod. ms. saec. XVIII in tabulario parochiae Waldsassensis, qui ‚Acta Waldsassensia‘ inscribitur, pag. 137, num. 251. Gradl, Monum. Egrana I, pag. 36, num 104. = Emler, Reg. IV, pag. 710, num. 1771.

352.

Coelestinus III papa monasterium Lucense tuendum suscipit eiusque bona, ab Ottone, quondam duce Bohemiae, et Maria eius matre donata, confirmat. Laterani 1195 apr. 27.

Autographum in membrana scriptum in tabulario caes. reg. aulico Vindobonensi asservatur (A).

---

349. *qq* ‚inpressione‘ *A'.*
351. [1]) *1161—1194.* — [2]) *Přívlaky, germ. Pröhlig, distr. pol. Žatec (Saaz).* — [3]) *1169—1197.*

(Hugo), Sacri et can. ord. Praemonstr. Annal. II, Probation. pag. XLV. — Kleiner, Series fundationis Lucensis, pag. 8. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 342, num. 366. = Migne, Patrolog. lat. CCVI, pag. 1091. — Erben, Reg. I, pag. 192, num. 428. — Jaffé, Reg. pontif.[2] *II, num. 17227.*

§ Celestinus § episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis .. abbati et conventui Lucensis [1] cenobii salutem ‖ et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis of‖ficio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, tanquam pia ma‖ter protectionis sue munimine confovere. Eapropter, dilecti in domino filii, devotionem, quam erga beatum Petrum et nos ipsos habere dinoscimini, attendentes, personas et monasterium vestrum cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis deo propitio poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem possessiones et alia bona, que bone memorie Otto, dux quondam Boemie, et Maria, mater ipsius, monasterio vestro pie devotionis intuitu contulerunt, vobis et per vos ipsi cenobio, sicut ea iuste ac sine controversia possidetis, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum fas sit personas et monasterium vestrum vel bona temere perturbare seu hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani V kalendas maii, pontificatus nostri anno quinto.

(B.)

Bulla plumbea, eadem forma atque in num. 332 expressa, autographo e filis sericis rubri et flavi coloris appendebat, sed nunc avulsa litteris adiuncta est.

353.

Vladimír, princeps Olomucensis, monasterio Gradicensi prope Olomouc villam Bojanovice donat, consentiente fratre suo Břetislavo.

In Opavia 1195 decb. 26.

Apographum saec. XVII praebet cod. ms. tabularii terrae Brunnae, qui inscribitur: „Historica relatio de conditoribus . . . monasterii Gradicensis . . . conscripta a P. Michaele Siebenaicher . . . anno 1676“, fol. 36v—37 (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 341, num. 364. = Erben, Reg. I, pag. 191, num. 426.

Litterae in monasterio ipso ab eodem auctore atque litterae Břetislavi ducis a. 1196 ian. 13 datae verbis contextae esse videntur. — Temporis nota in epactarum numero mendum continet, cum epactae nullae a mense septembre anni 1196 demum ponendae sint; cf. Dudík,

352. [1]) *Louka, germ. Klosterbruck, prope Znojmo (Znaim).*

Mähr. allg. Gesch. IV, pag. 133, not. 2, qui etiam indictionem falsam esse perperam suspicatur. — Vide etiam Teige, Zpráva o pramenech dějin kláštera Hradištského (in: Věstník kr. České společnosti nauk 1893, XII) pag. 34.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo nonagesimo sexto, epacta nulla, concurrente ,[a] indictione XIV. Notum sit cunctis christianam veritatem colentibus, tam praesentis quam futuri temporis hominibus, quod ego Wladimir, princeps Olomucensis, paternae pietatis sequens vestigia, pro aeternae retributionis mercede et remedio ac redemptione tam animae meae, quam patris ac matris fratrisque mei monasterio meo,[1] quod in honore sancti Stephani protomartyris situm est ad aquilonalem plagam urbis Olomucensis, villam, quae cognominatur Boyanovicz,[2] in libro vitae coelestis adscribi desiderans, contuli iure haereditario perpetuo possidendam, in id ipsum consentiente ac favente mihi charissimo fratre meo principe Bratislao. Ad recordationem ergo et confirmationem huius facti, ne hoc posteros latere queat, testimonio huius scripturae, meo sigillo munitae, quam diu mundus iste volverit, ratum esse commendo et harum personarum nominibus subscriptis attestatione confirmo: Bratislaus princeps Moravorum, domina Evfemia soror principum, Engelbertus episcopus Olomucensis, Balduinus decanus Olomucensis, Rochce, Odolen, Radoslaus, Pomnen,[b] Hren, Ioannes, Kochan, Zemislaus. Datum in Oppavia VII kalendas ianuarii.

354.

Břetislav, princeps Moravorum, monasterio Gradicensi prope Olomouc villam Žirakovice donat, consentiente fratre suo Vladimiro.

In Kunovice 1196 ian. 13.

Apographum saec. XVII praebet cod. ms. tabularii terrae Brunnae, qui inscribitur: „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis ... conscripta a P. Michaele Siebenaicher anno 1676" fol. 36 (B); aliud exemplar eiusdem temporis ex vetusto libro privilegiorum descriptum exstat in eodem codice ms. fol. 276v (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 342, num. 365. = Erben, Reg. I, pag. 192, num. 427.

Litteras ab eodem auctore atque proxime praecedentes, quarum verba repetunt, compositas esse verisimile est. — De temporis nota vide ea, quae in prooemio litterarum proxime praecedentium commemoravimus. — Cf. etiam Teige l. l. pag. 35.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo nonagesimo sexto, epacta nulla, concurrente ,[a] indictione XIV. Notum sit cunctis[b] christianam veritatem[c] colentibus, tam praesentis, quam futuri temporis hominibus, quod ego Bratislaus,

353. *a) spatium vacuum relictum B. — b)* ‚Povinen' *B.*
1) Hradiště, alias Hradisko, germ. Hradisch, distr. pol. Olomouc (Olmütz). — 2) Bojanovice, distr. pol. Kroměříž (Kremsier).

354. *a) spatium vacuum relictum B, C. — b)* ‚omnibus' *B. — c)* ‚vitam' *B.*

princeps Moravorum, paternae pietatis per omnia sequens vestigia, pro aeternae retributionis mercede et pro remedio ac redemptione tam animae meae, quam patris ac matris fratrisque mei, monasterio meo,[1] quod in honore sancti Stephani protomartyris situm est ad aquilonalem plagam urbis Olomucensis, villam, quae cognominatur Zirakovici,[d 2] in libro vitae coelestis adscribi desiderans, contuli iure hereditario perpetuo possidendam, in id ipsum consentiente mihi et favente charissimo meo fratre, principe Wladimiro.[e] Ad recordationem ergo et confirmationem huius facti, ne hoc posteros latere queat, testimonio huius scripturae, meo sigillo munitae, quam diu mundus iste volverit, ratum esse commendo et harum personarum nominibus subscriptis attestatione confirmo. Wladimir[f] princeps Olomucensis, Evphemia[g] soror principum, Engelbertus Olomucensis episcopus, Balduinus decanus Olomucensis,[h] Bosko archidiaconus, Mrakota, Przibislaus,[i] Iscislaus, Zudiwoy,[k] Petrus, Walech; Nedamir, Lutek[l] Werzovicenses.[m] Datum Cunovicz[n] idus ianuarii.

355.

Henricus, episcopus et dux Bohemiae, comitem Milhostum monachorum conventum e monasterio Waldsassensi in Bohemiam adduxisse eique ad coenobium construendum praedium Mašťov et villas, quarum nomina adferuntur, donavisse attestatur. *Pragae 1196 iun. 20.*

Apographum exstat in Libro privilegiorum monasterii Ossecensis saec. XIV med. ‚Codex Damascus' inscripto, fol. 1, qui in tabulario eiusdem monasterii asservatur (B).

Erben, Reg. I, pag. 192, num. 429 (frgm.). — Scheinpflug, Die Urkunden im Kloster-Archive zu Ossegg in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhm. VIII (1870), pag. 35 (reg.). — Gradl, Monum. Egrana I, pag. 38, num. 110 (reg.). — Cf. etiam Scheinpflug, Gründung d. Cisterzienserstiftes Ossek (in: Drittes Programm d. k. k. deutsch. Ober-Realschule in Prag. 1859); Janauschek, Orig. Cisterc. I, pag. 197.

Diploma ab eodem auctore atque litterae eiusdem ducis et episcopi monasterio Teplensi a. 1197 datae (num. 358), Hroznatae comitis testamentum (num. 357) et Přemyslai Otacari I regis diploma a. 1207 monasterio Plassensi datum (Erben, Reg. I, num. 505) compositum esse mira quaedam stili similitudo indicat. Quem quidem auctorem clericum quendam ecclesiae Pragensis fuisse, verisimilis est coniectura (vid. prooemium diplomati num. 326 additum).

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Heinricus, dei gratia dux et episcopus Boemorum, universis Christi fidelibus tam futuri quam moderni temporis. Equitatis exigit ratio, ut nos, qui dei favente clementia principatum inter homines adepti sumus, que iusta sunt et honesta, eius familie provideamus.

355. *d)* ‚Zierakowicz' *B.* — *e)* ‚Wladislao' *C.* — *f)* ‚Wladimirus' *C.* — *g)* ‚Euphemia' *C.* — *h)* ‚Olomucensis' *om. B.* — *i)* ‚Przybislaus' *C.* — *k)* ‚Zudywoy' *C.* — *l)* ‚Lucek' *B.* — *m)* ‚Wersbicenzez' *C.* — *n)* ‚Cunowicz' *C.*

[1]) *Hradiště, alias Hradisko, germ. Hradisch.* — [2]) *Iam non exstat.*

Sic enim principatus habenas recte potentes moderantur, dum subditorum causis et utilitatibus alacriter subvenire non pigritantur. Quapropter notum esse volumus tam posteris quam presentibus, quod illustris comes Milgost, zelo dei ductus, conventum monachorum in ecclesia Waltsassensi[1] magnis precibus obtinuit et in Boemiam adduxit, his fratribus ad construendum cenobium quoddam predium Mastowa[2] nomine, quod ad eum hereditario iure devenerat, et pater eius a duce Bohemie promeruerat, cum sylvis, pratis et omnibus appendiciis pro remedio anime sue et uxoris, parentum ac liberorum suorum, ipsis quoque assentientibus, contulit et in manu nostra coram multis Boemis ad usus fratrum predictorum delegavit. Forum etiam, quod Patcha[3] dicitur, eisdem fratribus, nullo contradicente vel reclamante, cum his villis assignavit: Mastowa, Mladiu,[4] Gotibodic,[5] Hunschan,[6] Coniz,[7] Elscowe,[8] Turscha,[9] Minowe,[10], Tyrremowe,[11] Vlsthene,[12] Tulchowe,[13] Bluwaschowe,[14] Hluboki,[15] Szmilowa,[16] Schebletici,[17] curtile unum in Tripschiz[18] et aliud in Grazt.[19] Ut autem hec in posterum firma radice perseverent, placuit hoc ipsum scripto commendari et impressione sigilli nostri roborari, eorum etiam, qui affuerunt, seriatim nomina subnotari. Nomina testium: Heinricus dux et episcopus Boemie, Florianus cancellarius, Syfridus prepositus Wissegradensis, Grabissa camerarius, Zlawk frater eius, Bohuzlaw prefectus Satcensis, Beneda Stiboric et Stibor filius fratris eius, Hoier de Radoniz et frater eius, Hugo, Wlazt, Conradus, Lutherus de Buitic, Licholut consobrinus Milgosti, Lutolphus et Heinricus filii Wintheri, Martin Oztretic, Hageno et Petrus filii Milgozti, Conradus et Sifridus milites eius. Si qua vero ecclesiastica secularisve persona hec bona, vel quecunque postmodum collata fuerint, a prefato loco alienare presumpserit, anathema sit usque ad satisfactionem. Acta sunt hec anno verbi incarnati MCXCVI, epacta XVIII, indictione XIIII, concurrente II. Data Prage per manum Floriani cancellarii XII kalendas iulii.

355. [1]) *Waldsassen ab Eger (boh. Cheb) versus meridiem et occidentem.* — [2]) *Mašťov, germ. Maschau, distr. pol. Podbořany (Podersam).* — [3]) *Pátek, distr. pol. Louny (Laun).* — [4]) *Mladějov vicus quondam ab Chotěbudice versus occidentem situs, ubi nunc ecclesia s. Stephani est.* — [5]) *Chotěbudice, germ. Kettowitz, distr. pol. Podbořany.* — [6]) *Němčany, germ. Niemtschau, distr. pol. Podbořany.* — [7]) *Konice, germ. Kunitz, prope Doupov (Duppau), distr. pol. Kadaň (Kaaden).* — [8]) *Oleška, germ. Olleschau, distr. pol. Kadaň.* — [9]) *Tureč, germ. Turtsch, distr. pol. Kadaň.* — [10]) *? Mimov, distr. pol. Horšův Týn (Bischofteinitz).* — [11]) *Trmov, fortasse Dürrmaul distr. pol. Kadaň.* — [12]) *? Lštění, germ. Elschtin, distr. pol. Horšův Týn; Litoltov germ. Liesen, minus recte interpretatur Gradl.* — [13]) *Fortasse non exstat; Telcov germ. Töltsch, distr. pol. Kadaň, interpretatur Gradl.* — [14]) *Bluvačov? Iam non exstat; Maleš, germ. Mohlischen, distr. pol. Kadaň, interpretatur Gradl.* — [15]) *Hluboká, germ. Tiefenbach, distr. pol. Kadaň.* — [16]) *Smilov, germ. Schmidles, distr. pol. Žlutice (Luditz).* — [17]) *Žebletín, germ. Sebeltitz, distr. pol. Kadaň.* — [18]) *Fortasse Třebčice Německé, germ. Deutsch-Třebetitsch, distr. pol. Podbořany.* — [19]) *Chrast; ubi vicus hic quaerendus sit, incertum est; Rohozec, germ. Böhmisch-Rust, distr. pol. Kadaň, vel Teutschen-Rust, distr. pol. Podbořany, interpretatur Gradl.*

356.

Henricus, episcopus et dux Bohemiae, monasterii Waldsassensis fratribus liberum a praediis, quae in Bohemia habent, egressum et introitum concedit, homines eorum a vectigalibus solvendis liberat eorumque possessiones in Bohemia tuendas suscipit.

[1195 ex.—1197.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario generali regni Bavariae Monachii asservatur (A).

Lünig, Teutsches Reichsarchiv XVIII (Spicilegium ecclesiasticum pars III) pag. 259. = Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 625 (frgm.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 343, num. 367 (frgm.). — Lang, Reg. Boica, pag. 352. — Erben, Reg. I, pag. 193, num. 430. — Gradl in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XX (1882), pag. 262 (reg.). — Gradl, Monum. Egrana I, pag. 37, num. 109 (reg.). — Geschichtsquellen d. Grafsch. Glatz I, pag. 11 (reg.).

Diploma notis chronologicis omnino caret; non ante ann. 1195 datum esse testes adducti indicant. Mense martio anni 1197 non esse posterius verisimile est, quod Henricus dux tunc iam mortifero morbo affectus erat. — Autographum manu ignota exaratum monasterii ipsius scribam quendam scripsisse verisimile est. Diploma in monasterio etiam verbis contextum esse videtur. In quo conficiendo auctor Friderici ducis diploma anno 1184 exeunte vel 1185 ineunte (I) et Lucii III papae privilegium anno 1185 mart. 9 (II) datum (num. 305 et 306) adhibuit.

§ In nomine sancte et individue trinitatis. § Ego Henricus, dei gratia sancte Pragensis ecclesie[a] episcopus et dux totius Boemie. Quoniam gratia vocante divina ad pontificalis ‖ et principalis apicem dignitatis ascendimus, omnium largitori bonorum deo beneficientia et bonis actionibus respondere debemus. Si enim congrua et laudabili vita beneficiis celestibus vicem ‖ rependimus, coronam iusticie a deo nos procul dubio in seculis superventuris consequi speramus. Inde est, quod religiosis et[b] paupertatem Christi sectantibus gratie nostre largitate sic cupimus adesse, ut et sibi ‖ et aliis pauperibus largiente possint domino necessaria providere. Eapropter ob salutem anime nostre et omnium parentum nostrorum[c] ad susten- (I)
tacionem * fratrum presentium ac futurorum in Waltsassen * libera, sollempni atque legitima donatione contulimus deo et sancte Marie in prenotata ecclesia eam perpetuam absolutamque facultatem, ut via publica et privata, curru somarioque a prediis suis[d] in Boemia, largitione parentum nostrorum aliisque iusto titulo bona fide quesitis, genita sive nascentia pro voluntate atque indigentia sua transportent, utque familia eorum pro quovis responso hinc inde proficiscens liberum sine ulla[e] reclamatione egressum atque introitum habeat et pro hiis omnibus ab eis exigi signum vel precium quodcunque prohibemus. Preterea quoque in ipsa rerum suarum trans-

356. *a) prima* ‚c' *in loco raso ex* ‚l' *corr. A.* — *b) praecedit* ‚e' *erasa A.* — *c)* ‚nr' *in loco raso fortasse ex* ‚me' *corr. A.* — *d) post hanc vocem genuine* ‚que' *positum erat, quod postea erasum est A.* — *e) in loco raso alio atramento ex* ‚om(n)i' *corr. A.* —

vectione ab universo thelonei totiusque[f] forensis iuris exactione perpetuo absolutos eos[g] esse decrevimus, secundum datam nobis divinitus discretionis ungulam dignum iudicantes nichil eorum, que salutis nostre ac parentum nostrorum sunt sanctificata iuvamini, subiectorum nostrorum officialium aut quarumlibet secularium personarum optemperare debere luxui. Ceterum quia ‚qui parce seminat, parce et metet',[1] idcirco[h] consilium fuit hiis beneficiis ampliorem sementem addere, quo in eterna patria de maiori mereamur fructuum messe gaudere. Hac igitur spe ducente, cum premissis quoque eidem[i] ecclesie communia terre fiscalia per omnia predia sue ditionis remittimus, statuentes atque precipientes, ut omnis iusta sive exactoria collecta sit in perpetuum ab universis prediis suis aliena. Placuit autem et salubre esse[k] censuimus, cum etiam sic iusticia dictare videretur, ut prefata Waltsassensis ecclesia, sicut parentum nostrorum letatur ditatam se prediis, ita quoque[l] ob recordationem anime nostre presenti pagina comprehensis et in sempiterna incorruptione a successoribus nostris habendis eam[m] faceremus
(II) gaudere beneficiis. Sane quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet in Boemia, scilicet Prevlac[2] cum villis, agris, pratis, pascuis, aquis, molendinis, Penerith[3] cum terminis suis, Bruwich[4] cum attinentiis suis, in provintia Zedliz[5] Codou[6] cum finibus suis et ultra eam provinciam Meringin[7] cum villis, silvis et omnibus terminis suis, Neudorf[8] quoque et Rozstil[9] atque Olgoztiz[10] cum omnibus in eo giro precio conparatis, cultis et incultis, habitis et habendis nunc vel in futurum, quesitis et inquirendis, concessione pontificum, argitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, universa ea in tuitionem nostram auctoritate utriusque principatus nostri pie suscipimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hoc anime nostre parentumque nostrorum remedium cum[n] universis per nos in presenti pagina superinpensis sepe dicte ecclesie disturbare temptaverit, pro sanguine animarum nostrarum pauperumque Christi spoliatione[o] summo iudici deo respondere debebit.

356. *f) prior* ‚t' *in loco raso, ubi antea* ‚ex' *positum erat, A.* — *g)* ‚eos' *eadem manu supra lineam scriptum, A.* — *h) prima* ‚i' *in loco raso scripta est, ubi genuine errore scriptoris* ‚co' *positum erat, A.* — *i)* ‚eide' *in loco raso scriptum A.* — *k)* ‚es' *in loco raso scriptum, ubi genuine errore scribae* ‚cen' *positum erat, A.* — *l)* ‚quoque' *ead. manu supra lineam scriptum, A.* — *m) ex* ‚iam' *corr. A.* — *n)* ‚cum' *in loco raso ead. manu scriptum A.* — *o)* ‚tion' *ex* ‚tiati' *eod. atramento statim inter scribendum corr. A.*

[1]) *Cor. II, c. IX, 6.* — [2]) *Fortasse Přívlaky, germ. Pröhlig, distr. pol. Žatec (Saaz).* — [3]) *Fortasse Vinaře, germ. Weinern, distr. pol. Kadaň (Kaaden).* — [4]) *Nomen hoc alibi (num. 305)* ‚*Prŏwech*' *scriptum Erben in Regestorum indice Branik interpretatur.* — [5]) *Provincia denominata a loco Sedlec, germ. Zettlitz, distr. pol. Karlovy Vary (Karlsbad).* — [6]) *Chodov, germ. Chodau, prope Loket (Elbogen), distr. pol. Falknov (Falkenau).* — [7]) *Mähring, oppidulum Bavariae a Waldsassen versus meridiem et orientem.* — [8]) *Neudörfl, boh. Nová Ves, prope Kadaň (Kaaden).* — [9]) *Roztyly, germ. Rostial, prope Žatec.* — [10]) *Vlhostice, alias Úhostice, vicus quondam prope Žatec.*

Et quidem sigilli nostri subiecta inpressio et nominandorum[p] virorum, qui interfuerunt, numerosa testatur subscriptio non ea fore ficta, sed facta; quibus qui obviare[q] presumpserit, anathema[r] sit. Huius rei testes sunt: dominus Engilbertus episcopus Moraviensis, Florianus cancellarius, Sdezlau decanus Pragensis, Gwalech archidianus[s] Pragensis, Alexander magister, Grabis camerarius summus, Zlawec frater eius, Boguzlauus[t] comes Sacensis, Ratibor comes Cladzc, Ierozlavs, Wilhelmus Usiz, Ernust Zezeniz, Budwoi et frater eius Ben, Bohuta, Milhozt Milhoztiz, Zbramir, Martinus Oztretiz, Zmil, Dirsata, Oraz, Witigo subcamerarius, Henricus Nescherath, Marquardus Zobzlacowiz, Derrich Nedameriz et frater eius Gothebor, Wezmil filius sororis Martini et frater eius Lůtholig, Hogir de Radoniz, Hermannus Willamowiz.[u]

(S. P. D.)

Sigillum de cera alba confectum, quod appendebat e filis sericis viridi et violacei coloris, avulsum et deperditum est.

357.

Hroznata comes monasterium Teplense testamento fundat et dotat.

— 1197 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Teplensis asservatur (A).

(Hugo) Sacri et canon. ord. Praemonstratensis annales II, Probat. col. 570. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 633. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 345, num. 370. — Erben, Reg. I, pag. 194, num. 431.

Autographum ab eodem scriba atque aliorum diplomatum, quae a variis personis vaiiis monasteriis data sunt, autographa exaratum verbisque contextum est. Quem quidem scriptorem clericum ecclesiae Pragensis fuisse, verisimilis est coniectura; vid. prooemium diplomatis num. 326. — Vide etiam Karlik, Gründung der Praemonstratenser-Abtei Tepl (Leipz. u. Wien 1856); idem: Hroznata und die Prämonstratenser-Abtei Tepl, ubi pag. 5 nomina locorum explicantur. — Diploma mense martio exeunte confectum est; cf. quae ad num. 358 adnotavimus.

✠ ⁞ In nomine sanctę et individuę trinitatis. Ego Groznata, dei gratia de primatum Boemię clariori stemate descendens, universis Christi fidelibus tam futuri quam moderni temporis. ⁞ ‖ Quoniam ea, quę a prudentibus deo inspirante statuuntur, si scripto commissa fuerint, tenacius memorię commendantur et gestorum seriem exclusa falsitate protestantur, ideo ego dei nutu signatorum

356. *p) ante hanc vocem litera* ‚a' *posita erat, sed postea erasa, A. — q) ex* ‚obviaret' *radendo corr. A. — r)* ‚h' *superscripta A. — s) ita A. — t) genuine* ‚Doguzlau⁹', *sed corr. A. — u)* ‚willamo'viz' *A.*

sanctę ‖ crucis vestigia sequens, et sepulchrum domini salvatoris invisere cupiens, notum volo fieri omnibus tam futuris quam presentibus, quod usibus fratrum, qui deo et beatę Marię in Tepla[1] servituri sunt, locum eundem cum ‖ omnibus appendiciis, que ibi sunt, sive revertar, sive non, perpetualiter contradidi. Si autem in hac via, quam aggredior, fati munus implevero, predia mea omnia atque possessiones cum omnibus animalibus eidem ęcclesię perhenniter deputavi. Quodsi rediero, ipsa predia debito iure preter Têpla et ipsius attinentia in meam ditionem redigentur. Cognatis meis, ut prefato loco fideliter assistant, hec dedi: Blehov[2] Blehoni, Sdezlao et fratribus eius duobus circuitum Stuolenez,[3] Hgrdieboroni Smilcoviz[4]; ita dico, si non revertar. Holoferni capellano meo Malessov,[5] Martino Scalice,[6] Nezli[7] filio Petri; hiis tribus dedi, sive revertar, sive non. Milites mei, qui a me predia mea tenent, ne aliquid contrarietatis deo et abbatię, quam fundavi, moliantur, qui aratrum habet, abbas Theplensis duas marcas ei persolvat, ut aratrum recipiat; qui vero integram villam tenet, quinque marcas ab abbate percipiat et cui voluerit serviat. De villis autem, quas in silvis tenuerunt, nichil solvat ęcclesia. Famulos meos[a] et ancillas eidem ęcclesię confero.[b] Domino abbati Teplensi ad presens omnia bona mea ad regendum committo. Benessoni vero ipsum abbatem et meos fideles sub tutela commendo. Abbas autem de bonis meis debita creditoribus meis persolvat. Soror mea, que est in Polonia, si marito superstes natale solum revisere voluerit, quamdiu in viduitate permanserit, Gotessoviz[8] cum omnibus appenditiis possideat; si vero alteri nupserit, vel in viduitate obierit, eadem bona ęcclesia recipiat. Iudite, alteri sorori, usque ad finem vitę suę de hiis bonis, quę ęcclesię contuli, abbas Theplensis necessaria decenter provideat. Si quis vero de morte mea falsum rumorem vulgaverit, nulli credatur, nisi a domino abbate certum signum, quod ei soli dedi, manifestatum fuerit. Quodsi cognati mei de bonis, que deo contuli, abbatiam infestare voluerint, preter offensam, quam ab omnipotente merebuntur, ecce coram Boemis dico, ut ea bona, que ipsis contuleram, ad usus ęcclesię iure perpetuo revertantur. Ut autem hec apud posteros firma radice perseverent, placuit factum scripto commendari et ęcclesię Pragensis ipsiusque ducis et nostro sigillo confirmari, eorum etiam, qui affuerunt, nomina subnotari. Hęc sunt nomina testium: Heinricus dux et episcopus Boemorum, Wladizlaus frater eius, Engelbertus Morauiensis ępiscopus, Zpitihneus, Ladimir, Florianus prepositus et cancellarius, Grabissa camerarius, Zlauco frater eius, Georgius de Milewic, Iohannes iudex et Zuda frater eius,

357. *a) ‚o' ex ‚a' radendo corr. A. — b) ‚f' ex ‚t' statim inter scribendum corr. A.*
[1]) *Teplá, germ. Tepl, ab Cheb (Eger) versus meridiem et orientem.* — [2]) *Blahov, distr. pol. Litoměřice (Leitmeritz).* — [3]) *Stolinky, nunc minus recte Drumy, germ. Drum, distr. pol. Litoměřice.* — [4]) *Fortasse Smilovice Staré prope Louny (Laun).* — [5]) *Malečov, germ. Malschen, distr. pol. Ústí nad Labem (Aussig).* — [6]) *Skalice, distr. pol. Litoměřice.* — [7]) *Nezly, germ. Nösel, distr. pol. Litoměřice.* — [8]) *Chotěšov, germ. Chotieschau, distr. pol. Stříbro (Mies).*

Iarozlaus, Bvdiwoi et Ben frater eius, Benes Hermanni filius, Bertoldus et Zezema filius eius, Vitco filius Vitconis, Predbor, Cstibor, Nacepulc, Matheus. De cetero si quis hec prescripta bona sibi usurpare vel diripere presumpserit, anathematis vinculo sese innodatum noverit. Acta sunt hęc anno verbi incarnati MCXCVII, indictione XV, epacta nulla, concurrente II.

(S. P. D.) (S. P. D.) (S. P. F.)

De tribus sigillis e cera alba confectis, quae diplomati funiculis cannabinis coloris caerulei suspensa erant, non nisi fragmentum sigilli tertii valde detritum restat. Sigillum forma rotunda diametrum circiter 470 mm habet inque eo trium cornuum cervinorum imago conspiciebatur, nunc tamen duo tantum cornua in superiore sigilli parte restant. Circumscriptio defracta est, cum paucae adhuc litterae sint servatae: ✠ S · P . . . . . . TA.

358.

Henricus, dux et episcopus Bohemiae, monasterio Teplensi possessiones ab Hroznata comite, fundatore eius, donatas confirmat eique terram, quae est inter Žandov et silvam Bohemiae, confert et homines eius a collecta denariorum liberat.

— 1197 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Teplensis asservatur (A).

(Hugo) Sacri et can. ord. Praemonstratensis annales II, Probat. col. 571. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 635. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 346, num. 371. — Erben, Reg. I, pag. 195, num. 432.

Diploma ab eodem scriba atque Hroznatae comitis testamentum (num. 357) exaratum verbisque contextum est. Eundem scribam etiam diplomatis num. 355 auctorem fuisse, mira quaedam stili similitudo indicat. — Diploma mense martio exeunte confectum esse, Petri cardinalis et Engelberti Moraviensis episcopi nomina inter testes adducta probant; tunc enim Gerlaco Milovicensi teste ambo apud Henricum ducem commorati sunt: ‚Anno dom. inc. MCXCVII . . . domnus Petrus, diaconus cardinalis tytulo ad sanctam Mariam in Via lata venit in Bohemiam et me cum Georgio comite ipsum deducentibus, susceptus est Pragae in die s. Georgii *[= 12. mart.]* sollempni processione ab episcopo et duce iam infirmante et a canonicis Pragensis ecclesiae; ubi deinde diu demoratus, sabbatho medianae quadragesimae, quando canitur Sitientes *[= 22. mart.]*, ordines clericorum per manum domni Engelberti, Olomucensis episcopi, fieri precepit.‘ *(Fontes rer. Boh. II, pag. 511 sq.)*

✠ ‖ In nomine sanctę et individuę trinitatis. Ego Heinricus, dei gratia dux et episcopus Boemorum, universis Christi fidelibus tam futuri quam moderni temporis. ‖ Equitatis exigit ratio, ut nos, qui deo largiente principatum inter homines adepti sumus, ea, quę ad utilitatem servorum eius pertinent, ‖ sollicite provideamus et ęcclesias eius earumque possessiones nostra circumspectione muniamus, nostrę protectionis clipeo defensemus. Propterea notum ‖ sit universis

ęcclesię filiis, quod illustris comes et amicus noster Groznata, militum sanctę crucis viciciniora[a] saluti sequens exempla, deo propicio testamentum suum vivaci commisit privilegio, ne scilicet humanis inimica negociis oblivio vel argutę perditorum hominum fallacię mentis eius propositum possent enervare. Primum itaque curam animę gerens, Têplam[1] cum omnibus villis pertinentibus et omnibus appendiciis earum et theloneo tam fori quam portę, id est exitus terrę, deo et abbatię, quam ipse Groznata fundavit in honore beatę Marię semper virginis, pro remedio animę suę et parentum suorum intuitu ęternę retributionis perpetuo iure possidenda contradidit, seu liberos habiturus seu absque liberis ex hac luce transiturus. Villam etiam Thirnow[2] et Vnchice[3] et Crucanice[4] per trium annorum curricula eidem ęcclesię in usum concessit. Si vero de transmarinis partibus reversus non fuerit, prescriptas villas cum hiis aliis: Geswi,[5] Ovence[6] et Buschovice[7] cum omnibus appendiciis et villam, quę dicitur Cleppi,[8] eidem ęcclesię perpetuo deputavit. Quodsi filium habuerit, omnium bonorum suorum eum heredem constituit, preter Têpla et ea que ibidem appendicia esse prediximus, et aratrum de terra, quod in Ouence ad usus fratrum segregavit. Animalia quoque viva, equos videlicet, boves et oves et alia omnia ipsi ęcclesię dedit; servos etiam, quotquot habet, si filius ei superstes non fuerit. Preterea nos devotioni eius congaudentes, terram, que est inter Sandov[9] et silvam Boemię, loco eidem contulimus; collectam etiam denariorum, que per Boemiam colligi solet, pro remedio anime nostre, decessorum et successorum nostrorum fratribus prefatis de omnibus hominibus eorum perpetuo indulsimus. Ut autem hec in posterum firma radice perseverent, placuit factum scripto commendari et auctoritate venerabilis cardinalis Petri, qui presens aderat, ipsiusque et nostro sigillo roborari, eorum etiam, qui affuerunt, seriatim nomina subnotari. Nomina testium: Heinricvs dux et ępiscopus Boemorum, Engelbertus[b] Morauiensis ępiscopus, Petrvs cardinalis et apostolicę sedis legatus, Florianus prepositus et cancellarius, Sdizlaus decanus, Phalco archidiaconus, Alexander magister, Cristoforus prepositus in Bolezlav, Grabissa camerarius ducis et Zlauco frater eius et Grabissa filius eius, Hermannus filius Marquardi et filii eius Benes et Marquardus, Georgius de Milewic, Jarozlaus, Odolen, Mutin, Zmil, Zauissa, Borutha, Budiwoi et frater eius Ben, Bertoldus de Zebrin et filii eius Szezema et Herman, Blego et fratres eius

---

358. *a) ita A. — b)* ‚b‘ *ex* ‚t‘ *statim inter scribendum corr. A.*

1) Teplá, germ. Tepl. — 2) Trnová prope Manětín, distr. pol. Kralovice (Kralowitz). — 3) Hunčice, germ. Hundschitz, distr. pol. Stříbro (Mies). — 4) Krukanice, distr. pol. Stříbro. — 5) Jezvé, germ. Neustadtl, distr. pol. Česká Lípa (Böhmisch-Leipa). — 6) Soběnice, germ. Sobenitz prope Litoměřice (Leitmeritz) interpretatur Karlík, Hroznata und die Prämonstr.-Abtei Tepl, pag. 5; Ovenec Přední, nunc Bubeneč prope Pragam minus recte interpretatur Sedláček. — 7) Býčkovice, germ. Pitschkowitz, distr. pol. Litoměřice (Leitmeritz). — 8) Klapé, germ. Klappay, distr. pol. Roudnice (Raudnitz). — 9) Žandov Dolní, germ. Unter-Sandau, distr. pol. Planá (Plan).

Sdizlavs, Bun, Milota, Havvel, Albertus, Vta. De cetero quisquis hec prescripta bona, vel quecumque postmodum fidelium collata devotione fuerint, a prefato loco alienare presumpserit, nisi citius per penitentiam resipiscat, anathematis vinculo se innodatum esse cognoscat. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis MCXCVII, indictione XV, epacta nulla, concurrente II.

(S. P. D.) (S. P. D.) (S. P. D.)

Sigilla, quae in filis sericis rubri coloris suspensa erant, deperdita sunt.

359.

Coelestinus III papa ecclesiae Vissegradensis protectionem suscipit et iura, specialiter ea, quae Fridericus dux ei concessit, confirmat.

Laterani 1197 iul. 26.

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli Vissegradensis asservatur (A). Pontanus a Braitenberg, Bohaemia pia, pag. 74 (fragm.). — Hammerschmidt, Gloria et maiestas ... Wissegrad. ecclesiae, pag. 385. — Erben, Reg. I, pag. 197, num. 436. — Jaffé, Reg. pontif.² num. 17571.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis canonicis Wissegradensis ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio pro‖pensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in domino filii, devotionem, quam vos et ‖ predecessores vestri ad sacrosanctam Romanam ecclesiam habuistis, benignius attendentes, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam vestram, que a prima fundatione sui censualis extitit ‖ ecclesie Romane, pensionem ei quinque marcarum annuatim in signum pie devotionis impendens, cum personis et bonis omnibus, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona, libertates etiam seu immunitates largitione regum, donatione principum seu oblatione fidelium ecclesia vestra possidet, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Specialiter autem ius, quod clare memorie Fredericus, dux Boemie, super iurisdictione temporali iuxta terre consuetudinem exercenda contra homines ecclesie vestre pro aliquo excessu in seculari iudicio condempnatos, vobis et ecclesie vestre pia liberalitate concessit, sicut ipsa concessio pia consideratione facta est et in eiusdem Frederici scripto autentico continetur, devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Et ad maiorem

rei firmitatem ipsius autentici tenorem huic nostre pagine duximus inserendum, quod sic incipit: Ego Fridricus, Boemorum dux, dum mecum viciniora saluti cogitarem *etc.*[1] Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani · VII kalendas augusti, pontificatus nostri anno septimo.

(B.)

Autographo appendet e filis sericis rubri et flavi coloris Coelestini III papae bulla plumbea eadem forma atque in num. 332 expressa.

360.

Coelestinus III papa monasterium Teplense tuendum suscipit eiusque bona confirmat. *Laterani 1197 aug. 7.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Teplensis asservatur (A).

(Hugo) Sacri et can. ordinis Praemonstratensis annales II, Probat. col. 572. = Migne, Patrol. lat. tom. 206, pag. 1229. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 638 (frgm.). — Erben, Reg. I, pag. 197, num. 437 (frgm.). — Jaffé, Reg. pontif.[2] *num. 17575.*

‖ Celestinus ‖ episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et canonicis de Tepla salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Roma‖na ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis ‖ agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in domino filii, devotionem, quam ‖ erga beatum Petrum et nos ipsos habere dinoscimini, attendentes, personas vestras et ecclesiam, in qua estis divino obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem villam, que dicitur Tepla,[1] cum teloneo et omnibus appenditiis suis, que vobis nobilis vir G.[2] comes Boemie, monasterii vestri fundator, provida deliberatione concessit. Libertatem etiam hominum vestrorum super collectis et terram, que est inter Sandou[3] et terminum Boemie, quam bone memorie Henricus, Pragensis episcopus, dum curam ducatus Boemie gereret, ecclesie vestre dicitur contulisse, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis et in confectis exinde autenticis continetur, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate

359. [1]) *Sequitur privilegium Friderici ducis anno 1187 mai 2 datum totidem verbis transscriptum; vide num. 317.*

360. [1]) *Teplá, germ. Tepl, ab Cheb (Eger) versus meridiem et orientem.* — [2]) *Groznata.* — [3]) *Žandov dolní, germ. Unter-Sandau, distr. pol. Planá (Plan).*

apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut si vos in aliquo presenseritis aggravari, libere vobis liceat sedem apostolicam appellare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre paginam protectionis, confirmationis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani VII idus augusti, pontificatus nostri anno septimo.

(B.)

Litteris appendet e filis sericis coloris rubri et flavi bulla plumbea eadem forma atque in num. 332 expressa.

361.

Coelestinus III papa abbati Teplensi eiusque successoribus mitrae et annuli usum concedit, petente Hroznata comite. *Laterani 1197 aug. 7.*

Autographum in membrana ex parte adusta scriptum in tabulario monasterii Teplensis asservatur (A).

(Hugo) Sacri et can. ordinis Praemonstratensis annales II, Probat. col. 573. — Erben Reg. I, pag. 197, num. 438. — Jaffé, Reg. pontif.2 num. 17576.

‖ Celestinus ‖ episcopus, servus servorum dei, dilecto filio . .[1] abbati de Tepla salutem et apostolicam benedictionem. Ad ecclesiastici decoris ‖ augmentum reperta sunt insignia dignitatum, que sacrosancta Romana ecclesia congrua in singulos liberalitate distri‖buit et devotis filiis, prout dignum iudicat, suscipienda pariter et obtinenda concedit. Unde et nos devotionem, ‖ quam erga Romanam ecclesiam habere dinosceris, attendentes, ad preces dilecti filii, nobilis viri G.,[2] comitis Boemie, tui monasterii fundatoris, qui dum per nos transitum haberet nobis super hoc attentius supplicavit, usum mitre et anuli tibi tuisque successoribus de benignitate sedis apostolice duximus indulgendum, statuentes ut in precipuis sollempnita[tibu]s eis utaris, prout tibi sunt auctoritate apostolice sedis indulta. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc nostre indulgentie paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attem[pta]re presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nove[rit] incursurum. Datum Laterani VII idus augusti, pontificatus nostri anno septimo.

(B. D.)

Bulla, quae e filis sericis coloris rubri et flavi appendebat, avulsa est.

361. [1]) *Iohanni.* — [2]) *Groznatae.*

362.

Coelestinus III papa iis, qui ecclesiam Teplensem die consecrationis adierint, gratiam susceptae poenitentiae facit.

Laterani 1197 aug. 7.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Teplensis asservatur (A).

Erben, Reg. I, pag. 198, num. 439 (frgm.). — Jaffé, Reg. pontif.² num. 17577.

‖ Celestinus ‖ episcopus, servus servorum dei, universis Christi fidelibus ad ecclesiam de Tepla in die dedicationis ipsius devote ‖ convenientibus salutem et apostolicam benedictionem. Ineffabilis misericordia conditoris humane fragilitati benigne subveniens, ‖ universis multipliciter viam salutis ostendit, eos qui per peccatorum lubrica corruerunt, per remedia peniten‖tie sublevando. Qui enim solus potestatem habet peccamina relaxandi, primo beatum Petrum, quem principem apostolorum instituit, deinde alios temporaliter succedentes voluit ex officio ad remittendum peccata potestatem vicariam obtinere. Cum itaque, sicut domino placuit, in hac sede apostolica constituti, memorati apostoli vice fungamur, de immensa clementia conditoris et eiusdem apostoli auctoritate confisi, universis[a] ad ecclesiam, que ad honorem dei et commemorationem gloriosissime virginis est erecta in villa, que Tepla dicitur, in die, quo primo reddetur munere consecrationis insignis, devote convenientibus annum unum, postmodum a[ute]m in eodem die per annos singulos recurrente, omnibus ad eam accedentibus, seu de bonis a deo sibi collatis ei auxilium impendentibus, viginti dies de iniuncta eis penitentia misericorditer relaxamus. Datum Laterani VII idus augusti, pontificatus nostri anno septimo.

(B. D.)

Bulla, quae appendebat e filis sericis, avulsa est.

363.

Vladislaus, dux Bohemiae, testimonium de hereditate Bdeněves monasterio Kladrubensi, Bertholdi abbatis temporibus, per Zdislavum quendam vendita sigillo suo confirmat.

[1197 iun. 22—dec. 6.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 344, num. 368 (reg.). — Erben, Reg. I, pag. 195, num. 433.

---

362. *a) sequitur vox erasa; fortasse* ‚que' *A.*

Notum sit tam presentibus, quam futuris Christi fidelibus, quia Sdizlav hereditatem Bdenewiz,[1] quam habuit secundum here||ditarium ius, Cladrubensi cenobio legitimo iure vendidit ac honestis viris intermanentibus perpetualiter stabi||livit. Ceterum gesta sunt hec abbate Bertoldo[2] presidente prefato iam cenobio; quique testimonium dant huic || facto, sunt hi confratres de conventu: Bolezlaus, Lambertus, Wickerus, Fridericus, Bogus, Cunradus, Heinricus. Nobilium virorum dantium testimonium nomina sunt hęc: Stibor de Swssingen, Ratibor de Sceskowiz, Johannes de Zvlezlav, Roznata, Bribizlav, Preda, Perkos, Crazen, Predbor, Bel, Benic, Vit, Predwoy, Wlaztis, Vbizlav. Sub horum aliorumque proborum virorum testimonio ego Wadizlaus, dei gracia Boemorum dux, ad perpetuale stabilimentum super hoc facto corroborationem sigilli mei contradidi.

(S. P. F.) (S. P. D.)

Litteris appendet e scidula membranae fragmentum sigilli de cera alba confecti, in quo imago equitis expressa erat. Circumscriptio: [WLA]DAZAVS ...... *Secundum sigillum, quod etiam in scidula membranae suspensum erat, deperditum est.*

364.

Kochan quidam monasterio sancti Laurentii (Opatovicensi) villam Černožice donat.

[saec. XII ex.]

Memoria manu saec. XII exeuntis in codice ms. num. 395 bibliothecae c. r. aulicae Vindobonensis inscripta est (A).

Dobner, Monum. Boh. hist. III, pag. 2. — Kalousek, Závěť Kochanova, in Český časop. historický VII (1901), pag. 203.

Scriptum hoc, in quo nullum omnino probationis signum commemoratur, non nisi simplex est relatio in monasterio ipso confecta, cui fides publica nullo modo habebatur, cum memoriae tantum inserviret.

Testamentum. Cohan pro remedio anime sue et parentum suorum tradidit deo et sancto Laurentio[1] villam Cernozicih[2] coram istis testibus: Dobromucel iudex, Cuzsud, Westei cum filio Matheo, Petrus, Boguzlaus cum fratre Heinrico, Sdizlaus, Thoma, Boges, Milic, Maurus presbyter, Zlauwa presbyter, Iarek presbyter, Clemens presbyter.

---

363. [1]) *Bdeněves, alias Beňoves, germ. Wenussen, distr. pol. Stříbro (Mies).* — [2]) *Obiit 4. aprilis 1131.*

364. [1]) *In Opatovice ad dextram Albiae ripam, a Pardubice versus septemtrionem.* — [2]) *Černožice prope Jaroměř, distr. pol. Dvůr Králove (Königinhof).*

ACTA SPURIA.

365.

(FALSUM SAEC. XII.)

Carolus Magnus monasterio Fuldensi confirmat coenobium monacharum in Milz, quod cognata eius Einhilda construxit et „ab incursu paganorum, Sclavorum videlicet, qui e regione Boemię sepius irruptionem facere et homines abducere solebant, prepedita, . . . sancto Bonifacio in Fuldensi monasterio contradidit.“ *[800 post febr. 3.]*

Exstat in codice Eberhardi s. XII med. fol. 71^{v} in tabulario reg. Marburgensi.

Dronke, Cod. dipl. Fuldensis, pag. 89, num. 158. = Erben, Reg. I, pag. 6, num. 14. — Mühlbacher, Mon. Germ. hist.: Diplomata Karolinorum I, pag. 436, num. 293.

Diploma hoc Eberhardus monachus Fuldensis saec. XII, instrumento traditionis Einhildae abbatissae (ap. Dronke, l. l. pag. 88, num. 157) usus, subiecit; cf. Foltz in Forsch. zur deutsch. Gesch. XVIII, pag. 506; Dopsch in Mittheil. d. Instituts f. österr. Gesch. XIV, pag. 325 sq.

366.

(FALSUM S. X.)

Eugenius II papa Rathfredo Favianensi, Methodio Speculi-Juliensi seu Ouguturensi, Alewino Nitraviensi, Annoni Vetuarensi episcopis et Tuttundo ac Moimaro ducibus et optimatibus exercitibusque plebis Hunniae ac Moraviae significat, se Urolfum, archiepiscopum Laureacensem metropolitam iis praefecisse, et vicarium suum constitutum pallio donasse. *[824—827.]*

Apographum saec. XII exstat in cod. ms. bibliothecae c. r. aulicae Vindobonensis num. 1051, fol. 70—71^{v} (A).

Gewold, Chronicon monast. Reicherspergensis. Append. pag. 17 (ex ms. cod. monast. Reichersperg. B). = Ludewig, Script. rer. Germ. II, pag. 360. = Fejér, Cod. dipl. Hungariae I, pag. 158. = Stredovsky, Sacra Moraviae hist. pag. 68. = Dobner, Annal. Hagec. II, pag. 486. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 14, num. 19. = Erben, Reg. I, pag. 8, num. 21. — Dümmler, Pilgrim v. Passau, pag. 115 (ex A). — Jaffé, Reg. pontif.[2] num. 2566 (ubi et aliquot aliae editiones bullae huius enumerantur).

Spuriam esse hanc bullam probaverunt Palacký, Dějiny I, 1, pag. 125, n. 65; Dümmler, l. l. pag. 19 (v. et. pag. 158); Gfrörer, Gesch. der Ost- und Westfr. Karol. I, pag. 119.

Evgenivs[a] episcopus servus servorum dei, Rathfredo sanctę Fauianensis ęcclesię et Methodio ęcclesię Speculiiuliensis, quę et Ouguturensis[b] nuncupatur, atque Alchuuino[c] sanctę Nitrauensis ęcclesię parique modo Annoni sanctę Vetuarensis ęcclesię episcopis, simul etiam Tutundo[d] necnon Moimaro[e] ducibus et optimatibus[f] exercitibusque plebis Hunię, quę et Auaria dicitur, atque Marauię. Desiderio salutis animarum vestrarum, filii in Christo karissimi,[g] cum audivimus christianissimam conversationem vestram et sanctę fidei bonorumque operum vestrorum processum, summo gaudio atque lęticia fuimus exhilarati, quia divina in vobis operante clementia, ut apostolus ait, ubi habundavit delictum, ibi superabundat gratia,[1] atque quod[h] sancta dei ęcclesia nostris temporibus cottidianum in electione vestra suscipit incrementum. Cuius optabilis rumoris index fuit reverentissimus Urolfus,[i] sanctę Lauriacensis ęcclesię archiepiscopus et sanctissimus frater noster, vester autem spiritualis pater, qui per suam sanctam predicationem adoptivos deo vos genuit filios. Is itaque ad apostolorum limina orationis causa veniens novam ęcclesiam nostris apostolicis benedictionibus informandam subnixe commendavit, quam domino auxiliante catholicę gubernandam in vestris partibus suscepit, in quibus etiam quondam Romanorum quoque Gepidarumque aetate, ut lectione certum est, in septem episcoporum parochias[k] antecessores sui iure metropolitano optinuerant diocesim. Qua igitur ex iustitia et lege prefatus deo dignissimus archiepiscopus debito obligatur, ut illi terrę prius christicolę atque suorum antiquitus antecessorum creditę providentię, quam nunc vos dei omnipotentis occulto mediante iudicio, velut hereditariam possidetis, ipse evangelicus agricola diu negata spargat cęlestis vitę semina[l] atque in lucrandis Christo animabus redivivam de vobis nutriat segetem; quem vero[m] doctissimum divini oraculi ministrum saluti vestrę cognoscentes per omnia necessarium, fide et exemplo probatum, merito[n] erga illum apostolicam servantes sententiam, qua dicitur: ‚Quomodo credunt sine predicante? aut quomodo predicabunt nisi mittantur?'[2] ab hac sancta Romana matre ęcclesia vobis eum[o] rectorem transmisimus atque in prefatis regionibus Hunię, quę et Auaria appellatur, sed et Marauię, provintiarum quoque Pannonię sive Mesię apostolicam vicem nostram et diocesim atque ius ęcclesiasticum exercendi et usum ac potestatem antecessorum suorum, videlicet sanctę Lauriacensis ęcclesię archiepiscoporum, sibi successoribusque suis canonica auctoritate committimus atque huius constitutionis decretum nostrę sub-

---

366. *a) litteris maiusculis scriptum. Praecedit lemma rubricatum litteris maiusculis scriptum:* ‚Epistola Evgenii episcopi' *A.* — *b)* ‚Soriguturensis' *B.* — *c)* ‚Alevvino' *B.* — *d)* ‚Tvitvndo' *B.* — *e)* ‚Moymaro' *B.* — *f)* ‚obtimatibus' *A.* — *g)* ‚charissimi' *B.* — *h)* ‚quomodo' *B.* — *i)* ‚reverendissimus Yrolfus' *B.* — *k)* ‚barrochias' *A.* — *l)* ‚coelestis spargat sem. vitae' *B.* — *m)* ‚nos' *B.* — *n) supra lineam alia manus adnotavit:* ‚alias: ut moris est' *A.* — *o)* ‚vobiscum' *B.*

[1]) *Rom. V, 20.* — [2]) *Rom. X, 14, 15.*

scriptionis privilegio roboramus. Pallium preterea iuxta consuetudinem antiquam sanctitati suę dedimus, quod ita sibi concessimus, sicut predecessores nostri suis predecessoribus concessere, privilegiorum suorum scilicet integritate servata. Cuius dilectioni quamvis hoc merito[p] permitteremus, propter vestras autem peticiones super hac re flagitantibus ad honorem suum nostram apostolicam vicem et auctoritatem insuper accumulavimus,[q] quod numquam suis permissum est prioribus, quatinus et vos confratres et coepiscopi deinceps ei reverentiam ampliorem exhibere sciatis et in sana doctrina cęlestis eruditionis ad ędificationem vestram ut filii sapientes obediatis atque vos, laici, primates et vulgus, saluberrimis preceptis suis non velut homini, sed tanquam[r] deo humiliter obtemperetis et in fide catholica, quam per dominum Iesum consecuti estis, fortes permaneatis. Nam tocius doli artifex, diabolus, cuius dominio et pompis[s] in baptismate abrenuntiastis, iacturam et dampnum vestrę salutaris surreptionis moleste patitur ac per varias occasiones[t] zizaniam perfidię seminando, velut multa iniuria bachatur et ut vestrum aliquis terga vertat sanctę professioni incessanter molitur. Quapropter sepedicti archiepiscopi, videlicet pastoris vestri a deo destinati institutionibus benignas aures prebete, qui vos et versutiam satane cavere atque eius ęternos cruciatus evadere instruit, ac ipse in die iudicii de bonis operibus vestris sęculorum domino perpetua remunerandos gloria presentabit. Ad perfectam autem et necessariam eruditionem vestrę salutis,[u] ut comperimus, non sufficiunt[v] pauci, qui modo constituti sunt vobis episcopi, quia plures sunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti, ad quos propter inopiam preconum divini verbi nondum pervenit noticia Christi. Iccirco[x] enim ut accrescat turba fidelium, studeat solertia vestra pro mercede et remissione peccatorum vestrorum amminiculum[y] atque iuvamen prebere reverentissimo Urolfo[z] archiepiscopo, quatinus dudum illic constitutorum episcoporum numerus impleatur, qui congrue constituti et vobis posterisque vestris poterunt esse proficui. Si ad restaurationem ęcclesiarum propter nomen domini de possessionibus vestris, quas reditus dotesque earum fama divulgante quondam fuisse noveritis, aeternam sufficientiam vobis comparantes eisdem ęcclesiis ipsi conferatis, idoneis[aa] viris ad hoc ministerium electis, maxime in illis locis, si oportunitas et utilitas commendaverit, ordinentur antistites, ubi indicia ęcclesiarum et ędificiorum sedes pontificales olim fuisse demonstrant, sin autem illius arbitrio et deliberationi, qui vel ubi disponantur episcopi, concedimus, cui vicem nostram apud vos ęcclesiastici regiminis per omnia commisimus.

Bene valete.

---

365. *p)* ‚debito‘ *B.* — *q)* ‚vi‘ *supra lineam eodem atramento scr. A.* — *r) deest A.* — *s)* ‚populis‘ *B.* — *t)* ‚i‘ *supra lin. corr. pro* ‚a‘ *A.* — *u)* ‚eruditionis vestrae salutis‘ *B.* — *v)* ‚sufficiant‘ *B.* — *x)* ‚idcirco‘ *B.* — *y)* ‚adminiculum‘ *B.* — *z)* ‚Yrolfo‘ *B.* — *aa)* ‚idoneisque‘ *A.*

367.

(FALSUM S. XII.)

Tacholfus, comes de Bohemia, monasterio Fuldensi provinciolam suam, nomine Sarôwe, sitam iuxta Bohemiam, donat. *<861 ?>*

Dronke, Cod. dipl. Fuldensis, pag. 260, num. 578 (e codice Eberhardi. A). = Erben, Reg. I, pag. 12, num. 30 (exc.). — Dobenecker, Reg. Thuringiae I, pag. 25, num. 85.

Litterae formam non genuinam, donationem autem haud in dubium vocandam esse, putat Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reiches I, pag. 346, nota 1. Dobenecker l. l. eam verbis ‚sub Karolo' *etc. adiectis ab Eberhardo adulteratam fuisse suspicatur. — Quo anno donatio facta sit, non satis constat, sed anno 801 minime eam attribui posse, ex eo efficitur, quod Thacholfus comes anno 873 demum mortuus est (v. Monum. Germ. SS. XIII, pag. 182).*

In nomine et honore sanctę et individuę trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter domnus Tacgolfus,[1] comes de Boemia, audiens famam venerabilissimi loci Fuldensis conventus, et quia reges et principes facerent sibi memoriam in monasterio sancti Salvatoris, intercessorem[a] sanctissimum Christi martirem Bonifacium venit et ipse cum summa cordis ac mentis[b] devotione adorare in domo domini, ut inveniret gratiam in conspectu tremendi iudicis. Considerans quoque, quod dominus ait: ne appareas in conspectu meo vacuus,[2] tactusque divino ardore intrinsecus, obtulit deo et sancto Bonifacio regionem suam, quandam videlicet provinciolam sitam iuxta Boemiam, Sarôwe[3] nuncupatam, quę suę proprietatis et iuris erat, cum omnibus villulis et compertinentiis suis eo tenore, ut plenam fraternitatem tam vivens quam moriens haberet et sepulturę locum post finem vitę suę in monasterio obtineret. Fecit etiam talem condicionem, ut omnis reditus prefatę oblationis in usus fratrum cederet et nullus hominum eandem oblationem ab hac conditione amovere seu permutare posset. Amen.

<Facta est autem haec tradicio sub Karolo,[c] glorioso imperatore, qui et stabilivit et confirmavit eam, et anulo suo insigniri precepit kartam inde conscriptam anno dominicę incarnationis DCCCI̊,[c] indictione X̊.>

---

367. *a)* ‚et intercessorem' *A. — b)* ‚ac martiris' *A. — c) notam temporis alia manu multo posteriore ita mutatam fuisse annotat Dronke:* ‚sub Ludewico gl. rege, qui . . . a. d. inc. DCCCLXI̊.' *Quam emendationem ab ipso Eberhardo fortasse factam fuisse opinatur Foltz in Forschungen z. deutschen Gesch. XVIII, pag. 499 nota; vide et pag. 506, 507.*

¹) *Hic Thacholfus alias etiam „Thuringorum dux" appellatur, vide Dümmler op. cit. I, pag. 345, nota 5. Mentio eius fit etiam in Libello de conversione Bagoariorum et Carantanorum c. 12, ubi inter eos nominatur, qui aderant concessioni duci Privinae a rege Ludovico datae Ratisbonae a. 847 oct. 12 (v. num. 4). De eo vid. etiam Annales Fuldenses ad a. 849, ubi de expeditione Francorum contra Boemanos et ad a. 858, ubi de expeditione contra Sorabos narratur (Mon. Germ. SS. I, pag. 366 et 371, et Knochenhauer, Gesch. Thüringens in d. karol. u. sächs. Zeit pag. 25. —* ²) *Exod. XXIII, 15. —* ³) *Sorau (?) in Lusatia inferiore; vide Knochenhauer l. l. et 52. und 53. Jahresbericht des Vogtländ. Altertumsf. Vereins zu Hohenleuben pag. 82—109; alii Syrau apud Plauen hic dici putant, vid. Dobenecker l. l. pag. 26.*

368.

(FALSUM S. X.)

Hatho, archiepiscopus Maguntinus, Iohanni IX papae de Ludovici regis electione scribit; querellas episcoporum Bavariae contra Moravos, qui proprium archiepiscopum se obtinuisse glorientur, significat; instat, ut Moravorum coerceat superbiam. *[900.]*

Apographum saec. XII exstat in cod. ms. bibliothecae c. r. aulice Vindobonensis num. 1051, fol. 71v—74 (A).

Gewold, Chron. monast. Reichersperg. Append. pag. 20 (ex ms. cod. mon. Reichersperg. B). = Mansi, Concil. ampl. collect. XVIII, pag. 204. = Hansiz, Germania sacra I, pag. 178. = Balbinus, Miscell. hist. reg. Boh. dec. I lib. VI, pag. 5, num. 4. = Lünig, Teutsches Reichsarchiv XX, Continuatio I spicilegii eccl. pag. 204. = Dobner, Annal. Hagec. III, pag. 348. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 64, num. 92. = Erben, Reg. I, pag. 24, num. 55. — Will, Reg. archiep. Magunt. I, pag. 88, num. 31.

Epistolae fides ab nonnullis in dubium vocata est; vide Büdinger, Österr. Gesch. I, pag. 274, nota 4 et 280; Dümmler, Gesch. des ostfränk. Reiches III, pag. 496, nota 2; Giesebrecht, Gesch. d. deutsch. Kaiserzeit I, 804. Genuinam esse exponit Dammert, Hatto I Erzb. v. Mainz pars II (Programm d. Lyceums zu Freiburg i. Br. 1865), pag. 48, nota 1, et Stein, Gesch. d. Königs Konrads I, pag. 129, cuius sententiam impugnat Mühlbacher, Die Regesten d. Kaiserreichs unter den Karolingern I, pag. 720.

Domno[a] sanctę et apostolicę et universalis Romanę ęcclesię pape Hatho, indignus presul Mogontiensis[b] ęcclesię, cum universis suffraganeis nostrę exiguitati adiunctis debitum orationis obsequium et fidelem servitutem. Noverit igitur sublimitas sanctitatis vestrę, quod nulla fratrum unanimitas sanctę Romanę ęcclesię potestati subiecta fidelior atque devotior ac subiectior apparet, quam nos, qui vestrę dominationi et capiti omnium ęcclesiarum omni mentis intentione subiicimur,[c] plurimum gaudentes in domino et in dono gratiae ipsius, quod per vestram sanctitatem et sapientiam magnifice et amplissime sedes eiusdem ecclesię dilatatur in religione divina, et in hoc instantissime precibus incumbimus deprecantes divinam clementiam, ut ad altiora semper conscendere vos et de die in diem meliora sectari atque perficere concedat. De cętero vestrę clementię innotescimus, seniorem nostrum Arnolfum imperatorem de huius vitę exilio migrasse. Sed quia[d] quamdiu in hoc mundo subsistimus, per incerta ferimur nescientes, ubi quorundam animę post hanc lucem mansionem recipiant, vestris quasi provoluti vestigiis subnixe poscimus, ut animam ipsius vestrę auctoritatis potestate a vinculis peccatorum absolvatis, quia quecunque solveritis super terram, erunt soluta

368. *a) praecedit lemma rubr.* ‚Hathonis epistola' *A.* — *b)* ‚Moguntiensis' *B.* — *c)* ‚subicimur' *A.* — *d)* ‚quod' *B.*

et in cęlo.[1] Tali vero domino rectore et gubernatore amisso, in nostris partibus vacillavit navis ęcclesię. Quem regem eligeret, parvo tempore inscia mansit, et quia timor magnus aderat, ne solidum regnum in partes se scinderet, divino, ut credimus, instinctu factum est, ut filius senioris nostri, quamvis parvissimus, communi consilio principum et tocius populi consensu in regem elevaretur; et quia reges Franchorum[e] semper ex uno genere procedebant, maluimus pristinum morem servare, quam nova institutione insidere. Sed cur hoc sine vestra iussione et permissione factum sit, vestram haut[f] dubitamus latere prudentiam; nulla scilicet alia causa actum constat, nisi quia paganis inter nos et vos consistentibus impeditum est iter nostrum ad sanctam matrem nostram Romanam sedem, ita ut nec legati a nostra parvitate ad vestram dignitatem dirigi potuissent. Sed quia tandem occasio et tempus advenit, quo nostra epistola vestris obtutibus presentaretur, rogamus nostram communem constitutionem vestrę dominationis benedictione roborari. Insuper etiam pietati vestrę intimamus, quod fratres et patres et coepiscopi nostri Bauuarienses se apud nos conquerentes et alta suspiria trahentes gemebant, qualiter Marauenses populi Francorum potestati rebelles iactent, se ab illorum consortio esse divisos et seorsum metropolitano gloriantur a vestra concessione esse sublimatos, cum numquam metropolitana sedes inter illos haberetur, sed semper illorum provintię et diocesi cohererent. Dolebat se etiam apud nos, quod quorundam machinatione magna infamia circa vestram celsitudinem essent denotati, scilicet, ut cum paganis pacem et fędus[g] inirent, et ipsi pagani consilio eorum agerent tam multa nefaria et illicita. De his omnibus consilium a nobis quaerentibus Bauuariensibus[h] ępiscopis, iustum respondimus esse, fratrum solatio semper adherere, quia propheta inquit: Ecce, quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum.[2] Illi vero non in unum habitant, qui fratrum se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias preparant. Nos illorum tristicię compatientes, noluimus[i] illis consilium de talibus obiectionibus prebere, priusquam ad vestram interrogationem per epistolam nostram veniremus. Semper nos scimus carnales spiritales solere persequi et malivolos benivolos[k] infamare et lacerare. Previdere ergo summopere debent omnes, qui sacerdotes domini persecuntur[l] tam occulte quam manifeste, ne ad illos pertineat, quod propheta dicit: Cogitaverunt malicias in corde suo, tota die constituebant prelia, exacuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum.[3] Et paulo post: Cadent super eos carbones, in ignem deicies eos.[4] Et iterum: Vir linguosus non dirigetur in terra. Virum iniustum mala capient in interitu.[5] Et per Hieremiam inquit dominus: Omnes in sanguine iudicantur; unus quisque proximum suum tribulat. Omnes in malum

---

368. *e)* ‚Francorum‘ *B.* — *f)* ‚haud‘ *B.* — *g)* ‚foedus et pacem‘ *B.* — *h)* ‚e‘ *ex* ‚a‘ *eod. atramento corr. A.* — *i)* ‚nolumus‘ *B.* — *k)* ‚benevolos‘ *B.* — *l)* ‚persequuntur‘ *B.*

[1]) *Matth. XVIII, 18.* — [2]) *Psalm. CXXXII, 1.* — [3]) *Psalm. CXXXIX, 3, 4.* — [4]) *ibid. 11.* — [5]) *ibid. 12.*

manus suas preparant. Non debent enim alieni episcoporum aut accusatores aut iudices fieri. Unde de Loth scriptum est: Ingressus es ut advena, numquid ut iudices?[6] Accusator autem episcoporum nullus sit servus aut libertus, nullaque suspecta persona[m] aut infamis; repellantur inimici et omnes laici. Isti fratres et coepiscopi nostri Bauuarienses, veraces dei cultores et boni pastores, pervigili custodia custodiunt gregem sibi commissum, ne lupi rabies aliquam sancti gregis oviculam rapiat in predam suam. Stant pro muro domus Israel, ne aliqua vis inimica firmamentum ęcclesię dissolvat. Qui tales inquietat et sua malicia impugnat, licet presentem, tamen futuram[n] non evadet pęnam, quia scriptum est: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.[7] Haec autem omnia prescripta[o] vobis ideo[p] dirigimus, quia estis caput tocius sanctę ęcclesię, quacunque per orbem diffunditur, et solamen merentium, quecunque tristia menbris vestris contigerint[q]; quia ipsi sanctissimi pastores Christi superius dicti in nulla re a catholica fide deviantes, sed eandem sanctis operibus et ęcclesiasticis officiis ornantes apud nos conquerentes postulaverunt, ut vestrę noticię manifesta faceremus; quia et illi per se ipsos vobis eadem innotescere vita comite promittebant. Unde poscimus, ut vestra consolatio illorum merorem ad lęticiam reformet et semper talia menbra summo capiti, quod vos estis,[r] gaudeant se[s] adherere. Illi autem Marauenses, ut nostris auribus illatum est, in occasionem superbię suę assumunt, quia á vestra[t] concessione dicunt se metropolitanum accipere,[u] et singulariter degentes aliorum episcoporum consortium[v] refûtant; si hac confidentia diutius inflantur, usque ad sanguinis effusionem, ut multi arbitrantur, prosilient. Inde quantum presumimus,[x] ammonemus,[y] quatinus vestra auctoritas, priusquam hoc contingat, ad humilitatis viam illos corrigendo deponat, ut tandem cognoscant, cui dominatui subiici[z] debeant. Nos siquidem debitores esse cognoscimus, si quid a sanctę matris, Romanę ęcclesię scilicet, sinu[aa] contenderit[bb] elabi, vos inde certificari, ut vestra potentia ad rectitudinis lineam reducatur. Quod si vestra ammonitio[cc] illos non correxerit, velint, nolint Francorum principibus colla submittent,[dd] et credimus absque sanguinis effusione et mutua cede ex utraque parte tunc posse bene contingere. Iterum iterumque vestrę dignitatis auribus replicamus, quod tam episcopi quam laici Bauuarienses in religione christianitatis nulla gente inferiores esse probantur, neque umquam Franci absque illorum auxilio aut in ęcclesiasticis rebus vel in bellicis negociis nominatim vel fama dignum aliquid peregerunt, sicut neque illi absque istis.

---

368. *m)* ‚pers. suspecta‘ *B.* — *n)* ‚fut. tam.‘ *B.* — *o)* ‚perscripta‘ *B.* — *p)* ‚omnia ideo prescr. vob. dir.‘ *A.* — *q)* ‚quaecunque tristia vobis contigerunt membris vestris‘ *B.* — *r)* ‚estis vos‘ *B.* — *s)* ‚se gaud.‘ *B.* — *t)* ‚nostra‘ *B.* — *u)* ‚suscipere‘ *B.* — *v)* ‚consortia‘ *B.* — *x)* ‚p̄oſſumimus‘ *A.* — *y)* ‚admonemus‘ *B.* — *z)* ‚subici‘ *A.* — *aa) deest B.* — *bb)* ‚contigerit‘ *B.* — *cc)* ‚admonitio‘ *B.* — *dd)* ‚e‘ *supra lineam corr. pro* ‚u‘ *erasa A.*

[6]) *Gen. XIX, 9.* — [7]) *Zachar. II, 8.*

369.

(FALSUM S. XII.)

Otto I, Romanorum imperator, episcopatus Misnensis a se fundati terminos describens mentionem facit finium Bohemiae. *Maguntiae 948 ian. 11.*

Monum. Germ. Diplomata I, pag. 589, num. 437 (ex instrumento manu saec. XII scripto in tabulario reg. Dresdensi). — Erben, Reg. I, pag. 29, num. 64 (ad annum 968).

Descriptio terminorum verba diplomatis Ottonis III anno 996 dec. 6 dati (vide num. 39) alio tantum ordine repetit. Diploma falsum esse exponit Posse in Cod. dipl. Saxoniae regiae I Hauptheil, tom. I, pag. 188, nota 135.

.... Huic etiam episcopatui more antiquorum imperatorum et regum nostra imperiali potestate terminum posuimus * : ubi oritur fluvius, qui dicitur orientalis Milda, inde usque quo idem fluvius intrat in Albiam *, et sic sursum et ultra provinciam Nizizi ad eundem terminum sine dubio nec non in altera parte Luzizi et Selpoli, * illam videlicet infra eundem terminum, et inde in aquam, quę dicitur Odera, et sic Odera sursum usque ad caput eius, indeque quasi recta via usque ad caput Albię, inde deorsum in occidentalem partem, ubi divisio et confinium est duarum regionum Behem et Nisenen, ibidem ultra Albiam et per silvam in occidentalem partem usque ad caput praedicti fluminis orientalis Mildę. — — Data III idus ianuarii anno inc. dom. DCCCCXLVIII, indict. VIII anno vero magni imperatoris Ottonis in domino feliciter regnantis III[cio]. Actum Mogontię.

370.

(FALSUM S. X.)

Agapitus II papa Gerardo, archiepiscopo Laureacensi, scribit, ex Hadamaro, abbate Fuldensi, cognovisse se de contentione inter eum et Heroldum, archiepiscopum Salisburgensem, orta pro utrimque suscepta in una provincia pallii auctoritate; statuit, ut, divisis duabus Noricae regionis provinciis, Heroldo occidentalis, Gerardo orientalis Pannonia regioque Avarorum atque Moravorum obveniant. *[948.]*

Apographum saec. XII exstat in cod. ms. bibliothecae c. r. aulicae Vindobonensis num. 1051, fol. 67v—69v (A).

Gewold, Chron. mon. Reichersperg. Append. pag. 13 (e cod. quondam monasterii Reichersperg. B). = Ludewig, Script. rer. Germanic. II, pag. 358. = Mansi, Concil. ampl. coll. XVIII, pag. 406. = Hansiz, Germania sacra I, pag. 197. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 83, num. 106. = Erben, Reg. I, pag. 28, num. 62. — Urkundenb. d. Landes ob d. Enns II, pag. 708. — Jaffé, Reg. pontif.² I, num. 3644.

Bullam falsam esse demonstrat Dümmler, Pilgrim v. Passau pag. 24 sq. et 161, nota 16.

Agapitus[a] episcopus, servus servorum dei, fratri dilectissimo et reverentissimo Gerhardo,[b] sanctę Laureacensis ęcclesię archiepiscopo, in Christo salutem. Peticiones tuas pro renovandis sive approbandis ęcclesię tuę privilegiis venerabilis Fuldensis monasterii abbas Hadamarus,[c] huc causa orationis veniens, cum magna benivolentia nostrę experientię suggessit, pariterque iurgia et disceptaciones gravissimas, inter te et Heroldum archiepiscopum pro utrimque suscepta in una provincia pallii auctoritate exortas, flebiliter nunciavit, quod et ipsi ex debita pastorali cura nimio cordis męrore dolemus detestabiliterque profanamus. Quippe sancta et universalis ęcclesia, cui deo auctore presidemus, a religiosis atque pacatis sacerdotibus suis et in caritate non ficta soliditatis quasi totidem columnis innisa fulcitur, discordantibus autem et adversum se hostiliter inflante superbia animum tollentibus, presertim tantis pontificibus, velut evulsis sustentaculis casura, non sine magno periculo et vigoris sui detrimento a proprio statu concutitur. Insuper etiam, dum deforis inter vos pro pallii honore pertinaciter huiusmodi contentio exercetur, agitur, ut in fraterna emulatione decor sacerdocii intus evacuetur. Inde ergo, frater, officium nostrum illud esse perpendentes, ne inimicitiarum fomite in vobis succrescente, discidium[d] sanctę dei ęcclesię atque scandalum sine consilii ac[e] utilitatis vestrę respectu diutius nutriatur, ad sequestrandum litem vestram accedimus nos arbitres, tam ex sollicitudine a domino regiminis iniuncti, quam amborum vestrorum amore ad hoc permoti; ita videlicet, ut et de prelibata conflictus vestri querimonia rationabilibus iudiciis rite iusticię satisfaciamus et vos omni explosa controversia in fraternam concordiam Christo moderante revocemus. Notum est igitur, litterisque penes nos commendatum, quibus ęcclesiarum locis dignitas pallii ab hac apostolica sede debeatur. Lauriacensem enim urbem antiquitus metropolitanam fore et archiepiscopii sedem, cui sanctitas tua preesse dinoscitur, sicut in privilegiis autenticis ad nos usque a te directis legimus, ita quoque inventis quibusdam exemplaribus cartę, vetustate[f] admodum attritis, in archivo sancti Petri repperimus. Hanc etiam in exordio nascentis ęcclesię et inmanissima christianorum persecutione a doctoribus istius sedis catholicę fidei novimus rudimenta percepisse et exinde a succedentibus predicatoribus in superioris atque inferioris Pannonię provintias eiusdem fidei gratiam emanasse.[g] Quibus vero[h] duabus provintiis illarumque pontificibus usque ad tempora Hunnorum[i] non alius quam sanctę Lauriacensis ęcclesię prefuit archiepiscopus; quorum barbarica feritas non solum predictam Lauriacensem civitatem, verum etiam in circuitu adiacentes regiones depopulavit atque funditus desolavit. Inde quidem contigit, ut episcopi hac necessitate compulsi, sede illa deserta atque aliô translata, simul etiam archiepiscopalem ipsius sedis desererent honorem. Modernis autem nec

370. *a) litteris maiusculis scriptum A.* — *b) ex* ‚Gebehardo' *radendo corr. A;* ‚reverendissimo Gerardo' *B.* — *c)* ‚Hademarus' *B.* — *d)* ‚dissidium' *B.* — *e)* ‚et' *B.* — *f)* ‚et vetustate' *A, B.* — *g)* ‚emanasse gratiam' *B.* — *h)* ‚etiam' *B.* — *i)* ‚Hunorum' *A.*

multum retro elapsis temporibus, vacante ab apostolico vicario Bavvariorum[k] regno, Arno primus sanctę Salziburgensis[l] ęcclesię subrogatur archiepiscopus. Haec testatur annosa memorialis sacri scrinii hystoria. Modo autem mortalibus Christo propiciante[m] ab hostibus sanctę Lauriacensis ęcclesię quiete et habitandi securitate concessa, non alibi quam ibidem fraternitatis tuę kathedra[n] oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem ęcclesię, sanctorum patrum, videlicet predecessorum nostrorum, sed et beatę memorię domni[o] Leonis papę,[1] a quo excellentia tua pallio ac privilegio donata est,[2] sanctiones atque statuta exequentes, ac sepe dictam sanctam Lauriacensem ęcclesiam potestate et vice beati Petri apostolorum principis absolvimus et archiepiscopamus et in culmen metropolitanum sublimamus et privilegia nobis transmissa manu propria munimus et corroboramus ac rata esse firmamus denuoque tibi pallium cum presenti precepto secundum usum prius concessum successoribusque tuis perpetim tenendum tradimus. Hisque quoque[p] examussim[q] ita ad iusticiam redintegratis, decrevimus rixas vestras et dissensiones prefata ex causa derivatas dirimere atque in fraternum amorem vos reconciliare, sic ut utrique vestrum modo susceptus servetur pallii honor illesus, hortantes, quatinus apostolicę instituti, amodo non in contentione et emulatione maneatis. Constat quidem, quod canonice singulis provinciis singuli ordinantur metropolitani; proinde distribuere atque determinare ita vobis barrochias[r] bonum et pacificum ęstimamus,[s] ut divisis duabus Noricę regionis provinciis, Heraldo archiepiscopo occidentalis Pannonię cura comittatur et custodia; tibi autem successoribusque tuis propter emeritam antiquitatem sanctę Lauriacensis ęcclesię, cui iure iuniorum reverentia assurgit, in benedictionis et sedis ordine prelatis atque prepositis, providentiam orientalis Pannonię regionemque Auarorum atque Marahorum,[t] sed et Sclauorum,[u] qui modo christiani vel adhuc per baptisma Christo lucrandi sunt, circumquaque manentium credimus nostramque apostolicam vicem in illis partibus predicandi et pro arbitrio vestro, ubi opus est, episcopos constituendi omniaque disponere atque ordinare tali auctoritate atque potestate delegamus, ac si ipsi presentes affuissemus. Quod si iam dictus Heroldus archiepiscopus deinceps suorumve quispiam successorum minime diffinito limite contentus, sed interdictam atque separatam a sua potestate[v] diocesim repetere pervicaciter conatur, nec a prohibitę contentionis schismate per istas nostras apostolicas traditiones atque determinationes compescitur, ipse etiam pie concessa

---

370. *k)* ‚Bauuariorum' *B.* — *l)* ‚Salzburgensis' *B.* — *m)* ‚prop. Christo' *B.* — *n) ex* ‚kathedram' *radendo corr. A.* — *o)* ‚domini' *B.* — *p) deest B.* — *q) supra lin. alio atram. magis distincto alia manu adscriptum:* ‚id est regulariter' *A;* ‚ex amussi' *B.* — *r)* ‚parrochias' *B.* — *s)* ‚u' *corr. ex* ‚e' *A.* — *t)* ‚Maraharorum' *B.* — *u)* ‚Schlauorum' *B.* — *v)* ‚a sua potestate separatam' *B.*

¹) *VII. (936—939).* — ²) *Significatur bulla ap. Jaffé, Reg. pontif.² I, num. 3602 (Boczek num. 104, pag. 77), quam falsam esse demonstrat Dümmler, Pilgrim v. Passau pag. 22.*

dignitatis munificentia penitus privetur atque secundum ius pristinum superior Pannonia continuetur inferiori atque tuę tuorumque successorum ambę perpetualiter subiaceant ditioni. Allubescentes autem assensumque praebentes istis nostris saluberrimis decretis benedicimus et catholicos approbamus, resistentes vero atque infirmare vel omnino pervertere contendentes anathemate maranatha sanctę trinitatis districte percutimus et apostolica sententia, qua multati Anania et Saphira exspiraverunt, dampnamus et cum blasphematoribus sancti spiritus sempiternis cruciatibus puniendos destinamus.

371.

(FALSUM S. XI.)

Iohannes XIII papa Boleslavo, Bohemiae duci, permittit, ut ad ecclesiam sanctorum Viti et Venceslai fiat sedes episcopalis, ad ecclesiam vero sancti Georgii sanctimonialium congregatio sub regula sancti Benedicti constituatur.

[967?]

Litteras servavit Cosmas decanus Pragensis in Chron. Bohem. lib. I, cap. 22 (ad ann. 967).

Balbinus, Miscell. Boh. hist., dec. I lib. VI, pag. 8, num. 5. — Cocquelines, Bullarum, privil. ac dipl. Romanor. pontif. ampl. collectio I, pag. 267. — Lünig, Cod. Germ. dipl. I, pag. 954. — Dobner, Annal. Hagec. IV, pag. 164. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 86, num. 108. — Migne, Patrologia lat. 135, pag. 997. — Erben, Reg. I, pag. 29, num. 67 (ad ann. cc. 971). — Ginzel, Gesch. d. Slavenapostel, Anh. I, pag. 79. — Monum. Germ. Script. IX, pag. 49. — Fontes rer. Boh. II, pag. 36. — Jaffé, Reg. pontif.[2] *num. 3720.*

Litterarum fidem crebro impugnaverunt viri doctissimi. Priores de hac re sententias brevi in conspectu posuit Max Dvořák in exordio commentationis „O listině papeže Jana XIII v kronice Kosmově“ (Věstník král. České Společnosti nauk 1899, num. XII), qui litteras a Cosma confictas esse demonstrat. Spangenberg, Die Gründung d. Bistums Prag, in Histor. Jahrbuch d. Görresgesellsch. XXI (1900) pag. 764 sq. litteras saeculo XI in monasterio s. Georgii subiectas esse censet. Simili modo litteras fictas esse argumentis docent Uhlirz, Die Errichtung d. Prager Bist., in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhm. 39 (1900) pag. 4 sq. et Schulte, Die Gründung d. Bistums Prag, in Hist. Jahrb. d. Görresges. XXII (1901) pag. 285.

Iohannes episcopus,[a] servus servorum dei, Bolezlao duci,[b] catholicae fidei alumno, apostolicam benedictionem. Iustum est benivolas aures iustis accomodare petitionibus, quia deus est iusticia et qui diligunt deum iustificabuntur et omnia diligentibus dei iusticiam cooperantur in bonum. Filia nostra, tua relativa, nomine Mlada, quae et Maria, inter ceteras haud abnegandas petitiones cordi nostro dulces intulit ex parte tui preces, scilicet ut nostro assensu in tuo princi-

---

371. [a] ‚episcopus‘ *omittunt omnes Cosmae cod. ms. praeter Argentinensem saec. XII vel XIII.* — [b] ‚duci‘ *exstat in unico cod. ms. Dresdensi I, 43 signato, saec. XII.*

patu ad laudem et gloriam dei ecclesiae liceret fieri episcopatum. Quod nos utique laeto animo suscipientes, deo gratias retulimus, qui suam ecclesiam semper et ubique dilatat et magnificat in omnibus nationibus. Unde apostolica auctoritate et sancti Petri principis apostolorum potestate, cuius, licet indigni, tamen sumus vicarii, annuimus et collaudamus atque incanonizamus, quo ad ecclesiam sancti Viti et Wencezlai martirum fiat sedes episcopalis, ad ecclesiam vero sancti Georii martiris sub regula sancti Benedicti et obedientia filiae nostrae, abbatissae Mariae, constituatur congregatio sanctimonialium. Verumtamen non secundum ritus aut sectam Bulgariae gentis vel Ruziae aut Sclavonicae linguae, sed magis sequens instituta et decreta apostolica, unum pociorem totius ecclesiae ad placitum eligas in hoc opus clericum, latinis adprime litteris eruditum, qui verbi vomere novalia cordis gentilium scindere et triticum bonae operationis serere atque manipulos frugum verae fidei Christo reportare sufficiat. Vale.

372.

(FALSUM S. XII.)

Iohannes XIII papa ab Ottonibus imperatoribus rogatus episcopatum Misnensem confirmat eiusque terminos describit, in qua descriptione mentio fit de finibus Bohemiae. *968 ian. 2.*

Cod. dipl. Saxoniae reg. I Hauptth., tom. I, pag. 243, num. 7 (ex transsumpto Dieterici Naumburgensis et Henrici Merseburgensis episc. anno 1250 apr. 2 confecto, in tabulario reg. Dresdensi). — Erben, Reg. I, pag. 29, num. 66. — Jaffé, Reg. pontif.[2] num. 3724.

Bullam interpolatam et falsam esse exponit Posse in Cod. dipl. Saxoniae I Hauptth., I, pag. 170, nota 7. Descriptio terminorum verba diplomatis Ottonis III anno 996 dec. 6 dati (vid. num. 39) repetit.

. . . . More antiquorum imperatorum * hii duo imperatores, pater et filius, nobis assidentes Misnensi episcopatui terminum inposuerunt nominando fines et determinationes locorum, sicut infra tenetur. Ubi caput et fons est aque, que dicitur Odera, inde quasi recta via usque ad caput Albie, inde deorsum in occidentalem partem, ubi divisio * duarum regionum est Behem et Nisen. Ibidem ultra Albiam et per silvam in occidentalem partem usque ad caput Milde et sic deorsum per ambas plagas eiusdem fluminis * usque dum Milta intrat in Albiam * et sic sursum et ultra provinciam Nizizi ad ipsum terminum sine dubio nec non in altera parte Luzice et Selpoli et sic usque ad civitatem Sulpize illam videlicet infra eundem terminum et inde in aquam, que dicitur Odera et sic Odera sursum usque ad caput eius . . . .

373.

(FALSUM.)

Otto I, Romanorum imperator, fines episcopatus Misnensis describens mentionem facit finium Bohemiae. *Romae 968 oct. 19.*

Monum. Germ. Diplomata I, pag. 608, num. 449. — Erben, Reg. I, pag. 29, num. 63.

Diploma hoc ex diplomate Ottonis III dati anno 996 decb. 6 (num. 39) ad verbum descriptum est. Falsum esse demonstrat Posse in Cod. dipl. Saxoniae I Hauptth., I, pag. 171 nota 24.

374.

(FALSUM S. X.)

Benedictus VI papa archiepiscopis Germaniae, Ottoni imperatori, Henrico duci Bavarorum nunciat, Piligrimum Laureacensem archiepiscopum constitutum pallioque donatum esse. Decernit, ut Salisburgensis ecclesia superioris Pannoniae episcopos habeat suffraganeos, Laureacensis ecclesia in inferioris Pannoniae atque Moesiae regionibus, quarum provinciae sunt Avaria atque Moravia, archiepiscopalem deinceps exerceat potestatem. *[973 post mai.]*

Apographum exstat in cod. ms. saec. XII bibliothecae c. r. aulicae Vindobonensis num. 1051 fol. 82v—85 (A).

Gewold, Chron. mon. Reichersperg. Append. pag. 29 (e cod. ms. mon. Reichersperg. B). = Lünig, Teutsches Reichsarch. XVII, spicil. eccl. II, pag. 767, num. 14. = Ludewig, Script. rer. Germ. II, pag. 370. = Hansiz, Germania sacra I, pag. 213. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 93, num. 112. — Erben, Reg. I, pag. 31, num. 71. — Urkundenbuch d. Landes ob d. Enns II, pag. 715. — Dümmler, Pilgrim v. Passau pag. 122. — Jaffé, Reg. pontif.[2] I, num. 3771 (ubi et aliae editiones indicantur).

Bullam non esse genuinam, exponit Filz in (Wiener) Jahrbücher der Litteratur LXX, Anzeigeblatt pag. 40. Uberius de ea disserit Dümmler, Pilgrim v. Passau, pag. 51 sq., qui eam tantum commentationem (Entwurf) esse putat a Piligrimo sedi apostolicae oblatam, sed ab ea non comprobatam. Cf. etiam Uhlirz, Jahrbücher d. deutschen Reiches unter Otto II u. Otto III, tom. I, pag. 98. — De tempore vide Dümmler l. l. pag. 53.

Dilectissimis[a] nobis in Christo filiis Hrodberto, sanctę Mogontinę ęcclesię et Diotrico sanctę Treuerensis ęcclesię atque Adalberto sanctę Magdaburgensis ęcclesię parique modo Gereoni sanctę Coloniensis ęcclesię atque Fridarico sanctę Iuuauensis ęcclesię, sed et Adaldago sanctę Premensis ęcclesię archiepiscopis pariterque domno nostro Ottoni, gloriosissimo imperatori augusto, atque nepoti suo Heinrico, precellentissimo duci Bauuariorum, cęterisque omnibus episcopis et abbatibus, ducibus atque comitibus Gallię atque Germanię Benedictus, divina gratia preditus apostolicę sedis pontifex, servus autem servorum dei, in domino salutem. Oportet iustis supplicantium[b] peticionibus nos semper faciles et humiles exhibere et precipue, cum fraternis religiosorum consacerdotum precibus sollicitamur, qui passim ab omni mundi termino tenorem et regulam atque proprii officii vigorem ab hac universali sancta Romana matre ęcclesia eiusque sortiuntur

374. *a) praecedit lemma litteris maiusculis scr.:* ‚Benedicti epistola‘ *A.* — *b)* ‚supplicantum‘ *A;* ‚supplicationum‘ *B.*

ministro,[c] vicario scilicet beati Petri[d] principis apostolorum, cuius quamvis indigni, eiusdem tamen gratia et dono potestati nos[e] successimus et ordini, cui voce dominica dicitur: ‚Tu es Petrus et super hanc petram ędificabo ęcclesiam meam.‘[1] Quapropter dignum estimavimus[f] assensum prebere congruis postulationibus reverentissimi archiepiscopi, quas per probabiles personas nobis intimavit responsalium suorum, duorum videlicet[g] presbyterorum, quatinus sibi pallium et metropolitanum honorem cathedrę suę, sanctę Lauriacensi ęcclesię, restitueremus, confinio Ungrorum[h] adiacenti; quod omnino nos eidem ęcclesię debere testantur antiquissima secum apportata privilegiorum testimonia. In quibus enim continebatur, quod aetatę pontificatus beati Symmachi,[i] huius almę sedis apostolici[k] presulis, prefata sancta Lauriacensis haberetur ęcclesia metropolis; et in quantum tam exinde, quam etiam de passionibus beatorum martyrum, qui illic plures in tempore persecutionis pro fide Christi variis sunt tormentis multati, colligere possumus, ex omnibus ęcclesiarum diocesibus Pannonię hęc antiquitate et archiepiscopii dignitate esse primitiva creditur; quę iam multis retroactis temporibus ex vicinorum[l] frequenta[m] populatione barbarorum deserta et in solitudinem redacta nullum christianę professionis habitatorem meminit, usque dum invictissimus augustus et pater patrię, genitor quippe pii imperatoris nostri, quem adhuc superesse et diu dominari mundus exoptat, bellico tropheo eorum vires retundit. Nunc autem, quam ob rem votis exultantibus in laudem omnipotentis dei erumpimus, non solum sepe dicta sancta Lauriacensis ęcclesia hostium cessante terrore cum accolis suis pace et tranquillitate potitur, verum etiam ipsi dudum inimici illum, quem persecuti sunt more gentili, iamiam Christum baptizati profitentur et sacerdotes modo habere desiderant ac, prout rudes[n] poterunt, venerantur et ęcclesias quasdam in sua terra, quas patres incendio dederunt, posteri restaurare videntur. Hac ergo suadente ratione, quod prenominati sanctę Lauriacensis ęcclesię archiepiscopi postulatio antiqua apostolica auctoritate[o] commendatur et preterea, quod cum[p] iustum esset, pariter etiam utile visum est, ut ad fructificandas deo gentes ex novitiis cultoribus fidei Ungrorum[q] atque Marauorum sive etiam aliis multis provintiis Sclauorum[r] suę parrochię finitimis, illic ordinatis episcopis, secundum quod antiquitus dispositi erant, eis hunc constitueremus archiepiscopum. Quoniam autem Salzburgensis[s] ęcclesia metropolis abusa est subiectione sanctę Lauriacensis ęcclesię pontificii, obliterata et adtenuata sua dignitate ex devastatione barbarorum, quam propterea perceptis apostolicis privilegiis nequaquam patimur privari, cum

374. *c) ex* ‚ministerio‘ *eod. atram. corr. A.* — *d)* ‚Petri‘ *deest A.* – *e)* ‚nos‘ *deest B.* — *f)* ‚aestimabimus‘ *B.* — *g)* ‚videlicet‘ *deest B.* — *h)* ‚Vngrorum‘ *B.* — *i)* ‚y‘ *ex* ‚i *eod. atram. correcta A.* — *k) ita A et B.* — *l)* ‚o‘ *ex* ‚i‘ *eod. atram. corr. A.* — *m)* ‚frequentia‘ *B.* — *n) sequuntur 2 vel 3 litterae erasae A;* ‚prout scire rudes‘ *B.* — *o)* ‚authoritate‘ *B.* — *p)* ‚cum‘ *om. B.* — *q)* ‚Vngrorum‘ *B.* — *r)* ‚Schlauorum‘ *B.* — *s)* ‚Salisburgensis‘ *et infra* ‚Salisburgensibus‘ *B.*

[1]) *Matth. XVI, 18.*

et priora sint Salzburgensibus[s] et ideo auctoritativa, quę conditio testimonii etiam apud secularia iudicia viget et prevalet; nos vero in huiusmodi constitutione omnem calumniam atque contentionis occasionem domino adiuvante facile propulsamus, ambabus parrochiis ab invicem certis limitibus sequestratis et tamen apostolicis sanctionibus ubique stabilitis, quas nostrum est semper defendere et secundum evangelicam sententiam nichil ex eis solvere, sed adimplere: unde ergo auctoritate et potestate beati Petri, principis apostolorum, atque exemplo beatorum pontificum, scilicet predecessorum nostrorum, eandem sanctam Lauriacensem ęcclesiam eiusque rectores iam archiepiscopos amodo[u] perpetim ab omni Salzburgensis ęcclesię eiusque presulum subiectione ac ditione absolvimus et honore metropolitano sublimamus. Et sicut modernis temporibus sanctę memorię Agapitus papa terminos earundem barrochiarum[v] ab invicem distinxit,[2] sic et ipsi diffinimus ita quoque, ut sancta[w] Salzburgensis ęcclesia superioris Pannonię episcopos habeat suffraganeos, quibus usque huc sui pontifices preesse videbantur, cum tanta talique diocesi, quali hactenus in inferiori usi sunt Pannonia. Sancta autem Lauriacensis ęcclesia in inferioris Pannonię atque Mesiae regiones, quarum provintię sunt Auaria[x] atque Marauia, in quibus septem episcoporum parrochiae antiquis temporibus continebantur, suique antistites archiepiscopalem deinceps habeant potestatem cum tanta talique diocesi, quali hactenus in superiori usi sunt Pannonia. Quibus utique in preceptis insuper[y] iniungimus, ut iuxta beati Gregorii papę[z] decretum, Anglorum archiepiscopis directum, alter illorum, qui prior sit in ordinatione, ipse etiam quoad[aa] vivat prioratum teneat et in ordine. Pęnitus enim determinatis utriusque ęcclesię diocesibus omnique exclusa altercandi occasione, canonica sub districtione interdicimus, ut neuter earundem ęcclesiarum archiepiscopus invadere alterius parrochiam presumat, vel quibuscunque iurgiis aut disceptationibus super diffinitis a nobis modo rebus alter alterum solicitare[bb] audeat. His igitur sedatis venerabilem confratrem nostrum Piligrimum archiepiscopum canonicis literis munitum sedi sanctę Lauriacensis ęcclesię inthronizavimus palliumque ei secundum antiquum eiusdem ęcclesię suę usum direximus atque in provinciis Auarię[cc] et Marauię, regionum quoque inferioris Pannonię sive Mesię et in contiguis sibi Sclauorum[dd] nationibus circumquaque manentium nostram apostolicam auctoritatem et vicem exercere committimus atque delegamus: quatinus illic more antecessorum suorum, sanctę Lauriacensis ęcclesię archiepiscoporum, habeat potestatem presbyteros et episcopos ordinare atque[ee] constituere et ex predictis gentibus sua sancta predicatione parare domino plebem perfectam.

374. *t)* ,vel auctorabiliora' *addit B.* — *u)* ,ammodo' *B.* — *v)* ,parochiarum' *B.* — *w)* ,sanctę' *A.* — *x)* ,Bauuaria' *B.* — *y)* ,utique insuperni praeceptis' *B.* — *z)* ,propter' *B.* — *aa)* ,ordinatione tempore et quoad' *B.* — *bb)* ,sollicitare' *B.* — *cc)* ,Bauuariae' *B.* — *dd)* ,Schlauorum' *B.* — *ee)* ,atque' *eod. atramento eademque manu supra lineam pro ,&' genuine posito corr. A.*

[2]) *Vide num. 370.*

375.

(*FALSUM S. XIII.*)

Boleslaus II, dux Bohemorum, monasterio Břevnovensi, a se et ab Adalberto, episcopo Pragensi, iussu Iohannis XV papae constructo, amplas possessiones et reditus donat, eiusque hominibus libertates quasdam concedit, petente Adalberto episcopo. — *993 ian. 14.*

Instrumentum autographi instar manu saec. XIII med. exaratum in tabulario monasterii Břevnovensis asservatur (A). — Ibidem exstat etiam apographum confirmationi Premislai Ottakari II regis, anno 1255 mai 10 datae, insertum.

Paprocký, Diadochos l. I, pag. 347. — Ludewig, Reliquiae manuscriptorum omnis aevi diplomatum ac monumentorum VI, pag. 48, num. 27. — Ziegelbauer, Epitome hist. monasterii Brevnoviensis pag. 10 (ex A); ibid. pag. 304 (e confirmatione Sigismundi imperatoris d. Pragae 1436, sept. 13). — Piter, Thesaurus absconditus in agro seu monasterio Brzevvnoviensi pag. 134. — Pubitschka, Chronolog. Gesch. Böhmens III, pag. 100. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 101, num. 117. — Erben, Reg. I, pag. 33, num. 78. — Schramm, Reg. z. Gesch. d. Benedictinerabtei Břevnov-Braunau in Studien u. Mitth. aus d. Benedictiner- u. Cistercienser-Orden III (1882) pars I, pag. 67. — Imaginem aeri incisam dedit Dobner, Annal. Hagec. IV ad pag. 375.

Pubitschka, l. l. pag. 373 privilegium hoc spurium et saeculo XIII demum scriptum esse iudicavit. Fidem defendit Dobner, Beweis, dass die Urkunde Boleslavs des Zweyten Herzogs in Böhmen, welche in dem Archive des Klosters Brzewniov bey Prag aufbewahret wird, ächt, und unter den bisher bekannten die älteste sey, in: (Borns) Abhandl. einer Privatgesellsch. in Böhmen I, 1775, pag. 359; cf. et Annal. Hagec. V, pag. 353. Dobrowský primum (in dissertatione: Wie man die alten Urkunden in Rücksicht auf verschiedene Zweige der vaterländ. Gesch. benutzen soll. Ein Versuch über den Břewniower Stiftungsbrief Boleslaws des Zweyten vom J. 993, in: Abhandl. d. böhm. Gesellsch. d. Wiss. auf d. J. 1785, 2. Abth. pag. 178) privilegium genuinum esse censuit, postea vero saeculo XIII eadem manu scriptum esse accuratius exposuit, quae etiam regis Ottakari II confirmationem anno 1255 mai 10 datam exarasset (v. Litterarisches Magazin III Stück, 1787, pag. 174). Cuius sententiam Palacký, Dějiny[3] I, 2, pag. 395, secutus est. Simili modo etiam Schönemann, Versuch eines vollst. Systems d. Diplomatik II, pag. 118 sq. privilegium saeculo XIII medio vel exeunte scriptum esse cognovit. Quae sententia eo probatur, quod privilegium libertates et exemptiones adfert, quas a Bohemiae ducibus ante saeculum XII medium nemini concessas esse et saeculo XIII demum saepius occurrere satis constat (cf. Tomek, Dějepis města Prahy[2] I, pag. 149). In possessionibus et reditibus describendis privilegii auctor memoriis antiquis verisimillime usus est; quae autem bona iam primis monasterii initiis sint attribuenda, haud discerni potest.

⁝ In nomine sancte ac individue trinitatis amen. Bolezlaus,[a] dei gratia dux Boemorum, omnibus hanc litteram legentibus salutem in eo, qui est salus omnium. Ne res prudenter ⁝‖ geste memoriam fugiant, scriptis et testibus roborantur. Notum igitur sit universis, tam presentibus quam futuris, quod ego

375. *a)* ‚Bolezlaus' *litteris maiusculis scriptum A.*

divina inspiratione instructus pro salute anime mee omniumque pa‖rentum meorum Brevnowensi monasterio, â me et â venerabili patre domino Adalberto, Pragensi episcopo, ex precepto domini Iohannis papę laudabiliter constructo, ad sustentationem monachorum ‖ ibidem deo servientium contuli villam Brevnowa[1] nomine ante ipsum monasterium cum omni familia et terra sufficienti ac montem incultum ad meridiem tendentem â bivio quodam, in quo preciduntur molares, Schirnovnice[2] dicto, per directum usque ad Lesce et â Lesce usque ad saxum, qui est positus in via, per quam venitur ad civitatem Pragam. Villam etiam, que Wolezlawin[3] dicitur, cum omni familia ad vineas excolendas terramque sufficientem cum silva adiacente Sclachow[4] nomine et montem alium incultum â villa Tressowicz[5] tendentem usque ad villam Lubocz[6] et ipsam villam Lubocz cum silva adiacente Maleyow nomine. Villam quoque Ruzen[7] nomine cum campis et pratis ad ipsam pertinentibus et in villa Kuromirtwichc[8] tres animatores cum terra sufficienti. In civitate quoque Pragensi decimum forum et decimum denarium de iudicio et decimum hominem captivum et XXX animatores, eorumque posteritatem cum XXX areis, ad diversas officinas dispositos. Duo molendina sub ipso castro Praga et de ipso flumine Wltaue ad tria obstacula molendinorum in eodem loco. Villam quoque Nawranem[9] nomine cum hospitibus et ecclesia, ad quam de curia mea Radotyn[10] decimam de omni proventu disposui. Scochowicz[11] piscatores cum ipsa villa, cuius termini sunt Cralowa hora et duo rivuli Dubna et Sala cum flumine Wltawa et ex altera parte fluminis eiusdem â Bucownyce usque Cresmna et usque viam, que dicitur Zlapcyce. Decimam quoque de omni agricultura in Porecze[12] et de omnibus agris, qui pertinent ad Ribnyk[13] et mansum in littore fluminis Wltaue ad horreum construendum et obstaculum in eodem loco ad molendina edificanda. Lubcicich[14] silvam cum piscatoribus et terram sufficientem cum flumine â loco, qui dicitur Strabol, usque ad Podhrodce. In Pl[izne]nsi vero provincia villam Oyppernich[15] nomine et aliam Nymcyce[16] cum omnibus suis attinentiis. In Churimensi vero provincia duas villas, unam Trebestowicz prope Saczka[17] cum agris, pratis et paludibus, aliam Mracenicich[18] cum

---

375. [1]) *Břevnov a Praga versus occidentem.* — [2]) *i. e. Žernovnice.* — [3]) *Veleslavín, distr. pol. Smíchov.* — [4]) *Šlachov.* — [5]) *Třešovice, distr. pol. Smíchov.* — [6]) *Horní Liboc prope Břevnov.* — [7]) *Rusiň, alias Ruzyně, distr. pol. Smíchov.* — [8]) *Kuromrtvice, alias Kuromrtvy, villa quondam prope Ruzyně sita.* — [9]) *Vrané prope Zbraslav (Königsaal).* — [10]) *Radotín, distr. pol. Smíchov.* — [11]) *Skochovice prope Zbraslav.* — [12]) *Poříčí, vicus circum ecclesiam s. Petri in posteriori Nova civitate Pragensi.* — [13]) *Rybník, Rybníček, vicus ad ecclesiam s. Stephani in posteriori Nova civitate Pragensi.* — [14]) *Libšice, distr. pol. Slaný (Schlan).* — [15]) *Ojpernice, alias Vejprnice, prope Plzeň (Pilsen).* — [16]) *Fortasse Němčice prope Planice, distr. pol. Klatovy (Klattau).* — [17]) *Třebestovice (distr. pol. Český Brod, germ. Böhmisch-Brod) prope Sadská (distr. pol. Poděbrady).* — [18]) *Mračenice vicus quondam prope Velenky (distr. pol. Český Brod) situs.*

terra sufficienti intra silvam et extra per circuitum Crech[19] cum prato. In Chocebuz[20] ecclesiam cum duabus curiis et terram sufficientem cum monte Oztrow nuncupato. Insuper in Lutomiricensi provincia obtuli villam Heridel[21] dictam cum hospitibus et silva adiacente cum paludibus et flumin[e] Ogre usque ad Albiam et villam Wlencich[22] cum suis attinentiis. Preterea statui, ut singulis annis in dedicatione ecclesie supranominate villicus Pragensis, quisquis fuerit, CCC^{os} denarios persolvat, lapidem cere ad luminaria eidem ecclesie, tres urnas mellis, XXX^{ta} caseos, X panes. Villicus autem Pliznensis provincie in Pasca CCC^{tos} nummos persolvat, in Pentecosten CCC^{os}, in festo sancti Michahelis CCC^{os}, in Nativitate domini CCC^{os}. Constitui etiam et ordinavi, ut in omnibus theloneis per Boemiam constitutis fructus decime septimane cedat ad usum Brevnowensis ecclesie, videlicet Domasilicich,[23] Cralupech,[24] Nachlumcy,[25] Nasternicy,[26] Lutomiriciz,[27] Navsty super Albiam.[28] Super hec adposui decimum forum decimumque denarium ex omn[i] iudicio in hiis civitatibus scilicet Nazlanem,[29] in Plizeni,[30] Lutomiricich,[27] Churimi,[31] Chrudimi.[32] Placuit etiam et coram nobilibus terre firmiter decrevi, ut omnes homines Brevnowensis ecclesie ab omni provinciali iure seu lege liberi atque exempti permaneant, non ad eos pertineat oppida edificare, non pontes renovare, non alicuius potentis persone iudicio pro qualicumque causa nisi coram suo abbate astare et omne iudicium querere, nec ipsi cogantur venatores vel aliquos nobiles terre hosp[i]cio recipere, nisi hoc fiat de bona ipsorum voluntate. Reliquum firmiter constitui et concessi, ut quicquid homines Brevnowensis monasterii per aquas tocius Boemie sive per vias ad usum monachorum duxerint, ab omni iure et debito theloneario sint totaliter exempti nichil omnino cuiquam persolventes. Hanc siquidem libertatem ad petitionem honorabilis viri domini Adalberti episcopi Brevnowensi monasterio perpetuo concessam ac in scripto redactam sigilli mei appensione munivi et confirmavi, confirmatamque super aram sancti Benedicti abbatis manibus meis posui rogans, ut omnes violatores seu invasores huius privilegii ipse dominus episcopus excommunicaret;

---

375. [19]) *Kře, Kří, olim parochia sita ubi nunc silva dicitur Keřsko prope pagum Hradištko (distr. pol. Poděbrady).* — [20]) *Chcebuz, germ. Zebus, prope Štěti (Wegstädtl).* — [21]) *Hrdly ab Litoměřice (Leitmeritz) versus meridiem.* — [22]) *Lence, nunc Staré Mlýnce, germ. Alt-Lenzel, prope Ploškovice.* — [23]) *Domažlice, germ. Taus, a Plzeň versus meridiem et occidentem.* — [24]) *Kralupy Německé, germ. Deutsch-Kralupp, distr. pol. Chomútov (Komotau).* — [25]) *Chlumec arx prope vicum Chlum, germ. Kulm, distr. pol. Ústí n. L. (Aussig).* — [26]) *Třtěnice (Střenitz) ab Litomyšl versus meridiem et orientem; cf. Nejedlý, Dějiny města Litomyšle I, pag. 16.* — [27]) *Litoměřice, germ. Leitmeritz.* — [28]) *Ústi nad Labem, germ. Aussig, ab Litoměřice versus septemtrionem et occidentem.* — [29]) *Slaný, germ. Schlan, a Praga versus septemtr. et occid.* — [30]) *Plzenec Starý, quondam arx provincialis prope Plzeň (Pilsen).* — [31]) *Kouřim a Praga versus meridiem et orientem.* — [32]) *Chrudim a Praga versus meridiem et orientem.*

quod facere non obmisit. Datum per manum domini Cristani, fratris illustris ducis Bolezlai, anno gracie DCCCCXCIII, in ipsa die dedicationis[33] monasterii suprascripti. (S. P.)

Autographo appendet e filis sericis flavi et rubri coloris sigillum rotundum de cera alba confectum, cuius diametros longitudinem habet 751 mm. In sigillo expressa est imago viri sedentis, veste sinuosa induti, qui in manu dextra vexillum tenet sinistra scuto innititur. Circumscriptio: ✠ BOLEZLAVS · DEI · GRACIA · DVX · BOEMOR.

376.

(FICTUM.)

Boleslaus II, dux Bohemiae, monasterio Břevnovensi duo milia et quingentos denarios de ducatus sui reditibus quotannis solvendos donat, petente Adalberto episcopo et Anastasio abbate. — *993* —.

Litterarum exemplar exstat in Pulkavae Chron. Bohemiae, recensionis I cap. 24.

Dobner, Annal. Hagec. IV, pag. 380 (ex Ludewig, Reliquiae manuscr. XI, pag. 175). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 103, num. 118. — Erben, Reg. I, pag. 34, num. 79. — Schramm, Reg. z. Gesch. d. Benedict.-Abtei Břevnov in: Studien u. Mitth. aus d. Benedict.- u. Cisterc.-Orden III, pars 1, pag. 67 (reg.). — Damus ex editione v. cl. J. Emler in Font. rer. Boh. V, pag. 27.

Cum in monasterii Břevnovensis tabulario nullum huiusmodi litterarum indicium appareat, verba a Pulkava ipso conficta esse puto. Argumentum ad auctoris errorem revocandum esse videtur, quem ea, quae in Boleslai ducis privilegio proxime praecedente (num. 375) de villici Pragensis et Pilznensis solutione dicuntur, non recte intellexisse suspicor.

Sciant omnes Christi fideles presentis et futuri temporis, quod ego Boleslaus, gracia dei Boemorum dux, ad petitionem venerabilis Adalberti episcopi et Anastasii, abbatis Brewnowensis monasterii, de redditibus nostri ducatus, quousque mundus volvitur, duo milia quingentos denarios per diversa tempora contuli solvendos: in Pascha videlicet quingentos et in Penthecosten totidem et in die festo sancti Emmerammi, episcopi Ratisbonensis, residuum. Si quis autem hoc decretum violaverit, sciat se eternaliter dampnandum. Facta est autem hec donacio anno dominice incarnacionis nongentesimo nonagesimo tercio.

377.

(FALSUM S. XIII.)

Henricus II, Romanorum rex, monasterio Fuldensi „homines Romano quondam imperio attinentes", quos ei Ludovicus II (Germanicus) et Otto I imperator contulerunt, confirmat „una cum provincia Sarowe dicta et quadam villa

375. [33]) *Monasterii Břevnovensis dedicationem XIX kal. februarii (= ian. 14) factam esse refert Pulkavae Chron. Boh. cap. 24, Font. rer. Boh. V, pag. 27.*

sita in Thuringia Holzhus nuncupata, quae eis quidam comes de Boemenia nomine Thacholf in testamento contulit, aput ipsos eligens sepulturam“.

Fulda 1012 dec. 16.

Monum. Germaniae. Diplomata III, pag. 667, num. 518 (ex instrumento saec. XIII medio autographi instar confecto, quod in tabulario reg. Magdeburgensi asservatur). — Erben, Reg. I, pag. 48, num. 90.

378.

(FALSUM S. XIII.)

Eppo, praefectus Belinensis, Meinardo abbati et monasterio Břevnovensi villam suam Sebranice donat; quam donationem Břetislaus, dux Bohemiae, confirmat.

— 1043 —.

Apographum exstat in confirmatione Antonii archiep. Pragensis d. d. Pragae 1565 aug. 25, cuius autographum asservatur in tabulario monasterii Břevnovensis (B).

Piter, Thesaurus absconditus pag. 139. — Dobner, Monum. hist. Boemiae VI, pag. 6, num. 4 (reg). — Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 276 (ex autographo, ut dicit, membraneo appenso ducis Břetislai sigillo munito, quod nunc deperditum est, A). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 117, num. 133. = Erben, Reg. I, pag. 43, num. 107. — Schramm, Regesten z. Gesch. d. Benedictiner-Abtei Břevnov-Braunau, in: Studien u. Mitth. aus dem Benedict.- u. Cisterc.-Orden III, pars 1, pag. 68 (reg.).

Litteras has non genuinas, sed posteriore aetate scriptas esse, iam ex eo constat, quod sigillo appenso roboratae erant (vide instrumentum confirmationis supra dictum, in quo scribitur: ‚Recognoscimus ... quod ... reverendus ... Ioannes, abbas mon. Brewnouiensis obtulit nobis litteras ... a strenuo quondam milite Eppone tempore illustrissimi principis domini Brethizlai, ducis Boëmiae, exaratas ac dependente in zona membranea sigillo eiusdem principis in testimonium roboratas et firmatas‘*). Saeculo demum XIII circiter medio, cum lis inter Brunonem, episcopum Olomucensem, et monasterium Raigradense (de qua vide Emler, Regesta II, pag. 28, num. 73) orta esset, eas confectas esse mihi verisimillimum videtur.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus,[a] quod ego Eppo miles, Brachizlao[b] duce famoso[c] ducatum tenente, pro remissione peccatorum meorum villam meam Cebranice[1] nomine cum omnibus suis attinentiis, quemadmodum idem prefatus dux pro servitio meo dedit hereditario iure possidendam mihi et successoribus meis, dedi sancto Adalberto atque Benedicto et Meinardo abbati Brewnoviensis[d] ecclesie suisque successoribus et cunctis ibidem deo militantibus perpetuo tenendam. Piissimus vero dux voto animi mei benigne annuens, hanc meam donationem

378. *a)* ‚Not. — fidelibus‘ *litteris maiusculis scriptum B.* — *b)* ‚Breciszlao‘ *B.* — *c)* ‚famosissimo‘ *B.* — *d)* ‚Breunouieñ‘ *B.*

[1]) *Sebranice, distr. pol. Boskovice (Boskowitz).*

ville[e] et sylve usque ad flumen nomine Zwitavam[f] et ultra[g] montes Chanavi[h] usque ad rivulum Zabudou et montem Yzar[i] tendentem per Krennhnin[k] versus Hlum usque ad stratam publicam, sigilli sui appensione muniri precepit. Anno domini millesimo quadragesimo tertio.

Et ego Brachizlaus,[l] dei gratia dux Boemorum, charissimi militis mei Epponis oblationem cum meo[m] consensu[n] factam ob remissionem peccatorum meorum munire precepi sigilli mei impressione, cum predictus Eppo, Belinensis urbis tum[o] prefectus, proprium sigillum non haberet, quo presens privilegium perpetuaret.

379.

(FALSUM S. XIII.)

Břetislaus, dux Bohemiae, maiori ecclesiae Břevnovensi a se constructae plures villas largitur eique ob amorem et memoriam beati Guntheri eremitae circuitum suum in Prachensi provincia donat; in Moravia cellam in castro deserto, Raigrad nomine, constructam Meinhardo abbati eiusque successoribus perpetuo possidendam donat, cui immunitates quasdam concedit.

Pragae 1045 oct. 18.

Exstant duo instrumenta autographorum instar manu saec. XIII exarata, quorum primum in tabulario monasterii Břevnovensis (A), alterum in tabulario monasterii Raigradensis (A') asservatur.

Ludewig, Reliquiae manuscr. VI, pag. 51, num. 28. — Ziegelbauer, Epitome historica . . . monast. Brevnoviensis, pag. 241 (ex A). — Piter, Thesaurus absconditus, pag. 61, num. 4 (ex A). = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 285. — Dobner, Monum. hist. Boemiae VI, pag. 6, num. 5 (reg.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 120, num. 136. = Erben, Reg. I, pag. 44, num. 108 (fragm.). — Schramm, Regesten z. Gesch. d. Benedict.-Abtei Brevnov, in Studien u. Mitth. aus d. Benedict.- u. Cist.-Orden III, pars 1, pag. 68 (reg.).

Diploma falsum esse, optimo iure declarat Palacký, Dějiny[3] I, pars I, pag. 308, not. 306 et Hirsch, Jahrb. d. deutsch. Reiches unter Heinrich II, tom. II, pag. 40, not. 2; v. et Dudík, Mähr. allg. Gesch. II, pag. 231, not. 1. — Utrumque instrumentum unus idemque scriba exaravit, quem saeculo demum XIII opus suum confecisse litterarum formae manifesto demonstrant. Locus, qui de libertatibus est a Boleslavo duce concessis, spurio eiusdem ducis privilegio (num. 375) desumptus est, quod demum saeculo XIII medio scriptum est. Qua re diploma nostrum tempori aliquanto posteriori attribuendum esse, comprobatur. Atqui omnino infitiandum non est, Břetislavum ducem quasdam villas, quae in diplomate adferrentur, monasterio Břevnovensi muneri dare potuisse, sed quaenam fuerint, diiudicari non potest.

---

378. *e)* ,villae' *et sic infra* ,ae' *pro* ,e' *B.* — *f)* ,Zwitauam' *B.* — *g)* ,ultro' *B.* — *h)* ,Chanaui' *B.* — *i)* ,Ysar' *B.* — *k)* ,Krēhin' *B.* — *l)* ,Brethizlaus' *B.* — *m)* ,vero' *A (verisimillime typographi errore).* — *n)* ,consensu meo' *B.* — *o)* ,tunc' *B.*

‡ In nomine patris et filii et spiritus sancti. ‡ Notum sit omnibus christiane fidei cultoribus, quod ego Brecizlaus, dei gracia dux Boemorum,[a] ‖ maiorem ecclesiam in Brevnov in honore sancti Adalberti, Boemice gentis apostoli, ob eternum remedium anime méé parentumque meorum deo cooperan‖te construxi et eidem nomine dotis has villas cum hominibus et earum pertinentiis dedi: Smilovice,[1] Waisovice[2] et in villa Vezduhovicih[3] tres ‖ homines, Podmocleh[4] octo homines, Racovicih[5] octo homines, Bvdegosticih[6] dimidiam villam, Nvtovicih[b][7] dimidiam, Segrovicih[8] dimidiam. Quendam eciam hominem in Zlicina[9] Keien nomine cum omni posteritate sua, propter delictum[c] suspendio iudicatum, addita terra, que posteritati sue sufficeret, servituti Brevnovensis ecclesie mancipavi, et alium virum, Lvben nomine, in Crepeniz,[10] propter furtivam venationem similiter patibulo iudicatum, cum sex mancipiis eidem monasterio dedi ita, ut domino abbati et fratribus eius singulis annis quilibet illorum duodecim denarios persolvat, et porcum triennem bene pastum dent semel in anno et pernoctationes et conductum, quociens expedit, domino abbati vel nunciis ipsius. Ob amorem quoque et memoriam beati Gvnterii[d] heremite, qui me de sacro fonte baptismatis susceperat, ipsum in ecclesia Brevnovensi sepeliendo, contuli eidem ecclesie circuitum meum in Prahensi[11] provincia, has villas cum hominibus et terris, silvis et pratis continentem: Hidchice[12] et ibidem villam eiusdem nominis Hidchice[12] cum flumine, Hainv[13] et curiam Navgedci[14] cum suis attinentiis, Domarazi[15] et Kalinicih[16] duos homines, Nezamizlice[17] et Canicih[18] dimidiam villam, Crainice[19] et Scodru,[20] Dwocotloki[21] et Sivohibice,[22] Sihovice[e][23] cum flumine Otava cum molendinis et pratis, Psare[24] et Crauolusice,[f][25] Volisovice[26] et Stancovice,[27] Podmocli[28] cum

379. *a)* ‚Boemorvm‘ *A'*. — *b)* ‚Nuthovicih‘ *A'*. — *c)* ‚propter detestabile delictum‘ *A'*. — *d)* ‚Gvntherii‘ *A'*. — *e)* ‚Sihouice‘ *A'*. — *f)* ‚Cravolusice‘ *A'*.

[1]) *Smilovice prope Dobříš, distr. pol. Příbram.* — [2]) *Kvasejovice, distr. pol. Sedlčany interpretatur Orth, Topograf. slovník Čech, pag. 335.* — [3]) *Zduchovice, distr. pol. Příbram.* — [4]) *Podmokly, distr. pol. Hořovice.* — [5]) *Rakovice prope Mirovice, distr. pol. Písek.* — [6]) *Buděhostice prope Velvary, distr. pol. Slaný.* — [7]) *Neutonice, distr. pol. Smíchov.* — [8]) *Žehrovice Mšecké, germ. Kornhaus-Žehrowitz, distr. pol. Slaný.* — [9]) *Zlýčín, distr. pol. Smíchov.* — [10]) *Křepenice, distr. pol. Sedlčany.* — [11]) *Provincia denominata ab arce provinciali Pracheň prope Horažďovice.* — [12]) *Hydčice Malé et Hydčice Velké, distr. pol. Strakonice.* — [13]) *Hajná, alias Hejna, distr. pol. Strakonice.* — [14]) *Oujezd hliněný prope Horažďovice.* — [15]) *Domoraz, distr. pol. Sušice (Schüttenhofen).* — [16]) *Kalenice prope Horažďovice.* — [17]) *Nezamyslice, distr. pol. Sušice.* — [18]) *Kejnice prope Horažďovice.* — [19]) *Krejnice prope Strakonice.* — [20]) *Škudra ab Strakonice versus meridiem et occidentem.* — [21]) *Zvokotoky prope Škudra.* — [22]) *Žihobce, distr. pol. Sušice.* — [23]) *Žichovice, distr. pol. Sušice.* — [24]) *Psáře vicus quondam situs prope Rožmitál, distr. pol. Blatná.* — [25]) *Kravolusice vicus quondam prope Nezamyslice situs.* — [26]) *Volšov, alias Ulišov, ab Sušice versus meridiem et occidentem.* — [27]) *Stankov Dolní vicus praecedenti vicinus.* — [28]) *Podmokly prope Sušice.*

theloneo in Breznich.[29] In Morauia eciam quandam cellam in honore sanctorum Petri et Pavli apostolorum in quodam castro deserto, cui nomen Raygrad,[30] construxi et eam foro in proxima villa et theloneo ibidem in ponte constituto, villis eciam et silvis, fluminibus et pratis circumquaque adiacentibus sufficienter dotatam ecclesie Brevnovensi et domino Meinhardo[31] abbati suisque successoribus dedi perpetuo possidendam cum omnimoda eiusdem celle et supradictarum villarum hominum libertate, quam serenissimus proavus meus Bolezlavs,[g] quondam dux Boemie, ad peticionem sancti Adalberti, omnibus hominibus Brevnovensis ecclesie per totam Boemiam liberaliter dedit, sicut in privilegio ipsius vidi contineri, videlicet ut omnes homines ecclesie Brevnovensis ab omni provinciali iure seu lege liberi ac exempti permaneant, non edificent oppida, nec pontes renovent, nullius potentis * astent iudicio, * nisi coram suo abbate, nec recipiant venatores vel aliquos nobiles terre in domos suas, nisi voluntarie velint hoc facere. * Et quicquid per aquas totius Boemie sive per vias ad usum monachorum homines Brevnovenses duxerint, ab omni iure * theloneario sint totaliter exempti, nichil omnino cuiquam ratione beneficii persolventes. Si quis autem successorum vel heredum meorum contra donationem meam ausu temerario venire presumpserit, paternam maledictionem pro benedictione recipiat et ultioni divine ac Gehenne ignibus deputetur. Et ut mea donatio rata sit et firma, huic privilegio sigillum meum apponi precepi, presente domino Severo, venerabili episcopo Pragensi, qui desiderio meo annuens, presentibus omnibus nobilibus Boemie, donationis mee fraudatores vinculo anathematis innodavit. Datum in urbe Praga anno gracie millesimo XLV, XV kalendas novembris.

Autographo A impressum est sigillum rotundum de cera alba confectum, cuius diametros longitudinem habet 760 mm. In sigillo expressa est imago viri sedentis veste sinuosa induti, qui in manu dextra vexillum tenet, sinistra scuto innititur. Circumscriptio: ✠ BRECIZLAVS · DEI · GRACIA · DVX · BOEMOR. — *Altero autographo A' sigillum ducis de cera coloris fusci, quod eadem forma confectum est, appendet e filis sericis rubeis et flaveis.*

380.

(FALSUM S. XIV.)

Břetislaus, dux Bohemiae, monasterio sancti Iohannis in Ostrov castrum Hrádek cum omnibus ad illud pertinentibus donat eique libertates quasdam concedit. *Ostrov 1045 oct. 22.*

Superest tantum apographum saec. XIX in. „ex collectione Excell. Dni. C. K." Pelzelio per dominum de Bienenberg communicatum, quod in tabulario Musaei regni Bohemiae asservatur (B).

---

379. *g)* ‚Bolezlaus' *A'.*

29) *Březnice locus quondam ibi situs, ubi nunc est Dobrá voda (Gutwasser) prope Hartmanice.* — 30) *Rajhrad, germ. Raigern, a Brunna versus meridiem.* — 31) *1043-1089.*

Graf Kasp. Sternberg. Umrisse einer Gesch. d. böhm. Bergwerke I, Urkundenbuch, pag. I, num. 1 (C). — Erben, Reg. I, pag. 45, num. 109.

De diplomatis fide vide Sternberg l. l. tom. I, Abth. 2, pag. 15, qui diploma ante saec. XIII confectum non esse recte exponit. — Tam libertates, quas diploma adfert, quam temporis nota, in qua dies festivitate sancti designatur, diploma tempori multo posteriori attribuendum esse, demonstrant. Nonnulla, quae in diplomate leguntur, verba potius sermonis diplomatum saeculi XIV consuetudini accomodata sunt.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ut ea, que a nobis mature disponuntur, perhenniter maneant, nec ullo ausu immutari possint, et secundum apostolum ‚opus autem suum probet unus quisque et sic in semetipso tantum gloriam habebit et non in altero',[1] Brazizlaus, divina gracia Boemorum dux, notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod cum dilectus nobis abba et conventus beati Iohannis in Ostrow[2] ordinis beati Benedicti a nobis devote petierint castrum quoddam Gradek[3] nomine ad influentiam rivuli Hotunie[4] in flumine Zazoa[5] illis in perpetuam possessionem tradendum, nos itaque piis eorum precibus inclinati, non inprovide, sed sano nostrorum accedente[a] consilio, ob remedium anime nostre nostrorumque progenitorum monasterio Ostrow illud castrum Gradek, quod quondam a predecessoribus nostris e ruinis loci deserti ad custodiam aurifossorum, qui vulgo ylouci[b] dicuntur et in Ylou[c][6] habitant ibique in vicinia ab antiquo aurum de terra ylouant[d] seu decutiunt,[e] a fecibus terre separant et lavant extractum, porro progenitoribus cuiusdam Dlugomiri militis dicti Wczelye[f] pro preda et incendio, quod avus noster ipsis in guerra intulerat, in restaurationem dampni in feudum traditum ab ipsisque aliquo tempore tranquille tentum abindeque nuncupatum fuisset, post eius vero iam dicti Dlugomiri fugam in Poloniam fisco camere nostre celsitudinis obvenisset, illud posthac nunc cum omnibus pertinenciis eius predicto abbati et conventui seu monasterio ecclesie Ostrow perpetuo possidendum tradimus et assignamus; ita quidem, ut predictus abba[g] et conventus villas, agros, sylvas, pascua, aquarum decursus, flumen Zazoa, piscatores, molendina, exitus et reditus ad ipsum castrum alias spectantia et quidquid de agrorum et fundorum censibus manuperariis et carroperariis ad illud pertinet, libere et nullo obstante contradictorio perpetuo frui possint, valeant ac debeant. Addimus preterea ad circiter quatuor mansos terre inculte, fructetis tantum et arbustis occupate, ad decursum fluminis Zazoe ex utraque ripa[h] et ipso flumine usque ad infusionem ad flumen Wltauam[i] alias camere nostre spectantes cum piscatoribus et louchis[k] ibi habitantibus. Desuper

380. *a)* ‚accidente' *B.* — *b)* ‚Glowci' *B.* — *c)* ‚Glow' *B.* — *d)* ‚glowant' *B.* — *e)* ‚decuciunt' *B.* — *f)* ‚Wrzelye' *B.* — *g)* ‚abbas' *B.* — *h)* ‚rippa' *B.* — *i)* ‚Wltawam' *B.* — *k)* ‚lawchis' *B.*

[1]) *Galat. VI, 4.* — [2]) *Ostrov monasterium in fluminis Vltavae insula prope Davle situm.* — [3]) *Hrádek quondam arx nunc curia nomine Včelní Hrádek prope Jílové (Eulau).* — [4]) *Chotouňský potok.* — [5]) *Sázava, flumen, qui prope Davle in Vltavam influit.* — [6]) *Jílové, germ. Eulau, a Praga versus meridiem*

ipsum abbatem et conventum inibi in bonis huius castri ab omni servitute, que vulgo naraz et nozleh dicitur, vel quocunque alio honere perpetuo liberamus et liberos esse volumus. Nullus igitur presumat hanc nostre donationis et concessionis paginam attemptare vel infringere; qui secus fecerit, iram dei omnipotentis et eternas penas se noverit incursurum. Datum in presentia domini Seueri,[l] venerabilis episcopi Pragensis, aliorumque nobilium terre in monasterio Ostrow ipsa die sancti Seueri[l] episcopi et confessoris anno salutis MXLV.

381.

(FALSUM S. XIII.)

Břetislaus, dux Bohemiae, ecclesiam in Raihrad a se constructam in ecclesiae Břevnovensis ditionem ac potestatem perpetuam subiungit eique villas non paucas et fructus quosdam publicos donat et easdem libertates concedit, quae a Boleslavo duce quondam monasterio Břevnovensi concessae sunt.

In castro Raihradensi 1048 nov. 26.

Instrumentum autographi instar manu saec. XIII exaratum in tabulario monasterii Raihradensis asservatur (A).

Ludewig, Reliquiae manuscr. VI, pag. 55, num. 30. — Ziegelbauer, Epitome hist. . . . monasterii Brevnoviensis, pag. 275 (ex apographo inserto Caroli IV Romanorum et Bohemiae regis confirmationi, cuius autographum in monasterii Břevnovensis tabulario asservatur). — Piter, Thesaurus absconditus, pag. 138 (ex A). = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 297. — Dobner, Monum. hist. Boem. VI, pag. 6, num. 6 (reg.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 122, num. 137 (ex A) = Erben, Reg. I, pag. 45, num. 111. — Schramm, Reg. z. Gesch. d. B.-A. Brevnov, in: Stud. u. Mitth. aus d. Ben.- u. Cist.-Orden III, pars I, pag. 68 (reg.). — Imago aeri incisa, quam Piter anno 1759 conficiendam curavit, nonnullis libri eius Thesaurus absconditus exemplaribus adiuncta est. Imaginem phototypicam praebet Friedrich in Sborník prací žáků Gollových ad pag. 74.

Tam sigillum diplomati appensum quam litterarum forma manifesto demonstrant diploma non ad Břetislavi ducis tempora referri posse Vir cl. Wattenbach scriptura sola innixus diploma saeculo XII minus recte attribuit; v Dudík, Gesch. d. Stiftes Raygern I, pag. 65 not. 12. — Dudík, Mährens allg. Gesch. II, pag. 244, not. 1 saeculo XII vel XIII diploma scriptum esse censet. — Comminatio, qua diploma concluditur, ad verbum privilegio, quod Přemysl, marchio Moraviae, a. 1234 nov. 2 eidem concessit monasterio (Boczek, Cod. Mor. II, num. 250 = Erben, Reg. I, num. 862) deprompta est; idem privilegium etiam in ea re diplomatis nostri scriba imitando consecutus est, quod ultimae vocis litteras distraxit: p-o-R-c-i-o n-e-m. *Loci, qui de libertatibus est a Boleslao duce concessis, nonnulla verba Břetislavi ducis diplomati spurio, anno 1045 oct. 18 dato (v. num. 379) desumpta sunt. Qua re diploma nostrum saeculo XIII exeunte confectum esse, comprobatur. Vide Friedrich, O dvou nejst. list. kl. Rajhrad. in Sborník prací žáků Gollových pag. 72 sq. — Locorum nomina explicat Wolný, Erläuterungen des Stiftungsbriefes d. Benedictinerabtei Raygern in Mähren v. J. 1048, in Hormayr's Archiv 1826, num. 89, pag. 473 sq. Dudík, Gesch. d. Stiftes Raygern I, pag. 66, 67.*

380. l) ‚Severi' *B.*

⁑ In nomine sancte et individue trinitatis. ⁑ Brachizlaus, dei gratia Boemorum dux, omnibus Christi fidelibus, tam moderni, quam futuri temporis. ‖ Salvator noster pauper venit in mundum, sicut ipse testatur: ‚Vulpes foveas habent et volucres celi nidos, filius autem hominis[a] non habet, ubi ‖ caput suum reclinet.'[1] Cum autem religio christiane salutis, omnipotente deo auxiliante, longe lateque per universum mundum meruit ‖ solidari, extunc ecclesie Iesu Christi et patrimonia multiplicari ceperunt et crementa recipere per principes et reges et heredum successores. Quorum ego Brachizlaus esse cupiens imitator, pro remedio anime mee et parentum meorum ad honorem dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli ecclesiam in castro Raygradensi propriis sumptibus construxi, tali scilicet tenore, ut in perpetuum, tam in temporalium ordinatione, quam in omni disciplina et reverencia Brevnovensi subiaceat ecclesie. Ad consolacionem autem pauperum fratrum deo militantium, quos ibidem abbas Brevnovensis manere decreverit, villam Raygradensem[2] una cum tabernis absolute et forum et theloneum in ponte eiusdem ville ab omni extranea cotradidi exactione, villam Popowici[3] cum omnibus suis attinentiis similiter large et libere obtuli; terminus autem silve, que ipsi attinet ville, á Bobravá[4] deorsum usque ad terminum Bluchine[5] sic et flumen Zuratcha[6] ad eosdem terminos usque dirivatur. Dedi eciam villam Opatowici[7] similiter cum pratis et flumine et silva; terminus autem huius ville usque ad terminos Bluchine[5] et usque ad pontem ville proxime Vzose[8] nomine protendit. Ad hec in Brinnensi provintia decimationem frumenti ac decimi nummi et villam Obvcheri[9] cum omnibus suis appendiciis et decimam thelonei, quod brod vulgo appellatur,[10] in flumine Olzawa[11] donavi. Preterea considerans non posse sufficere fratribus in Raygrad silvas donatas ad omnem necessitatem, circuitum Domasove[12] larga benivolentia et absolute ipsis contradidi. Extenditur autem circuitus â villa[13] et rivo Bobrowa usque ad rivum Bietesca[14] et usque ad terminos Lucki.[15] In speciales vero usus fratribus in Brevnov villam Raygradici[16] simul et tabernarios in Lucka[17] constitui. Predictarum quippe villarum hominibus eandem pacem et

---

381. *a) ‚hōis' eod. atramento eadem manu superscriptum A.*

1) Matth. VIII, 20. Luc. IX, 58. — 2) Rajhrad, germ. Raigern, distr. pol. Hustopeč (Auspitz). — 3) Popovice ab Rajhrad versus septemtrionem. — 4) Bobrava rivulus, qui prope Popovice in fl. Svratka (die Schwarzawa) influit. — 5) Blučina, germ. Lautschitz, ab Rajhrad versus meridiem et orientem. — 6) Svratka, germ. die Schwarzawa. — 7) Opatovice prope Rajhrad. — 8) Vicus hic iam non exstat; situs erat in rivulo Cezava. — 9) Fortasse Ořechov Velký, germ. Gross-Urhau, distr. pol. Brno (Brünn). — 10) Theloneum hoc fortasse ibi situm erat, ubi nunc est Uherský Brod (Ungarisch-Brod). — 11) Olšava flumen ab sinistra fl. Morava (die March) ripa. — 12) Domašov a Brunna versus occidentem. — 13) Villa haec a rivulo Bobrava denominata iam non exstat. — 14) Byteška rivus, qui oppidum Byteš Velká (distr. pol. Velké Meziřičí) praeterfluit. — 15) Lůčka; vicus hic iam non exstat. — 16) Rajhradice, germ. Klein-Raigern, prope Rajhrad. — 17) Loučka, germ. Lauka, prope Rajhrad.

quietem concedo, quam dudum attavus meus, dux * Bolezlaus, ad peticionem sancti Adalberti, episcopi Pragensis, Brevnovensi monasterio concessit, videlicet ut universi homines, ad Brevnovense monasterium per totam Boemiam et Morauiam pertinentes, ab omni * lege provintiali et ab universo opere et tributo principum sint omnino liberi *. Et ut hec firmitatem perpetuam obtineant, hanc paginam donationis męę appensione sigilli mei munire decrevi. Acta sunt hec[b] ab incarnatione domini anno millesimo XLVIII. Et eodem anno celebrata est gloriosa dedicatio oratorii in castro Raygradensi in honore sanctorum apostolorum â venerabili patre nostro domino Seuero, Pragensis ecclesie episcopo sexto, VI kalendas decembris, presente me Brachizlao duce, eiusdem oratorii constructore, et domino abbate Meynhardo Brevnovensis cenobii, presente etiam filio meo Zpitigneo et Stiborio, castellano Pragensi, et Iohanne, iudice totius provincie Pliznensis, et Chv̊none dapifero et Marquardo, castellano Znoymensi et presentibus aliis quam plurimis nobilibus Boemie et Morauie. Datum eodem die per manum Hvgonis notarii in castro Raygradensi. Contradictores huius privilegii et invasores prenominate ecclesie cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, accipiant porcionem.

(S. P.)

Autographo e filis sericis flaveis appendet sigillum rotundum de cera coloris fusci confectum, quod eadem forma provectum est atque in num. 379.

382.

(FALSUM S. XII.)

Břetislaus I, dux Bohemiae, ecclesiam collegiatam Boleslaviae fundat eique villas non paucas, servos et vectigalia in Bohemia et Moravia large donat.

— — —.

Apographum in charta manu saec. XVII ineuntis scriptum in tabulario capituli metropolitani Pragensis asservatur (B).

Balbin, Epitome hist. Boh. pag. 190 (ex apographo Pessinae de Czechorod). = Rohn, Antiquitates ecclesiarum, capellarum et monasteriorum ... districtus Boleslaviensis, pag. 4—7. = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 310. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 125, num. 141. = Erben, Reg. I, pag. 47, num. 115.

Schwartz ap. Menke, Script. rer. Germanic. I, col. 2023, not. 80 diplomatis fidem in dubium vocat; cf. Dobner l. l. pag. 313. Palacký ap. Erben, Reg. I, pag. 624 privilegium suspectum, non ante saeculi XI finem compositum esse declarat. Sed immunitates, quas diploma adfert, eam quae ad nos pervenit eius formam saeculo XII non esse antiquiorem, manifesto ostendunt. — In possessionibus describendis privilegii auctor memoriis antiquis verisimillime usus est; quae autem fuerit donatio primaria, quidve sit complexa,

---

381. [b]) *‚h' eod. atramento superscriptum A.*

*accurate iam discerni non potest. Id tantum constat, capitulum Boleslaviense saeculo XIII exeunte decimas, quae ad se e provincia Znojmensi ac Bitoviensi rediissent, ad Vratislaum ducem donatorem rettulisse; cf. Palacký, Dějiny 2, I, 2, pag. 420, not. *); Emler, Reg. II, pag. 771, num. 1795. — Cosmas, Chron. Boh. lib. II, c. 13 ecclesiam collegiatam Boleslavensem anno 1046 mai 19 dedicatam esse refert (Font. rer. Boh. II, pag. 85). — Dobner l. l. diploma nostrum anno 1052 attribuendum esse iudicavit, quod Boženae ducissae mortuae diem anniversarium commemorat. Quod cum non sit genuinum, temporisque notis omnino careat, ad certum quendam annum referre non libet. — Cf. et. Zap, Stará Boleslav a kolleg. chrám sv. Václava, in: Památky archaeologické II, pag. 340 sq.; Prášek, Okres Brandejsský nad Labem, pag. 63. — Boczek l. l. pag. 127 nomina personarum et locorum ex alio quodam apographo tabularii capit. Olomucensis se correxisse affirmat, quod ab eo plane fictum esse verisimillimum est.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, sanctae scilicet et individuę trinitatis. Bracizlaus, princeps Boemorum dei gratia catholicus, suis successoribus omnibusque posteris principibus, episcopis, abbatibus, praesbyteris catholicis. Gratia vobis et pax, gaudium, caritas a deo patre et Christo Iesu. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego divina favente gratia dux Boemorum de hoc, quod Christi mihi pietas concessit possidendum, in urbe Boleslauiensi[1] monasterium construens, ubi quondam corpus almi patroni nostri Wencezlai martiris Christi ab infidelibus peremptum trium spatio annorum requievit, nunc vero deo concedente ibidem quinque corpora sanctorum fratrum servantur, pro animae meae natorumque remedio pro posse ditavi. Dedi enim villas: una vocatur Popouici,[2] secunda Prisnin,[3] tertia Zapi,[4] quarta Dreucici,[5] quinta Mlicasir,[6] sexta Dethinici[7] cum saltu, septima Drisech[8] cum torculari, cuius dimidiam partem canonicis statui. Ad quod colendum servos destinavi: de Cresenic[9] Stanek, de Lubosin[10] Castri,[a] de Podliscin[11] Swerad, de Obodr[12] Gostirad et Zlez, Cyg, Laurata. Ad portandas lagunculas[b] dedi Cusa cum tribus filiis: Ponca, Crisan, Martin. Aratores ad predictas villas dedi: Miros, Lazen, Scek, Milon, Koluua,[c] Mladek, Naglaz, Semris, Celiga, Tehna,[d] Radouan, Gosten,[e] Cuna, Cruca, Zelan, Castri,[f] Trz.[g] Tornarium scutellarum Bozetha cum filiis Dracon, Okresa, Malik, et alium, qui toreumata facit, Nema. Diaros[h] Zesak,

382. a) *genuine* ‚Casta', *sed alio atramento corr. B.* — b) *ex* ‚lagunculos' *corr. B.* — c) ‚Koluna' *B.* — d) ‚Thena' *B.* — e) ‚Costen' *B.* — f) *fortasse* ‚Casta' *corrigendum.* — g) *fortasse* ‚Teh' *corrigendum.* — h) *ita B, quod fortasse* ‚Iaros' *corrigendum est.*

1) *Boleslav Stará, germ. Alt-Bunzlau, prope Brandýs n. L. (Brandeis a. d. Elbe).* — 2) *Popovice prope Brandýs n. L.* — 3) *Přívory, distr. pol. Mělník, interpretatur Sedláček, Místop. Slovník, pag. 735.* — 4) *Zápy prope Brandýs n. L.* — 5) *Dřevčice prope Brandýs n. L.* — 6) *Mlekožiry; ubi vicus hic quaerendus sit, incertum est.* — 7) *Dětenice, alias Jetenice, distr. pol. Jičín.* — 8) *Dřísy prope Stará Boleslav.* — 9) *Křesenice; fortasse idem vicus desertus, qui alias Kříženec vocabatur et prope Záhuby in distr. pol. Jičín situs erat.* — 10) *Libušín, distr. pol. Slaný (Schlan).* — 11) *Podlešín prope Slaný.* — 12) *Obodrž prope Nové Benátky, distr. pol. Mladá Boleslav.*

Temata, Thima, Wach, Zlusen. Molendinarium Vscen. Pistores Wrac, Zmil. Cocos Ponec, Crima. Sutores[i] mardurinarum pellium: Ninos, Holec, Coluza, Cosusa. Sutorem corii Vserad. Piscatores Miley, Honika,[k] Milgost. Oppilionem Neg[l] cum filiis Goscek, Theza, Bucan. Aurificem Coiata.[m] Fabros Zauid, Castey. Cupedynarium Caica cum filiis Zbina, Kokora. Qui picarios faciant, Radey, Nesul, Milos. Qui curti cottidie inserviant:[n] Mladon, Priuic, Milowan, Milon. Tributarios mellis in villa Rounen[o][13] Sdena cum filiis Radosta, Dobros; Lubincih[14] Radisa cum filiis Platis, Predsa; Losenicih[p] Posdik, Zuest cum filio Musik; Osece[15] Mucka; Wlikoua[q][16] Bitech,[r] Reunic cum filiis Ztoian, Zezamil. Salsamentarios Iac[s] cum filiis Louata, Terek,[t] Dobrotay, Milouan; Cany cum filiis Ian, Postoy, Podpope, qui debent semper equum[u] habere in curte. Ad agenda queque negocia Quasina cum filiis Span,[v] Milata, Craiata, Climata. Scutarium, qui debet sex scuta dare, Stach. Campanarium ecclesiae Seteh. Custodes ecclesiae Poztrizine[17]: Bezdrug[x] cum filiis, Zwoiata, Zuc, Masceta cum filiis Ozrak,[y] Zkor, Rosuad. Znoicicih[18] Gormusa cum filiis Vitasa, Bogdan, Milowan, Mirota, Cerna, Necta cum filio Crazota, Dragota. Bezenez[19] Sina, qui dedit in loco sui Sinogorum Velprideh[20] cum sex filiis. Maslouicih[21] Bezded cum filiis Cana, Trebota, Bogsa. Leteceh[22] Milatha. Lubcicih[23] Sematha. Lusas[24] Boracha, Wlican, Trebeny, Ostoyka, Buka. Kozlech[25] Wsserad cum filiis. Syritih[26] Obyd. In civitate Mali, Milon cum filiis Boguza, Bach, Zkor, Rosuad. Nadubrauici[27] Dobrata cum filiis, Zbrz,[z] Dobesta, Neyapa cum filiis. His itaque dispositis, addidimus decimationem, quę pertinet ad urbem Cazlauae[28] et in pago dicto Isgorelik,[29] quae sex denariis

---

382. i) *supra lineam* ‚Pelliones' *alia, ut videtur, manus adnotavit, B.* — k) *ex* ‚Homka' *corr. B.* — l) *ex* ‚Nog' *corr. B.* — m) ‚Caiata' *B.* — n) *In margine ead. manus adnotavit:* ‚Cursores viarum' *B.* — o) *fortasse* ‚Rouuen' *corrigendum est.* — p) ‚Losemcih' *B.* — q) ‚Wlikona' *B.* — r) *ex* ‚Bilech' *corr. B.* — s) *ita B.* — t) *fortasse* ‚Tesek' *corrigendum.* — u) ‚equm' *B.* — v) *ita B.* — x) *genuine* ‚Bezorua', *sed postea* ‚o' *in* ‚d' *corr. B.* — y) *fortasse* ‚Oztak' *corrigendum est.* — z) *fortasse* ‚Zbiz' *corrigendum.*

[13]) *Roveň?; Sedláček, Místopisný Slovník, pag. 218 Hlavno Rynšovo interpretandum esse putat.* — [14]) *? Libenice prope Kolín.* — [15]) *Osek; qui vicus huius nominis hic dicatur, incertum est.* — [16]) *Vlkava prope Nymburk interpretatur Orth.* — [17]) *Postřižín, distr. pol. Slaný.* — [18]) *Zlončice, alias Znončice, distr. pol. Slaný.* — [19]) *Nomen hoc explicare nequeo.* — [20]) *Veltrusy, distr. pol. Slaný.* — [21]) *Maslovice, distr. pol. Karlín (Karolinenthal).* — [22]) *Letky, distr. pol. Smíchov.* — [23]) *Libšice, distr. pol. Slaný.* — [24]) *Lužany, distr. pol. Jičín.* — [25]) *Kozly prope Brandýs n. L.* — [26]) *Fortasse Jiřice, alias Žiřice, prope Kostelec n. L.; Žděrec, germ. Sirtsch, distr. pol. Dubá (Dauba) interpretatur Orth.* — [27]) *Doubravice prope Modletice ab Říčany versus merid. et occid. interpretatur Sedláček, Místop. Slovník, pag. 158.* — [28]) *Čáslav a Praga versus merid. et orientem.* — [29]) *Ubi pagus hic quaerendus sit, incertum est. Zhořelec, germ. Görlitz, in Lusatia superiore non esse interpretandum exponit Knothe, Welcher Ort in Böhmen ist mit dem 1052 und 1126 erwähnten Isgorelik gemeint? (in: Neues Lausitz. Magazin LXX, 1894, pag. 21 sq.)* —

solvitur ad sustentationem canonicorum ibidem deo militancium. Insuper de urbibus Zatec[30] et Boleslauia utraque[31] de omnibus quesitis et inquirendis decimum denarium. Per rura quoque ad predictas urbes pertinentia, ubicunque dominica exercentur aratra, decimum manipulum et omnium animalium, tam maiorum, quam minorum, quę per eadem rura aluntur, decimam. Quae vero sunt harum urbium, tam in longitudine, quam in latitudine, dimensa in hospitum rusticorumque turma, decimam urnam mellis tributique pacis decimum denarium persolvant. Addidimus etiam turrem dictam Lysa[32] post obitum comitis nomine Mutis. Instituimus etiam eiusdem[aa] ecclesiae canonicis de villa Zuzelic[33] annuatim refectionem, quod vulgo dicitur harmue[bb] in memoriali matris meae Bozene. Haec de Boemica terra eidem ecclesiae solvenda firmiter statuimus. In Morauia vero de urbibus Rokiten,[34] Znoiem,[35] Bethow[cc36] decimationem, quę sex denariis ab uno quoque[dd] solvitur. Damus insuper de venditione hominum decimum denarium et decimum forum per omnia loca ad predictas urbes pertinentia. In flumine vero, quod dicitur Dyga,[37] de omnibus pontibus decimum tributum. Praeter haec eiusdem ecclesiae necessariis consulentes ad restauranda aratra,[ee] si forte defficiant, ad emenda canonicorum vestimenta haec super addidimus: Olomuc[38] solvat annuatim unam marcam et duos boves, Prerov[39] unam marcam et duos boves, Spitignev[40] dimidiam marcam et unum bovem, Godonin[41] dimidiam marcham et unum bovem, Bretyzlawe[42] dimidiam marcham et unum bovem, Strahomin[ff43] mediam marcham et unum bovem, Rokicen[34] unam marcham et duos boves, Znoiem[35] unam marcham et duos boves, Brnen[gg44] unam marcham et duos boves,[gg] Pustimir[45] unam marcham et duos boves. Villas quoque dedimus has ibidem: Blatnice,[hh46] Pregnici,[47] Naluce,[48] Zonolusii,[49] Nauramie,[ii50] Dolnem,[50]

---

382. *aa)* ‚eidem' *B.* — *bb)* ‚harmuz' *eadem fortasse manus supra lineam addidit B.* — *cc)* ‚Bechow' *B.* — *dd)* ‚uno queque' *B.* — *ee)* ‚aratra' *alio atramento, sed ead., ut videtur, manu in spatio vacuo relicto additum B.* — *ff) ita B.* — *gg)* ‚Brnen—boves' *ead. manus in marg. addidit B.* — *hh)* ‚Blatinie' *B.* — *ii) ita B; fortasse* ‚Nauranine' *corrigendum est.*

[30]) *Žatec, germ. Saaz.* — [31]) *Boleslav Stará et Mladá, germ. Alt-Bunzlau et Jung-Bunzlau.* — [32]) *Lysá Stará, germ. Alt-Lissa, distr. pol. Mladá Boleslav (Jung-Bunzlau).* — [33]) *Žiželice, distr. pol. Nový Bydžov (Neu-Bidschow).* — [34]) *Rokytnice, distr. pol. Moravský Krumlov (Mährisch-Kromau).* — [35]) *Znojmo, germ. Znaim.* — [36]) *Bítov, germ. Vöttau, distr. pol. Znojmo.* — [37]) *Dyje, germ. die Thaya.* — [38]) *Olomouc, germ. Olmütz.* — [39]) *Přerov, germ. Prerau.* — [40]) *Spytihněv, germ. Spitinau, distr. pol. Uherské Hradiště (Ungarisch-Hradisch).* — [41]) *Hodonín, germ. Göding.* — [42]) *Břeclav, germ. Lundenburg, distr. pol. Hodonín.* — [43]) *Strachotín, germ. Tracht, distr. pol. Hustopeč (Auspitz).* — [44]) *Brno, germ. Brünn.* — [45]) *Pustoměř, distr. pol. Vyškov (Wischau).* — [46]) *Fladnitz prope Retz in Austria Inf. interpretatur Dudík, Gesch. Mähr. 4, pag. 181, not. 2.* — [47]) *Nomen hoc explicare nequeo.* — [48]) *Ubi villa haec quaerenda sit, incertum restat.* — [49]) *Iam non exstat aut alio nomine vocatur.* — [50]) *Ubi villa haec sita sit, nescio.*

surgustum, quod vulgo dicitur Zlup, et lacus circumiacentes simul cum luco, Mikulcice,[51] Prusy,[52] Troscotouice,[53] Drinouice,[54] Pulin,[55] Nagradku,[56] Betharintich,[kk][57] Bantich,[58] Plesitich,[59] Masouicih,[60] Sanov.[61] Ad haec firmissima nostrae auctoritatis decreta imponimus, ut quotquot homines ad predictam ecclesiam in Boemia sive in Morauia pertinent, nulli quicquam debeant in tributo, decimatione, in urbium vel pontium munitione seu caeteris servitiis, nisi tantum monasterio et praeposito, a quo regitur, teneantur.

Et ego Seuerus, dei gratia Pragensis episcopus, horum conscius et verus testis, adhibitis[ll] Meynhardo et N. et his religiosis[mm] cappellanis: Bogusud, Podyua, Mac, Bosyk et caeteris quam plurimis coram deo vivo et vero et eius terribili obtestamur iudicio et anathemate defendimus aeterno, ut nullus successorum eiusdem principis nostri Bracizlai seu aliqua persona hominis haec, quę ab eodem principe offeruntur, contradicat et decreta violare presumat. Si quis autem huius propositi violator extiterit, aeternis condemnationibus subiaceat innodatus et sanctos dei duodecim apostolos ac martyres Wenceslaum, Benedictum, Ioannem, Matthaeum, Isaac, Cristinum, confessores, virgines in presenti et in futuro adversarios senciat atque in inferno inferiori concremandus cum dyabolo et eius ministris nec non cum Iuda traditore illisque, qui dixerunt domino deo: recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, redactus in nihilum deficiat impius.

383.

(FALSUM S. XIV IN.)

Spitigneus II, dux Bohemiae, ecclesiam collegiatam sancti Stephani Litomericensem fundat magnisque muneribus donat. — — —.

Instrumentum, autographi instar manu saec. XIV in. scriptum, in tabulario capituli Litomericensis asservatur (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 134, num. 151 (reg.). — Erben, Reg. I, pag. 51, num. 124. — Frind, Kirchengesch. Böhmens I, pag. 405, num. 6. — Imaginem aeri incisam praebet Dobner, Annal. Hagec. V, ad pag. 352.

Palacký, Kritická úvaha i výklad základních listin kolleg. chrámu Litoměřického (in: Časop. Česk. Musea 1836 pag. 323 sq. = Radhost II, pag. 188 sq. = Drobné spisy II,

382. *kk) ex* ‚Bethauntich' *corr. B.* — *ll)* ‚adhibitus' *B.* — *mm)* ‚relligiosis' *B.*

51) ? Mikulčice, distr. pol. Hodonín (Göding)? — 52) Fortasse Prusy, distr. pol. Přerov (Prerau). — 53) Troskotovice, distr. pol. Mikulov (Nikolsburg). — 54) Fortasse Drnholec, germ. Dürnholz, distr. pol. Mikulov (Nikolsburg). — 55) Fortasse Polany, germ. Pollau, distr. pol. Mikulov. — 56) Hrádek, germ. Erdberg, distr. pol. Znojmo. — 57) Nomen hoc explicare nequeo. — 58) Bantice, germ. Panditz, distr. pol. Znojmo. — 59) ? Plešice, distr. pol. Mor. Krumlov. — 60) ? Mašovice, germ. Maispitz, distr. pol. Znojmo. — 61) ? Šanov, distr. pol. Znojmo.

pag. 123 sq.) hanc privilegii formam s p u r i a m *et saeculo XIII demum compositam esse declaravit; saeculo XIV ineunte cc. ann. 1319 multo magis confectam esse exposui in dissertatione O zakládací listině kapit. Litoměřické (Rozpravy České Akademie 1901). Privilegii maxima pars genuinam de fundatione ecclesiae Litomericensis memoriam et bonorum eiusdem ecclesiae conscriptionem saeculo XII exeunte confectam (vide num. 55 A et B) ad verbum fere transscribit. — Villarum nomina iam supra in num. 55 explicantur.*

Cum secundum Iob ‚vita sit hominis milicia super terram,‘[1] et secundum apostolum ‚non coronatur, nisi qui legitime certaverit,‘[2] nos tamquam milites in hoc salo mundi et ‖ in valle lacrimarum de victoria pugne ancipites, utramque auctoritatem iuxta posse sequi cupientes, legitime certarę et pellęm propelle,[a] si parvitas vite non inpediret, cuncta ‖ que in presenti vita habebamus pro anima dare disponebamus, ut in celis coronari mereremur. Inde est, quod pro modulo nostro et temporis ac nostri evi parvitate ego Sspitigneus, ‖ dux Boemorum, cum consortę thori pro remedio animarum nostrarum cogitantes, in nomine sanctę et individue trinitatis ac victoriosissimę crucis et venerabilis virginis dei genitricis Marie et beati prothomartyris Stephani omniumque sanctorum basilicam in Luthomiric construentes, tali dote studuimus insignirę: Conferimus itaque firmo et stabili perpetuoque iure possidendum quicquid ad presens hec pagina notabit eidem. Igitur in primis damus ei XIIII villas censualibus hospitibus ordinatas et ornatas servięntibus ac a r a t u r i s et bubulcis cum omnibus necessariis, silvis v i d e l i c e t et pratis. Nomina autem villarum sunt hec: Cresici, Prrna, Popovo,[b] Zassade, Trebessici, Repcici, Tinec, Malsov, Breza, Pracici,[c] Lubusevici, Hucsci, Bussouici, Hotsov. Preterea de omni arte a castris nostris et oppidis, ut ad principis decet ministerium, * virum cum uxore * filiis et filiabus usibus deputamus ecclesie. Vineas quoque duas cum vinitoribus, q u i sufficerent ad i p s a s excolendas. Similiter conferimus puellas operatrices $\overset{a}{\mathrm{XXX}}$. Iumenta centum cum pascuis; totidem oves, vaccas * $\overset{ta}{\mathrm{XXX}}$, * sues $\overset{ta}{\mathrm{LXX}}$. Hec omnia predictę tribuimus ecclesie. I n v i i s etiam d u a b u s, u n a per Hlumec, a l t e r a i n Usthi, octavam ebdomadam nobis debitam prenominate tradimus ecclesie. I n o p p i d o a u t e m, quo ipsa fundata est ecclesia, decimum forum, decimam tabęrnam et tocius nostri census decimam, tam in iudicio, quam in collecta generali eidem conferimus ecclesię. Mediam quoque partem de omni theloneo nobis debitam, tam a descendentibus, quam ab ascęndentibus per Albiam sepe dicte tribuimus ecclesie, videlicet quod dicitur homuthne, othodne, otroce, gostine, grrnecne, sitne. De forensi etiam theloneo temporę brumali, dum aqua est congelata, in sale quocumque modo aportato et in piscibus theloneum solvęndum statuimus. De vino etiam, quod ducitur superius, sive inferius, vel quibuscumque rebus emptis sive vendendis idem fieri statuimus. Quicumque autem, nobilis sive ignobilis, servus et ingenuus, grecus aut iudeus, sal s i v e alia que-

383. *a) ita C; Palacký* ‚et pellentem propellere‘ *corrigendum esse putat. — b) litterae* ‚p‘ *hasta inferior paene evanuit. — c) ultimae duae litterae* (‚ci‘) *vix legi possunt.*

[1]) *Job c. VII, 1.* — [2]) *II Tim. c. II, 5.*

cumque adduxerit, de theloneo duas partes preposito, terciam autem canonicis dandam decernimus. De magna igitur nave, tam hospitum, quam indigenarum, duas magnas mensuras, * de mędiocri unam. De parva vero, quotquod[d] sunt mensure, totidem denari persolvantur nominate ecclesie. Pro minima autem navicula XV denarii persolvantur. Porro quicumque homines nobis debent sal solvere, medietatem thelonei solvant. Addimus adhuc XII rusticos in Luthomiric, * totidem in Belina doti ecclesie. Insuper VI rusticos, qui nobis singulis annis mel solvere consueverunt, ecclesie assignamus. Primam vero clausuram sub Luthomiric tociens dicte concedimus ecclesie. Iungimus pretęrea omnibus supra dictis collectas generales, venditiones, swod, glava, narok, nedoperne, grrdost; quicquid ex hiis et talibus ad usum nostrum debet provenirę, totum libere et hilariter nostre concedimus ecclesie. Per presentem igitur paginam cunctis presentibus innotescat et futuris, quod quecumque sunt nominata et subscripta, nullus in hiis, excepto preposito et canonicis, dominari permittatur. Insuper etiam de grege iumentorum singulis annis poledrus pro tunica uni cuique canonico sit deputatus. Annualis quoque decimatio ab hominibus ecclesie nostre pertinentibus non alii nisi preposito * persolvatur. Fratribus autem in predicta ecclesia commorantibus addimus circuitum silve ante urbem cum agris eidem silve adiacentibus et podvine. De villa Secrrpi damus * hominem Zlaton nomine cum filiis et fratre ipsius ad usum ecclesię. Placuit etiam nobis ministerialium omnium nomina, in quibus villis commorentur, subnotare, ut posteri discant, quos et quare memorate tradidimus ecclesie. Igitur sive mellis solutores, sive campanarii aut sutores albi et nigri, seu etiam qualiscumque artificii homines ad usum sepe dictę ecclesie sint per nos mancipati, cunctis presentibus innotescat et futuris. * Wzassadi est * campanarius datus cum terra, Kozel vinitor cum terra, Sstoian vinitor cum terra, Ssvan vinitor cum tęrra. * Sutores quoque, ut supra dictum est, albi et nigri, fabri, carpentarii, stube calefactores. Ibidem etiam sunt * hospites quam plures. Pocraticih Dalesse vinitor cum terra, Cecen vinitor cum terra, Dras vinitor cum terra. Sytenicih Bacuka vinitor cum terra. Nabosci Mac carpentarius cum terra. Trebucicih rustici duo: Ŗozroy et fratre[d] eius Hostas cum terra. Trrnovass terra fabri, cui nomen Cis. Nucnicih Mali cum terra et aliam hbens[e] Luchoue. Kopisstech terra hospitalis ad aratrum. Ŗaduine Gostesse rusticus cum terra. Vsti Cean rusticus cum terra. Nastranem Ceacuka rusticus cum terra. Pesceass Bikut rusticus cum terra et alia Sernossieceh terra rusticalis. Liubohovass Iurata piscator cum terra. Zalezzlech Ostass rusticus cum terra et aliam habens Prossmicięh. Nadiem[f] hospitalis terra ad aratrum. Nawilkonine rusticus cum terra ad aratrum. Lucovicih Plativoy sutor niger cum terra et aliam habens Ŗadvine. Dlaskovicih Ŗozroy rusticus cum terra ad II° aratra. Hotissove hospitalis terra ad aratrum. Breniass Iacub nutritor equorum cum terra ad aratrum. In * Usti Krisan cum campo, qui dicitur Bresnik, ibidem terram hbens[g] ad aratrum. Peruc pisskator[h] cum terra *.

---

383. *d) ita C. — e) ita C; litterae ,h' arcus sub lineam eo modo prolongatur, quasi scriba ligaturam ,ḫ' imitare vellet. — f) ita C errore scriptoris pro* ,Natleni'. — *g) post ,h' scriba genuine ,a' scribere voluit, qua littera non ad finem perducta, ,b' in locum eius posuit. — h)* ,pissk' *C.*

Trrnovass Tesek custos apum cum terra ad aratrum. Kopissteh rusticus cum terra. Kostelec, Konogedi, Tribrussko, Dubraviciea dimidia villa. In provincia Bolesslavensi Hotetove Zikac faber cum terra ad aratrum. Brisac Istbesse * cum terra ad aratrum. Bozni cocus <cum terra> Damianus cum terra ad aratrum. In provincia Satcensi Hotsove Prestan campanarius cum terra ad aratrum. Lesskah Deton custos apum cum terra ad aratrum. Lubne Prauec carpentarius cum terra *. In provincia Boizienensi Drasovicih Radeh custos apum cum filio Zvoien et cum terra et omnibus ap[pendi]ciis. Siuogossici Kvetek cocus cum terra. A[d] ipsum vero castrum Lutomiric * pistores et molendinarii, quorum nomina sunt hec: Stromata, Nerad et alii quam plures. Ex hiis omnibus quicumqued iabolo suadente aliquid minoraverit, penas eternas cum ipso in perpetuum paciatur. Amen.[i]

Que autem hic articulantur, per viros catholicos eidem ecclesie sunt attributa: Groznata dędit circuitum Cesslav; Lagovicih Heinricus dux terram, quam Zdessaus dederat ei; Guelinus Pocudicih dedit terram. Pavel dal iest Plosskovicih zemu. Wlah dal iest Doleass zemu bogu i ssvatemu Scepanu sse dvema dussnicoma Bogucea a Ssedlęatv.

(S. P.)

Sigillum rotundum (diametros 74 mm) de cera alba confectum appensum est scidula membranae instrumenti ipsius exscissa. Sigillo medio conspicitur vir sinuosa veste indutus in solio sedens, qui manu dextra vexillum tenet, sinistra scuto innititur. Circumscriptio: ✠ SPITIGNEVS · DVX · BOEMOR.

384.

(FALSUM S. XII)

Alexander II papa ecclesiam Vissegradensem a Vratislavo, duce Bohemiae, conditam totius provinciae caput dici ac coli sancit eiusque praeposito, diacono, subdiacono mitrae et sandaliorum usum tribuit.

In palatio Lateranensi [1070] mai. 9.

Apographum ex Cosmae Chron. Bohemiae excerptum exstat in Libro privilegiorum eccl. Vissegradensis saec. XIV, qui in tabulario capituli colleg. Vissegradensis asservatur, fol. 3, num. I (B). — De omnibus, qui supersunt, Cosmae codicibus mss. tantum Argentinensis quondam saeculo XII ex. vel XIII ineunte et Monacensis saec. XV scriptus (C) privilegii apographum servaverunt.

Berghauer, Protomartyr poenitentiae I, pag. 212. — Mansi, Conciliorum amplissima collectio XIX, pag. 999. — Ditrich, Series praepositorum eccl. in castro Wischehrad pag. 9 (ex Cosmae editione Freheriana). — Migne, Patrolog. lat. 146, pag. 1423. — Erben, Reg. I, pag. 57, num. 137. — Jireček, Cod. iur. bohem. I, pag. 17, num. 10. — Monum. Germ. hist. Script. IX, pag. 84. — Fontes rer. Boh. II, pag. 101.

Privilegium falsum esse recte vidit Pagius, Critica hist. chronol. in universos annales ecclesiasticos IV, pag. 239 (n. 17 ad ann. 1070) et Assemann, Kalendaria eccl. universae

---

383. *i) sequitur una linea vacua relicta.*

IV, pag. 211, quam sententiam etiam alii viri docti comprobant; cf. Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 403. Privilegii conclusio Soběslavi I ducis diplomati anno 1130 dato (num. 111) ad verbum fere desumpta est. In privilegio componendo falsarius etiam iis usus est, quae canonicus Vissegradensis, Cosmae continuator, ad annum 1129 de ecclesia Vissegradensi condita memoriae tradidit (v. Font. rer. Boh. II, pag. 206). Inde apparet privilegium nostrum circiter saeculum XII medium demum vel aliquanto post confectum esse. Praeterea etiam spurium Vratislavi regis diploma (num. 387) auctori haud ignotum fuisse videtur. Ea quae Lippert, Die Wyschehradfrage, in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XXXII, pag. 213 sq. maxime privilegio nostro innisus de ecclesiae Vissegradensis fundatione disputat, nullius fere sunt momenti. Cf. Krofta, Kurie a cirkevní správa zemí českých v době předhusitské, in Český časop. hist. X, pag. 132 sq.. — Nota temporis annum quidem non indicat, sed relatio de ecclesiae Vissegradensis fundatione in duobus illis, quos supra commemoravimus, Cosmae codicibus interposita privilegium nostrum ab Alexandro II papa Vratislavo duci anno 1070 missum esse narrat.

Alexander,[a] servus servorum dei, urbis Rome episcopus et papa,[b] suis successoribus necnon catholicis[c] episcopis sancteque Romane ecclesie subiectis cunctis utriusque vite prosperitatem et apostolicam benedictionem[d] a summo deo cum omnibus sanctis. Ea, que dominus deus suam per clementiam ad augmentum apostolice sedis condonare dignatus est, ad agnitionem omnigenarum linguarum hoc sub cyrographo propagari volumus. Primum quidem misericordiam dei super nos diffusam liquide annunciamus. Boemorum dux Wratizlaus, vir christianus, fidei integerrimus amator, rebus in bellicis magnificus triumphator, quod serenissime ubique terrarum claruit, limina apostolorum Petri et Pauli honestos per nuncios quotidie[e] visitans, nos ceterosque in dei servitio devotissimos omni beneficio minime[f] preteriens, pie mentis devotione innotuit: Multa ante tempora votum deo vovi, quod adhuc nequaquam adimplevi,[g] ecclesiam in honore salvatoris nostri, cuius ubique protectione munitus, vestre pietatis auxilio edificare cupio. Dictis talibus auditis, pontificalis[h] apex ut adcresceret, sanctorum patrum numero septuaginta duorum communi consilio penitus collaudavimus.[i] Igitur ad hec perficienda Iohannem, episcopum Tusculanensem, fundamentum dare misimus, cuius in presentia ipse prefatus dux cophinos terra[k] onustatos XII propriis humeris portasse videbatur. Locus ergo, in quo est erecta, Wissegrada cognominatur, quod sonat literaliter altior civitatibus. Quam sacrosanctam ecclesiam totius provincie caput dici[l] sanximus, prediis, mancipiis, auro, argento ceterisque ornamentis decenter ditatam comperimus. Episcopi eius sub dominio suis de decimis trecentos homines ad eandem ecclesiam segregaverunt: presul Pragensis

384. a) ‚Allexander' *B.* — b) ‚episcopis et papis' *C.* — c) ‚katolicis' *B.* — d) ‚benediccionem' *B, ubi et infra semper* ‚cio' *vel* ‚cia' *pro* ‚tio' *et* ‚tia' *ponitur.* — e) ‚cottidie' *B.* — f) *genuine* ‚haud minime', *sed* ‚haud' *alio atramento deletum B;* ‚non minime' *C.* — g) ‚implevi' *C.* — h) ‚pontificalis' *om. B.* — i) ‚colaudavimus' *B.* — k) ‚terre' *B.* — l) *sequitur adhuc* ‚venerari' *C, quae vox genuine etiam in B posita, sed postea erasa est.*

ducentos, Olomucensis centum, fratrum suorum Conradi[m] et[n] Ottonis consensu. Hoc itidem asylum[o] tutamini beati Petri, principis apostolorum, cunctisque in eius sede sessuris firmiter commendavit. Marcas XII de eadem ecclesia ad pedes universalis pape, quicunque erit, omni anno offerendas sub Christi testimonio destinavit. Huius vero conditionis[p] gratia cunctis celsior in eadem regione ut videretur ecclesiis, qualicunque apparamento VII cardinales altari sancti Petri ministrare student, mitra, sandaliis, simili modo ipsius ecclesie prepositum, presbyterum, diaconum, subdiaconum incedere precipimus. Laudes, quas sub diademate[q] statutis diebus proclamare solemus, solummodo in ista ecclesia, astante[r] duce, summa diligentia Christum collaudare permittimus. Chrisma[s] baptizandi, consecrationem clericorum, episcopus loci illius, invidia diaboli[t] attactus, abnegare si presumpserit, nostri decreti iudicio apud quemlibet episcopum inveniat et accipiat, nemine autem prepediente omnem iniuriam in Romana synodo libere proclamet. Scripta istarum litterarum sigillo inpresso[u] supra venerandum corpus beati Petri apostoli posuimus maxime ea pro causa, ut si quis dei inimicus mandatorumque eius contemptor hoc divellere voluerit, sciat se ab omnipotenti deo imperpetuum condemnatum[v] ac cum cetibus sanctorum nil commune fore, sed cum diabolo[t] * inextinguibili Gehenne incendio eternaliter concremari. Data hec in manus Petri, prepositi sancti Georgii, in palatio Lateranensi sub Henrico rege, filio Henrici gloriosissimi imperatoris, VII idus maii.

385.

(FALSUM S. XII EX.)

Benno, episcopus Misnensis, notificat quendam hominem liberum, nomine Bor, natione Slavum, quinque villas suas in provincia Nisani in burgwardo Woz sitas ecclesiae Misnensi in proprium dedisse, praesentibus et collaudantibus duobus filiis eius, Wichardo et Liutgero. Quae villae cum aliis quinque ecclesiae Misnensis villis eidem Boroni dantur in feudum. — ‚Hęc facta sunt in ęcclesia Misinensi, presente rege Heinricho, . . . Wrotezlau[a] Boemiorum duce, Bolezlawo[b] Poloniorum duce‘ . . . *1071.*

Duo instrumenta in membrana manu saec. XII exeuntis scripta in tabulario regio Dresdensi asservantur (A, B).

Erben, Reg. I, pag. 57, num. 138 (fragm.). — Codex dipl. Saxoniae regiae I Hauptth., tom. I, pag. 335, num. 142; II Hauptth., tom. I, pag. 36. — Stumpf, Reg. num. 2748. — Imago autographi A lapidi incisa datur in Neues Lausitz. Magazin XXX (1853), tab. 5.

---

384. *m)* ‚Chonradi‘ *B.* — *n)* ‚et‘ *om. B, C.* — *o)* ‚asilum‘ *B.* — *p)* ‚credicionis‘ *B.* — *q)* ‚dyademate‘ *B.* — *r)* ‚vel astante‘ *B, ubi inter istas duas voces est locus rasus 25 mm continens.* — *s)* ‚Krisma‘ *B.* — *t)* ‚dyaboli‘ *et inferius* ‚dyabolo‘ *B.* — *u)* ‚impresso‘ *C.* — *v)* ‚condempnatum‘ *B.*

385. *a)* ‚Wrotczlau‘ *B.* — *b)* ‚Bolezlauuo‘ *B.*

Litteras falsas esse demonstrat Posse, Cod. dipl. Sax. I Hauptth., I, pag. 91, nota 44. Cf. etiam Meyer v. Knonau, Jahrbücher d. deutsch. Reichs unter Heinrich IV u. Heinr. V, tom. II, pag. 86, nota 83. — Vratislavum ducem anno 1071 exeunte Misnae fuisse Lamberti annales ad hunc annum commemorant: ‚Inter ducem Polenorum *[Boleslavum II, 1058—1083]* et ducem Beheimorum infestissima dissensio erat. Propter quod eos rex *[Henricus IV]* in civitatem Misene autumnali tempore evocatos durius corripuit, et ut deinceps suis singuli terminis contenti essent, nec se vicissim temerariis incursionibus lacesserent, sub obtentu regiae maiestatis praecepit; alioquin se hostem et vindicem experturus foret, qui prior alteri arma intulisset *(Monum. Germ. hist., Script. V, pag. 187).*

386.

(FALSUM S. XII.)

Vratislaus, rex Bohemiae, monasterium sancti Laurentii in Opatovice fundat eique villas non paucas et reditus donat. *— 1073 —.*

Imago phototypica instrumenti manu saec. XII autographi instar in membrana scripti (quod iam deperditum esse videtur) in collectione palaeographica c. r. universitatis bohemicae Pragae asservatur (A).

Piter, Thesaurus absconditus, pag. 193 (ex transumpto Ferdinandi nuntii apostolici anno 1420 confecto, quod olim in tabulario monasterii Aulae s. Mariae Vetero-Brunnae asservabatur, B). = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 520. — Dobner, Monum. hist. Boemiae VI, pag. 7, num. 9 (reg.). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 170, num. 191. = Erben, Reg. I, pag. 72, num. 166. — Schramm, Reg. z. Gesch. d. Abtei Břevnov, in Studien und Mitth. aus d. Benedict.- u. Cist.-Orden III (1882) pars I, pag. 69 (reg.). — Imaginem phototypicam partis autographi praebet Teige in Světozor 1896, pag. 83.

Palacký ap. Erben l. l. pag. 624 nullo argumento allato, diplomatis fidem dubiam esse adnotavit. — Annus, qui in diplomatis exordio adfertur, neque cum reliquis temporis notis neque cum regis nomine Vratislavo dato congruit. Praeterea tam scripturae formae, quam sigillum contra saeculi XI consuetudinem instrumento appensum, manifesto demonstrant diploma non esse genuinum, sed tempore multo posteriore confectum. Sigillum haud dubie ad genuini Vratislavi regis sigilli formam confectum opinionem videtur comprobare monasterium verum quoddam Vratislavi regis diploma habuisse; itaque diplomati illi maiorem instrumenti nostri partem desumptam esse, verisimillimum est. Quae autem fuerit donatio primaria, quidve sit complexa, accurate nunc statui non potest. — Quo anno monasterium Opatovicense conditum fuerit, non satis constat. Neplacho in Chron. Opatov. ad ann. 1088 adnotat: ‚Qui rex Wratislaus fuit fundator eccl. Wissegradensis et monasterii Opathouicensis, cuius monasterii fundacio miraculose contigit, prout in sequentibus apparebit' *(Font. rer. Boh. III, pag. 468). Sed in reliqua libri parte hac de re non plura dicit. Eiusdem libri epitome Vokouniana monasterium anno 1085 fundatum esse refert (Fontes III, pag. 468, nota q); cuius quidem testimonium nihili habendum est, quod temporis rationes, quas sequitur, gravissimis redundent erroribus.*

✝ Anno dominice incarnationis millesimo LXXIII°, epacta XI, concurrente III, indictione V in honore sancte et individue trinitatis ego Wratizlaus, rex Boemorum, notum ‖ facio omnibus, quod mei primatis, videlicet Miculec, cellam in

Gradcensi[1] territorio sitam, Breuniouensi[2] cenobio regulari obedientia subiectam, amodo per se subsistere et ab‖baciam vocari et esse decerno et decernendo confirmo. Hanc itaque abbatiam prelationis honore sublimatam Andreę, capellano meo, professione monacho, regulari scientia ‖ erudito, preclaris moribus insignito, habendam et regendam assigno, hoc indissolubili et inviolabili pacto, ut tam ipse, quam sui successores, non abbatem, non priorem, non aliquam predicti cenobii personam, sed me meosque successores respiciant, episcopo quoque suo secundum instituta canonum obedientiam debeant. Sed quia quęque secularia considero esse mutabilia et omnimodo transitoria, hęc mihi divina inspirante gratia pro mei incolumitate regnique mei stabilitate meorumque peccatorum remissione necnon pro parentum meorum atque antecessorum ęterna requie, meis fratribus, scilicet domino episcopo Gebehardo,[a] Ottone et Conrado, et omnibus Boemie primatibus assidentibus et communi favôre id ipsum laudantibus, predia et beneficia meo predicto monasterio sancti Laurentii hoc sacrosancto iure habenda attribuo, ut hęc non clericus, non laicus in proprios usus usurpare presumat, sed illa mea congregatio inibi perseverans in dei servitio communiter possideat et ex possessis communiter vivat. Predia itaque hęc sunt: villam Ozicih[3] cum hominibus servitute mancipatis et vinea, duos quoque vinitores, Zaba et Raten, cum posteris suis obtuli. Sciendum quoque est, ut si quis liber in possessiones eorum[b] transierit et predictas terras Opatouicih,[4] Ozicih posséderit, simili servituti sit asstrictus et absque tributo regis permaneat et servilia opera impendat. Alteram quoque villam Ozzicih[5] dictam cum universis hospitibus; villam quoque Uizocâ[6] dictam; villam quoque Bregi[c][7] et fluvium, qui ipsam circumfluit silvam et omulum, qui circa Albeam[8] repperitur. Priluche[9] villam cum hospitibus et omulum et quousque campi ipsius ville protenduntur; villam Mocossin[10] cum hospitibus; villam quoque inter Mocossin et Priluche Opatouici[11] dictam; villam quoque Zoprche[12] et circuitionem silve. Glina quoque villam, quę dicitur ad ęcclesiam,[13] ob differentiam alterius ville eodem nomine dicte[14] et circuitionem silve iuxta eandem villam usque ad fluvium Rochiteni[15] et usque ad silvam Uribete et Zdezlai. Villam quoque Nedelischi[16] ad tria aratra.

386. *a)* ‚h' *eadem manu superscr. A.* — *b)* ‚eorum' *ead. manu superscr. A.* — *c)* ‚et silvam Drahune' *addit B.*

[1]) *Hradec Králové, germ. Königgrätz, ubi Orlice in Albiam influit.* — [2]) *Břevnov prope Pragam.* — [3]) *Osice alias Vosice, distr. pol. Pardubice.* — [4]) *Opatovice inter Pardubice et Hradec Králové.* — [5]) *Osičky, distr. pol. Pardubice.* — [6]) *Vysoká nad Labem, germ. Wysoka a. d. Elbe, distr. pol. Pardubice.* — [7]) *Břehy prope Přelouč, distr. pol. Pardubice.* — [8]) *Labe, germ. die Elbe.* — [9]) *Přelouč a Pardubice versus occid.* — [10]) *Mokošín prope Přelouč.* — [11]) *Opatovice, iam non exstat.* — [12]) *Sopřč prope Přelouč.* — [13]) *Kostelec ab Nasavrky versus septentr. et orientem, distr. pol. Chrudim.* — [14]) *Hlína prope Nasavrky.* — [15]) *Rokytný potok; fortasse idem rivulus, qui nunc vocatur Žejbro.* — [16]) *Neděliště, distr. pol. Hradec Králové.*

In villa Dolaz[17] ad tria aratra. Villas in Morauia in Brnensi provintia Opatouicih[18] ad refocilationem fratrum, qui mittuntur ad colligenda fora; termini vero eiusdem ville sunt a fluviolo Liube[19] usque ad pinum, a pino usque ad publicam viam, a publica via usque ad agros eiusdem ville. Daletici[20] quoque in Uzobrno[d][21] et circuitus Olesnice,[e][22] cuius termininі[f] sunt albi lapides et ex una parte flumen Zuratca[23] et ex altera Zuitaua.[24] Fines vero ipsius silve non sunt nisi ad desertum silvarum viam habentium, quę ducit ad Boemiam. Hęc sunt beneficia prenominati cenobii: Per omnes civitates Morauie nonum forum et nona septimana ad cetera[g] collecta sive colligenda, scilicet Olomuci,[25] Preroue,[26] Brachizlaui,[27] Brenne,[28] Naiuiani,[29] Ztrachotine[30]; Naprauloue[31] tributum de ponte, sed non forum; Znoimi[32] nonum forum, nona quoque septimana de ponte; Nagradcu[33] simili modo; Rokitne[34] forum tantum; Ruzoticih[35] tributum de via; in Olzaua[36] XI septimana, in qua eodem modo de ponte concedo abbati accipiendum, quo dux et episcopus accipit. Hec igitur dona meo cenobio a me collata tam presentibus quam posteris observanda nullum inveniant finem. Predictus vero Miculec Uratizlaui[37] terram unius aratri obtulit. Tezlin, prepositus Gradcensis, terram unius aratri Platchicich.[38] Boleradus abbas dedit eidem ęcclesie terram Liubichas.[39] Geco capellanus meus villam Platimicih.[40] Ego autem addo aquam Trzteniceam[41] a Roztok[42] usque Prahouici.[h][43] Usebor quoque meus primás dedit eidem villam Lodine.[44] Si quis igitur principum successorum meorum vel quelibet persona his prenominatis meis institutis et donis obviaverit, vel irrita fecerit, iram omnipotentis dei incurrat et eius calumpnia irrita permaneat. Ego Gebehardus, dei gratia VI^tus[45] sancte Pragensis ecclesie episcopus, bannum huic

---

386. d) ‚In Uzobrno' *eadem manu supra* ‚Daletici quoque' *superscriptum A.* — e) ‚Olesnice' *eadem, ut videtur, manu in loco raso scriptum, ultima* ‚e' *superscripta A.* — f) *ita A.* — g) *ita A;* ‚et certa' *B.* — h) ‚r' *ex* ‚l' *eodem atramento corr. A.*

[17]) *Dolany, distr. pol. Pardubice.* — [18]) *Iam non exstat.* — [19]) *Lib (?); qui quidem rivus nunc alio nomine vocari videtur.* — [20]) *? Dalečín, distr. pol. Nové Město (Neustadtl).* — [21]) *Provincia denominata ab arce Úsobrno, germ. Hausbrunn, distr. pol. Moravská Třebová (Mährisch-Trübau).* — [22]) *Fortasse Olešnice, germ. Oels, distr. pol. Boskovice.* [23]) *Svratka, germ. die Schwarzawa.* — [24]) *Svitava.* — [25]) *Olomouc, germ. Olmütz.* — [26]) *Přerov, germ. Prerau.* — [27]) *Břeclav, germ. Lundenburg, distr. pol. Hodonín (Göding).* — [28]) *Brno, germ. Brünn.* — [29]) *? Ivaň, germ. Eibis, distr. pol. Hustopeč (Auspitz).* — [30]) *Strachotín, germ. Tracht, distr. pol. Hustopeč.* — [31]) *Pravlov, germ. Prahlitz, distr. pol. Hustopeč.* — [32]) *Znojmo, germ. Znaim.* — [33]) *Hrádek, germ. Erdberg, distr. pol. Znojmo.* — [34]) *Rokytnice, germ. Rottigl, distr. pol. Moravský Krumlov (Mährisch-Kromau).* — [35]) *? Rosice, distr. pol. Brno.* — [36]) *Olšava.* — [37]) *Vratislav arx provincialis quondam prope vicum Vraclav, distr. pol. Vysoké Mýto (Hohenmauth) sita.* — [38]) *Plačice, distr. pol. Králové Hradec.* — [39]) *Libčany, distr. pol. Králové Hradec.* — [40]) *Plátenice, distr. pol. Pardubice.* — [41]) *Trstenice nunc Loučná.* — [42]) *Roztoky, vicus hic iam non exstat, sed situs erat fortasse prope Sezemice (Sedláček, Místop. Slovník).* — [43]) *Prachovice, distr. pol. Pardubice.* — [44]) *Lodín prope Nechanice, distr. pol. Král. Hradec.* — [45]) *Recte VIImus.*

dono appono, ut quicunque ámodo, sive princeps, sive episcopus, sive quelibet persona supradicti gloriosissimi regis Wratizlai suorumque primatum huius sancti pacti ordinationem ruperit donumque destruxerit, anathema sit, qui institutum ecclesię irritum fecit,[i] et in die iudicii faciem domini non videat, cum Iuda et Herode, cum dampnatis et reprobis in infernum cum diabolo et angelis eius perpetuo cruciandus descendat.[k] <His vero ita peractis, qualiter divina providentia per beati Laurentii merita predicto regi de ipsius abbatię constructione sit revelatum, stilum vertamus, ut id scire clarius cupientibus dubietatis scrupulum auferamus. Quodam denique tempore, dum idem prefatus rex castrum Gradec intraret causaque spaciandi ad litus Albeę veniret, visa ibi navi eam cum sibi asstantibus intrare placuit, sicque usque ad predictum locum in eadem fluminis ripa[l] situm navigio propinquavit ibique sub serenitate cęli et tranquillitate fluminis in navi obdormivit placidumque per somnium beatum Laurencium vidit se ammonentem, ut ad litus evigilando properaret, suumque locum, prout melius posset, exaltaret, ditaret atque per isum[m] in ęternum victurus abbaciam, ut predictum est, esse decerneret et decernendo confirmaret.>

(S. P.)

Diplomati appensum est scidula membranea sigillum e cera confectum, cuius diametros horizontalis 42 mm, verticalis 45 mm sunt. Sigillo medio rex in solio sedens, dextra sceptrum tenens conspicitur. Circumscriptionis literae valde detritae oculorum aciem fugiunt. Sigilli magnitudo eiusque imago mirum in modum congruunt cum sigillo impresso exemplari B1 et B2 diplomatis spurii, quod a Vratislavo rege ecclesia Vissegradensis fertur accepisse. Utrumque igitur sigillum ad verum quoddam Vratislavi sigillum formatum esse, contendere ausim.

387.

(FALSUM S. XII.)

Vratislaus, rex Bohemiae, ecclesiam collegiatam sanctorum Petri et Pauli in castro Vissegradensi fundat eique amplas possessiones et reditus donat.

— — —

Quatuor instrumenta autographorum instar in membrana manu saec. XII et XIII exarata in tabulario capituli colleg. Vissegradensis asservantur (A, B1, B2, C).

Pontanus à Braitenberg, Bohaemia pia, pag. 70 (frgm.). — Berghauer, Protomartyr poenitentiae, pag. 208. — Hammerschmid, Gloria et maiestas... Wissegradensis ecclesiae, pag. 122. — Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 541 (ex B2). — Ditrich, Series praepositorum eccl. in castro Wischehrad, pag. 3. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 179, num. 197. — Erben, Reg. I, pag. 77, num. 175 (ad ann. cc. 1088). — Imaginem phototypicam exemplaris C praebet Šplíchal, Paměti obce Vršovické ad pag. 14.

---

386. *i)* ‚fec̄' *A;* ‚fecerit' *B. — k) Quae subsequuntur, eadem quidem manu, sed serius, iam sigillo membranae appenso, scripta sunt; memoriam hanc omittit B. — l)* ‚ripa' *ead. manu superscriptum A. — m) ita (pro* ‚ipsum'*) scriptoris errore A.*

Vetustissimum diplomatis exemplar (A) saeculo fere XII medio scriptum esse videtur, e quo aliquanto post, saeculo XII nondum finito, alius scriba exemplaria B¹ et B² descripsit. Eadem, quae haec exemplaria exaravit, manus sub finem utriusque exemplaris serius addidit: ‚Hęc sunt nomina familię — Teha cum filio'*; quae quidem verba postea etiam in infimo margine exemplaris A adscripsit. Quartum exemplar verbis* ‚Et ne armarii custos — respectum' *auctum alia quadam manu saeculo fere XIII medio ex exemplari B¹ descriptum est. — Erben diploma non quidem genuinum, sed vel e litteris rectis vel testimoniis fide dignis adhibitis contextum esse declaravit. Palacký, Dějiny³ I, 2, pag. 395 diploma saeculo fere XII medio vindicavit. Quae viri doctissimi sententia diplomate hoc cum Soběslavi I privilegio anni 1130 (num. 111) collato sane probatur; cf. Tomek, Dějepis Prahy² I, pag. 83, not. 27; Krofta, Kurie a církv. správa zemí českých in Český časop. hist. X, pag. 134 sq. Diploma nostrum his quidem verbis, ut nunc est, ante annum 1144 compositum non esse eo comprobatur, quod in illo census XII marcarum sedi apostolicae solvendus commemoratur (cf. num. 136). Sed dubitari non potest, quin in diplomate hoc componendo genuinum quoddam Vratislavi regis diploma in usum sit vocatum. Quam quidem sententiam cum alia, tum id potissimum videtur comprobare, quod sigillum diplomati impressum ad verum eiusdem regis sigillum formatum esse apparet. Quae autem diplomatis partes genuino illi privilegio desumptae sint, accurate constitui non potest.*

A.

§ In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit cunctis sancte ecclesie filiis eandem sanctam trinitatem confitentibus, § presentibus scilicet postque futuris, qualiter ego Wratizlaus, dei gratia princeps et monarcha Boemorum, ‖ ob spem remunerationis eternorum premiorum et ob indulgentiam et absolutionem in hac vita omnium delictorum quodam[a] proprię ditionis predia, iure hereditario a fidelibus et nobilibus heredibus concambiata et absque ‖ ullius contradictione taxato precio in presentia

B¹, B².

§ In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit cunctis sanctę[a] ęcclesię filiis eandem sanctam trinitatem confitentibus, § ‖ presentibus scilicet, quam[b] futuris, qualiter ego Wratizlaus, dei gratia princeps[c] et monarcha Boemorum, ob spem remunerationis ęternorum premiorum et ob indulgenciam et abso‖lucionem[d] in hac vita omnium delictorum quędam proprię ditionis predia, iure hereditario a fidelibus et nobilibus heredibus concambiata et absque ullius contradictione taxato ‖ precio in presentia mul-

C.

dedit totam terram, quam habuit in Ivnas[pp][128]. Zbigneu in Camenich[qq][129] dedit ad unum aratrum. Gotpoldvs[rr] dedit villam Metelzco[130] excepta una mansione. Cŏnradus dedit ad quatuor aratra de suo vgezd. Quod si quis ex his aliquid abstulerit, maledictus sit a deo et ab omnibus sanctis eius, et mecum et cum illis, qui hereditates suas ęcclesię dei dederunt, contendat in die iudicii habens partem cum Iuliano[ss] Apostata, qui occasione illius evangelice ammonicionis,[tt] ,qui non renuntiaverit omnibus, que[uu] possidet, non potest meus esse discipulus',[131] spoliabat cultores fidei et ęcclesias dei. Fiat, fiat. Amen. Factum est autem hoc privilegium anno ab incarnatione domini millesimo[vv] centesimo quintodecimo, indictione septima,[132] epacta vicesima tercia, concurrente quarto.

(S. I. D.)

Exemplari A sigillum bilaterale, formae rotundae, e cera fusca confectum, impressum est. In priore sigilli parte, cuius diametros 76 mm sunt, eques conspicitur in equo sedens, qui galea capiti imposita, manu sinistra scutum, dextra vexillum tenet. Circumscriptio: WLADAZAVS · DEI · GRATIA · DVX BOEMORVM. *In posteriore sigilli parte, cuius diametros 82 mm sunt, vir conspicitur sedens, veste sinuosa indutus, capite nimbo illustrato, manu sinistra scuto innixus, dextra vexillum tenens. Circumscriptionis singulae litterae defractae sunt; supersunt tamen verba:* //////DVCIS///////RICI · IN · MANV SCI WENCEZL////. *— Prior sigilli pars sine ulla dubitatione formata est ad Vladislavi III ducis sigillum, quod litteris num. 363 eidem monasterio anno 1197 datis adfixum est. Posterior pars ad Friderici ducis sigillum aliquod confecta est; ad quod etiam diplomatis spurii num. 405 sigillum revocandum est. — Sigillum, quod instrumento B1 et B2 impressum erat, deperditum est.*

390 A. *oo) ita A. — pp)* ,r' *superscr. — qq)* ,cum' *ead. manu superscr. — rr) titulus super* ,n' *paene evanuit. — ss) quae uncinis clauduntur sigillo coperta sunt.*

390 B. *pp)* ,Ivnaz' *B2. — qq)* ,Camenihc' *B2. — rr)* ,Gotpoldus' *B2. — ss)* ,Ivliano' *B2. — tt)* ,ęvangelicę admonitionis' *B2. — uu)* ,e' *ex* ,i' *corr. B1;* ,quę' *B2. — vv) ex* ,millessimo' *corr. B1.*

[128]) *Jivňany, perperam Jivany, germ. Gibian, distr. pol. Stříbro. —* [129]) *Kamenice dolní, germ. Unter-Kamenzen, distr. pol. Horšův Týn. —* [130]) *Metelsko dolní, germ. Unter-Medelzen, distr. pol. Horšův Týn. —* [131]) *Luc. XIV, 33. —* [132]) *Indictionis numerus cum anno 1115 non quadrat.*

391.

(FICTUM.)

Lotharius III rex civibus Mediolanensibus Soběslavum, Bohemiae ducem, a se devictum esse nuntiat. [1126.]

Exstat in Aurea Gemma Wilhelmi, cuius cod. ms. saec. XII in bibliotheca principis Lobkowitz Pragae asservatur.
Höfler, Böhmische Studien, in: Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XII (1854), pag. 314.
Epistolam fictam esse demonstrat Wattenbach, Über Briefsteller des Mittelalters, in: Arch. f. Kunde österr. Gesch. XIV (1855), pag. 38; cf. et. Bernhardi, Lothar von Supplinburg, pag. 82.

L.,[1] dei gracia Alamannorum rex, omnibus Mediolanensibus minoribus cum maioribus salutem cum larga benevolentia. Quoniam a legatis, quos ad nos misistis, et a nostris in Italiam directis, nobis vos esse fideles cognovimus, nostre habitudinis statum vobis significare dignum duximus. Vestrę itaque fidelitati liqueat, ducem Fridericum[2] cum fratre suo a principio nostre elationis dissensiones et insidias nobis parasse, sed consilio sapientum in fidelem et amicum a nobis esse receptum. Hoc etiam vos latere nolumus, ducem Bohemie[3] consiliis marchionis Liupoldi[4] crebra prelia nobiscum ac seva conseruisse, sed, deo miserante ac de celo nobis ministrante victoriam, virtute nostri exercitus sub pedibus nostris esse prostratum. Omnibus in pace positis, in Italiam proximo anno venire disposuimus, ut unctionem et benedictionem et imperialem coronam a venerabili patre nostro Honorio, Romano pontifice suscipiamus. Vestram itaque fidelitatem rogamus, ut nostri adventus receptum vos digne preparetis, quoniam privilegia, que a predecessoribus nostris et presertim ab auguste recordationis Heinrico habuistis, vobis indulta sunt servare.

392.

(FICTUM.)

Henricus (Superbus), Bavariae dux, Lothario III imperatori suum erga eum obsequium asseverat eumque rogat, ut antequam Italicum iter ineat, cum Friderico, duce (Suevorum), pacem componat. Addit: „Hoc autem inde premoneo, ut ducem Boemiae[1] et filios marchionis Theubaldi[2] quam primum inveniatis et eis benivolum vos ostendatis et magis etiam in illis quam in me ipso[a] habere demonstretis. Fridericus namque illorum consiliis magis quam alicui mortalium acquiescet." [1132.]

391. [1]) *Lotharius III.* — [2]) *ducem Sueviae.* — [3]) *Soběslavum.* — [4]) *Leopoldi III, march. Austriae.*

392. [a]) *post hanc vocem* ‚fidem' *addendum esse putat Wattenbach.*
[1]) *Soběslavum I.* — [2]) *de Vohburg.*

Exstat in cod. ms. saec. XII vel XIII ineuntis bibl. c. r. aulicae Vindobonensis num. 2507 fol. 37 (B).

Kortüm in Schlosser's u. Bercht's Arch. f. Gesch. u. Litt. II, pag. 369. — Wattenbach, Iter Austriacum, in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XIV, pag. 73, num. 10.

Epistolam non esse nisi d i c t a m e n f i c t u m, recte docuit Wattenbach l. l. pag. 46 sq.; cf. ibid. pag. 50. — De tempore vid. Jaffé, Gesch. d. deutsch. Reiches unter Lothar dem Sachsen, pag. 118.

393.

(*FALSUM S. XIII ?*)

Soběslaus I, dux Bohemiae, ecclesiae Vissegradensi nova quinque canonicorum beneficia addit eique capellam sancti Laurentii et hospitale sanctae Mariae donat. — — —.

Apographum insertum est confirmationi Venceslai I, regis Bohemiae, anno 1251 iun. 4 datae, cuius autographum in tabulario capituli colleg. Vissegradensis asservatur (B).

Hammerschmid, Gloria et maiestas . . . eccl. Wissegr. pag. 145. — Erben, Reg. I, pag. 99, num. 220.

Diploma qua nunc est forma, Soběslavi I ducis temporibus attribui non posse, imprimis eo comprobatur, quod censum XII marcarum pontifici Romano quotannis solvendum commemorat; quem ab Lucio III papa anno 1144 demum ecclesiae Vissegradensi impositum esse scimus (v. num. 136). — Erben l. l. nullo argumento adducto, diploma anno fere 1135 adscripsit. — Vide etiam Tomek, Dějepis m. Prahy I2, pag. 86.

‖ Notum sit omnibus ecclesie filiis, presentibus quam futuris, ‖ quod ego Zobezlaus, dux Boemorum qualiscumque, ob spem remunerationis eternorum premiorum et ob indulgentiam et absolutionem delictorum meorum necnon ducis Boriuoy et ducis Vladizlai atque Bolezlai, fratrum meorum, ad honorem dei et eius genitricis semperque virginis Marie et sanctorum apostolorum Petri et Pauli beatique martyris Adalberti necnon omnium sanctorum ecclesie Wissegradensi, quam pro remedio anime sue pater meus construxit, rex Vratizlaus, appono quinque prebendas, quibus investiti quinque canonici cum duodecim a patre meo constitutis invigilent die noctuque orationibus pro predictorum principum animabus. Sed ne auctio prebendarum agravet dignitatem, quam didici a maturis istius provincie magnatibus celsiorem dictam prepositorum, addo a moneta marcam, in curia decimum denarium, decimum bovem, decimum manipulum, decimum famulum vel famulam. Addo etiam capellam beati Laurentii[1] cum omnibus appendiciis ad solvendum per singulos annos Romano pontifici censum, scilicet a pascha duodecim marcas boemice monete usque ad ascensionem.

393. [1]) *In monte Petřín (Laurenzberg) Pragae.*

Appendicia autem prefate ecclesie hec sunt: villa Holecs[2] cum aratro et cum hospitibus, XII marce a tributario Rokitnense,[3] de venditione provincie Dreuics[4] decimus denarius, decimus bos, decimus manipulus. A collectore porcorum, qui dicitur masnik, quisquis sit, decima salis trussa, que sclavice dicitur krosna. Sex hospites sub monte Petrino W traunice.[5] A cellario[a] sex urne mellis, a villico quatuor modii farine et porci tres, arietes tres. Et ne ad inanitatem elemosina patris mei redigeretur, atribuo etiam hospitale sancte Marie[6] beatorum apostolorum ecclesie, in quo volo et statutum confirmo, ut una quaque die preter advenientes reficiantur duodecim pauperes. Que si ambiciositate vel ingluviei superfluitate per quot[b] tempora fuerit subtracta, prepositi pro tot temporibus innodati vinculo peccati deo omnipotenti respondeant in die iudicii. Ad prefatum autem hospitale pertinent ista: Trubine[7] terra ad tria aratra cum duobus aratris, VI vacce, X scrophe; aratores autem servi Dobrocek cum filiis et filiabus, Crinek cum filiis et filiabus, Krztata cum filiis et filiabus, Ropraht cum filiis et filiabus, Gostata cum filiis et filiabus. Csekouicih[8] duo aratra cum aratoribus nomine Podoba cum filiis et filiabus, Zuogboh cum filiis et filiabus, Veztik cum filiis et filiabus, Sedlata cum filiis et filiabus. Bucularius Gozten[c] cum filiis et filiabus. Manses VIIII, oves centum, vacce VI. Brtzaz[9] terra ad duo aratra. In curia hospitum mercatorum tercius nummus. De uno quoque castro a villicis per totam Boemiam pauperibus annuatim XII paria cottorum, XII paria pellium, XII paria tunicarum, caligarum, subtularium,[a] cirotecarum, XII cinguli cum cutellis vaginatis et marsupiis. De uno quoque castro ab aviis tocius Boemie XII paria kamisiarum, braccarum, succorum. In foro lignum de uno quoque plaustro. Locus ad tres molendinos usque ad insulam fluvii cum molendinario nomine Milics. Familia autem ecclesie hec est: Ceraua filia Bodobe cum filiabus, Hinica cum filiabus, Bolemila filia Ugronis cocci cum filiabus, Mislna cum filiabus, Vlastica cum filiabus, Quazata, Quetata.

394.

(FICTUM.)

Albrechtus (Ursus), marchio Brandenburgensis, a Soběslavo I, duce Bohemiae, auxilium contra Henricum, ducem Bavariae et Saxoniae, petit.

[1139.]

393. *a) ita B. — b)* ,quod' *B. — c) eodem atramento ex* ,Gosten' *corr. B.*
[2]) *Koleč, distr. pol. Slaný (Schlan). —* [3]) *Rokytensko antiquum provinciae Raconicensis nomen. —* [4]) *Dřevicko, provincia denominata ab arce Dřevíč, quae prope Kozojedy, distr. pol. Louny, sita erat. —* [5]) *Trávník, locus quondam in Minori civitate Pragensi. —* [6]) *Apud ecclesiam s. Mariae in Týn Pragae. —* [7]) *Trubín prope Beroun, distr. pol. Hořovice. —* [8]) *Čachovice prope Nové Benátky, distr. pol. Mladá Boleslav (Jung-Bunzlau). —* [9]) *? Břežany, distr. pol. Kolín; Brtčany interpretatur Erben in indice Regestorum.*

Exstat in Codice epistolari Reinhardsbrunnensi saec. XII, qui in bibliotheca Pommersfeldensi asservatur (A).

Höfler, Fränkische Studien III, in: Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. V (1850, tom. II) pag. 53, num. 64. — Sudendorf, Registrum II, pag. 126, num. 45. = Erben, Reg. I, pag. 101, num. 225.

Epistolam hanc et proxime sequentem non nisi dictamina ficta esse optimo iure docuit Wattenbach, Über Briefsteller des Mittelalters, in: Arch. f. Kunde österr. Gesch. XIV (1855), pag. 58. — De tempore, ad quod epistolae materia referenda sit, vide Annal. Saxo ad ann. 1139 in Monum. Germ. hist., Script. VI, pag. 776 et 777.

Gloriosissimo Boemiorum duci[1] Saxonum marchio[2] salutem et intimum dilectionis affectum. Iam pridem omni morum vos probitate et erga amicos perpetua fidelitate adornatum sciens, speciali me vobis amore gaudeo iunctum vosque finetenus mihi fidem ac dilectionem servaturum non dubito. Nunc ergo, quia contra Saxonicum ducem[3] in cottidiana expeditione me positum quis eventus sequatur nescio, quatinus militum mihi turmas in auxilium[a] mittatis hocque vobis equa lance, cum locus fuerit, a me recompensandum putetis, iterum atque iterum rogo.

395.

(FICTUM.)

Soběslavus I, dux Bohemiae, Albrechto, marchioni Brandenburgensi, copias auxiliares contra Henricum, ducem Bavariae et Saxoniae promittit.

[1139.]

Exstat in Codice epistolari Reinhardsbrunnensi saec. XII, qui in bibliotheca Pommersfeldensi asservatur (A).

Höfler, Fränkische Studien III, in Arch. f. Kunde österr. Geschichts-Qu. V (1850, tom. II), pag. 53, num. 65. — Sudendorf, Registrum II, pag. 127, num. 46. = Erben, Reg. I, pag. 101, num. 226.

Dictamen fictum; cf. epistolam proxime praecedentem.

Responsio. Legationem vestram solita nobis erga amicos clementia consternato animo suscepimus vosque iniqua fortuna laborare dolemus. Sed hanc quia cecam novimus indignisque modis nunc his, nunc illis, et adesse et abesse scimus, cum armatam manum, ut petistis, in auxilium vobis miserimus, ipsam quoque ludemus et auspice rerum omnium creatore, propulsis hostibus, pristinam vobis dignitatem restituemus.

---

394. *a)* ‚axilium‘ *A.*

1) *Soběslavo I.* — 2) *Albrechtus Ursus.* — 3) *Henricum Superbum.*

396.

(FALSUM S. XII.)

Vladislaus I, rex Bohemiae, monasterio ordinis Cisterciensis in Plasy a se condito villas, quarum nomina adferuntur, servosque donat.

—1146 aug. 5.

Instrumentum autographi instar manu saeculi XII exeuntis in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Sartorius, Cistercium bis-tertium (Pragae 1700) pag. 999 [ubi plura omittuntur]. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 302 (ex apogr. anno 1614 confecto). — [Riegger] Beytrag z. Diplomatik v. Böhmen: Des Kl. Plass Stiftungsbrief, in: Arch. f. Gesch. u. Statistik, insbes. v. Böhmen I (1792), pag. 668. — Erben, Reg. I, pag. 118, num. 265. — Scheinpflug, Materialien z. Gesch. v. Plass, in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII (1874), pag. 56, num. 1 (reg.). — Scripturae specimen aeri incisum praebet Riegger l. l. tab. VIII ad pag. 670.

Riegger l. l. pag. 671 sq. diploma spurium esse demonstravit. Sed neque contextus neque argumentum eius plane commenticium esse videtur. Sigillum enim, quod olim diplomati appendebat, haud dubie ad verum Vladislavi II ducis sigillum confectum est. Qua re facile adducimur, ut monasterium Plassense verum quoddam eiusdem principis diploma habuisse credamus, quod temporibus ante dignitatem regalem ei concessam vindicandum sit. Quam quidem sententiam haec in diplomatis dorso, manu saec. XIII exeuntis scripta adnotatio confirmare videtur: ‚Aliud privilegium fundatoris incliti Wladezlay regis secundi Bohemorum.‘ *E genuino, quod diximus, Vladislavi ducis diplomate maiorem instrumenti spurii partem depromptam esse nostro iure suspicamur. Quod quantumque autem sit desumptum, statui non potest. — Monasterium iam duos annos ante conditum esse „Tabula abbatiarum ordinis Cisterciensis“ in cod. ms. Monacensi lat. 24022 annotat:* ‚Anno domini 1144 abbatia Plassensis vel Plaz, dioc. Pragensis, Morimundi proneptis, Ebrach neptis, et filia Lanckheim.‘ *Chronologia ap. Manrique, Annal. Cistercienses, conventum VIII kal. aprilis 1145 in monasterium immigrasse dicit. Vide Winter, Die Cistercienser des nordöstl. Deutschl. I, pag. 330.*

Cum omnes in Christo pie viventes debito divini precepti teneantur, ut pauperes eius et maxime eos, qui, spreta omni terrena ambitione, ardentiori desiderio amori dei adheserunt, fove‖re, amplecti atque manu tenere debeant, specialiter tamen convenit eis, qui ex dei largitate diviciis, honoribus ac dignitatibus pre ceteris in hoc mundo locupletati et adaucti sunt, ‖ huiusmodi viros splendore sanctę vitę nitentes, devocione bonę conversationis probatos, ad laudem divini nominis congregare et per eos misericordiam dei implorando veniam peccatorum sperare. ‖ Unde ego Wladizlaus, gratia dei Boemorum rex, cum socia thori mei Gerdrude sub obtentu indulgentię peccatorum simulque desiderio salutis eternę accensus, quosdam fratres, viros probatę et sanctę conversationis, fidei non fictę cultores, a sancta matre eorum ecclesia Lancheimensi[1] pia cordis

396. [1]) *Langheim, in Bavaria, Oberfranken, districtus Lichtenfels.*

devot[i]one invitavi et ut terram[a] Boemię sanctitatis necessaria cohabitacione illustraretur, sustentaretur et boni odoris aromatibus perfunderetur, devotissima peticione obtinui. Cunctis itaque vere fidei cultoribus, tam futuri, quam presentis temporis notum facio, quod prenotatis fratribus, tam ipsis, quam eorum successoribus, quoddam patris mei predium, quod Plaz[2] vocatur, cum omnibus suis attinentiis perpetuo iure possidendum contradidi. Ut autem habundantiori temporalium sufficientia adiuti, securius expeditiusque deo servientes continuis orationibus vacarent, infra notatas villas cum omnibus appendiciis eisdem dei famulis addidi, quarum nomina sunt hec: Kaznev[3] cum suis appenditiis, Vrasni[4] cum suis appenditiis, Zechutici[5] cum suis appenditiis, Nebrisini[6] cum suis appenditiis, pro cuius tercia parte, quia ad episcopium Pragense pertinuit, villam meam Ssupam[7] nomine, iuxta Rokezan[8] sitam, episcopo Pragensi contradidi. Dacin[9] partem salis de theloneo. Prage in Petrin[10] vineam et duos vinitores cum possessione sua, in Mothos[11] Cecin hominem cum possessione sua et X hominum servitia ad dotem ecclesie pertinentia, Lechet hominem cum possessione sua. Potestatis meę quoque et domini Pragensis episcopi Ottonis auctoritate hoc idem confirmo, quatenus has prefatas possessiones, quas iuste et canonice ad usum deo militantibus dedi, sed et alias, si quas deinceps daturus fuero, vel si quis successorum meorum seu aliorum fidelium quelibet bona eis contulerit, ipsi et qui post eos successerint, firma et illibata possideant. Quod si qua in posterum ecclesiastica secularisve persona hanc meę donacionis dotem sciens instinctu diaboli violare vel aliter, quam contra[a] eorum voluntatem, immutare temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, ecclesiasticę districtioni et eternę dampnationi se subiacere noverit. Facta sunt autem hec anno dominicę incarnationis millesimo CXLVI, epacta VI, concurrente I, indictione XI, anno vero ducatus mei V. Hii sunt testes, qui presentes fuerunt, quando dominus abbas Plazensis recepit villam, que vocatur Teskoy[12] ab Ottone: dominus Geruasius prepositus et cancellarius, Martinus nepos eius, Laurentius, Sanctinus, Michahel, Uenantius, Růdolfus, Heinramus iudex de Plizen, Rudolt senior de Claderub, Winter miles, Willehardus frater eius, Marquardus de Nouo castro, Boguhual villicus regis.

Datum per manum domini Gervasii, Wissegradensis prepositi et cancellarii, nonis augusti.

(S. P. D.)

396. *a) ita A.*

[2]) Plasy, germ. Plass, distr. pol. Kralovice. — [3]) Kazňov, germ. Kasniau, a Plasy versus meridiem. — [4]) Vražný a Plasy versus occidentem. — [5]) Sechutice, quondam villa, nunc curia araturae prope Hádačka et Výrov, distr. pol. Kralovice. — [6]) Nebřeziny, germ. Bruck, a Plasy versus merid. et orientem. — [7]) Stupno horní, distr. pol. Plzeň (Pilsen). — [8]) Rokycany, distr. pol. Plzeň. — [9]) Děčín, germ. Tetschen, ab Litoměřice (Leitmeritz) versus septemtrionem. — [10]) Petřín, germ. Laurenzberg. — [11]) Motoly, distr. pol. Smíchov. — [12]) Čížkov prope Blovice, distr. pol. Plzeň.

Sigillum diplomati in membranae scidula quondam appensum nunc non exstat. At imaginem saltem „Lapis sepulchralis fundatoris . . . monasterii . . . de Plassio“ (ms. tabul. Musaei regni Boh.) pag. 17 et Pubitschka, Chronol. Gesch. Böhmens IV Th., tom. I, pag. 312 servaverunt. Quae quidem imago, licet perperam sit confecta minimeque accurata, tamen sigillum diplomati quondam adfixum ad eandem formam atque sigillum diplomatis num. 157 revocandum esse, verisimile facit. Cf. Dobner l. l. pag. 303 not. q.

397.

(FICTUM.)

Fridericus I, Romanorum rex, cum Henrico, duce Saxoniae, conqueritur Bohemorum ducem curiam suam contempsisse. *[1152 post mai.]*

Exstat in Codice epistolari Reinhardsbrunnensi saec. XII fol. 41v, qui in bibliotheca Pommersfeldensi asservatur (A).

Höfler, Fränkische Studien III, in: Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. tom. V (1850, pars II), pag. 56, num. 75. — Sudendorf, Registrum II, pag. 129, num. 50. = Erben, Reg. I, pag. 129, num. 289. — Cod. dipl. Saxoniae regiae, I Hauptth., tom. II, pag. 260, num. 374 (perperam ad ann. 1170).

Epistolam non nisi dictamen fictum esse, merito declaravit Prutz, Kaiser Friedrich I, tom. I, pag. 40, not. 2; vide etiam Wattenbach in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XIV, pag. 57 sq.

Dei gratia Romanorum rex[1] Saxonico duci[2] salutem et gratiam. Quoniam te mihi semper fidum cognovi, placuit iniuriam nostrę potestatis tuę patefacere dilectioni, qua Boemiorum dux[3] curiam nostram[4] contempsit, neglector existens imperialis ędicti. Igitur habita curia, consultis regni primatibus, regiam in hoc iniuriam vindicabo, nisi forte tui causa, quia te affinem sibi et amicissimum scio, aliquid de censura ęquitatis relaxavero.

398.

(FICTUM.)

Ludovicus II, landgravius Thuringiae, Fridericum I, Romanorum regem, rogat, ut praedium, pro quo nuper eum adiit, sibi donare velit. Contra Bohemiae ducem ei assistere promittit. *[1152.]*

Exstat in Codice epistolari Reinhardsbrunnensi saec. XII, qui in bibliotheca Pommersfeldensi asservatur, fol. 42 (B).

---

397. [1]) *Fridericus I.* — [2]) *Henrico Leoni.* — [3]) *Vladislavus II.* — [4]) *Scilicet illam, quae habita est Merseburgae anno 1152; vid. Alberti Stadensis Chron. ad h. ann.; cf. etiam Vincentii Prag. Chron. ad ann. 1154 in Font. rer. Boh. II, pag. 421.*

☩ In nomine sancte et individue trinitatis. ☩ Ego[a] Wladizlaus dei gratia Boemorum rex secundus[a] omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, in perpetuum. Ad hoc regni cura nobis a provisore omnium bonorum deo concessa est, ‖ ut[b] sanctam religionem studeamus modis omnibus propagare et loca venerabilia cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius confovere, quatenus nullis pravorum hominum inquietentur molestiis vel importunis fatigentur angariis. Eapropter ecclesiam Lutomislensem,[1] in qua regulares canonici divino mancipati sunt obsequio, sub sancti Wencezlai et nostra protectione suscipimus et presenti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quęcumque bona, tam Brecizlai loci illius ‖ fundatoris, vel Sobezlai eiusdem loci amplificatoris, quam aliorum dei fidelium dono vel concessione possident, aut in futurum iuste et canonice poterunt adipisci, firma eis eorumque successoribus et illibata permaneant. Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem ęcclesiam temere perturbare aut eius bona seu possessiones auferre, retinere, minuere vel quibuslibet molestiis fatigare. Quod si qua ęcclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque dignitate[b] careat et episcopo sit potestas a sacro corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi eam alienandi. Cunctis autem eidem ecclesie iusticiam servantibus et hic fructum bone actionis et in futuro premia ęterne pacis retribuantur. Amen. Huius vero confirmationis nostrę testes sunt: fratres mei Theobaldus et Heinricus, filii quoque mei Fridericus[c] et Zuatopluc, Daniel episcopus Pragensis, Iohannes episcopus Morauiensis, Geruasius cancellarius et prepositus Wissegradensis, Olricus prepositus Pragensis, Iurata prepositus Melnicensis, Paltnir[2] Sacensis, Domazlau archidiaconus Pragensis, Peregrinus Curimensis, Slauon Gradicensis, Othmar Bolezlauensis, Bertholdus de Rudnic, Dethleb de Behin, Budilou castellanus Pragensis, Bznata Wissegradensis, Iarogneu Satcensis, Nemoy de Netolic, Drisizlau de Plzen, Sdezlau de Curim et alii quam plures. Heę autem sunt donationes loci illius: Dux Brecizlaus dedit villam Secri[3] cum duobus aratris et duobus aratoribus. Restoceh[4] dedit fabrum nomine Mucek cum filiis et filiabus. Nadubraunici[5] dedit equas indomitas cum pascuis et custodibus earum et Iwan et Dobrach. Pistorem nomine Ian, cuius filius Nemoy postea pro redemptione suimet emit servum nomine Valdic[d] cum uxore et filiis et filiabus. Dedit etiam predium Nedosine[6] cum apibus et custode earum nomine Zouol cum filiis et

399. *a)* ‚Ego—secundus' *atramento magis distincto, sed eadem manu scriptum.* — *b) fere illegibile.* — *c) litterae* ‚eric9' *iam fere evanuerunt.* — *d) nomen fere illegibile.*

1) Litomyšl, germ. Leitomischl, ad fl. Loučná ab Chrudim versus meridiem et orientem. — *2) Recte Adalbertus.* — *3) Seč vidlatá prope Litomyšl.* — *4) Řestoky, distr. pol. Chrudim.* — *5) Doubravice, distr. pol. Pardubice.* — *6) Nedošín prope Litomyšl.*

filiabus. U gradisci[7] dedit duos piscatores Wec et Zoretam cum omni prole sua. De moneta dedit ducentos denarios omni sabbato accipiendos. De porta terrę, que dicitur Natrstenici,[8] dedit sal ungaricum, omulum quoque per totum Grutou[9] colligendum. Constituit etiam, ut si quis quamcumque feram in territorio illo ceperit, partem carnium eius ęcclesię illi solvat, et qui non solverit, trecentos nummos castellano, bovem vero ęcclesia habeat. Hinov[10] singulis annis dedit quatuor boves, duas vaccas et quatuor oves, pro quibus omnibus ego Wladizlaus rex postea rogatu pauperum illa scilicet persolventium constitui mille et quingentos nummos accipiendos. Dux Sobezlaus dedit villam Crecouice.[11] Ego etiam rex Wladizlaus dedi predium meum Repine[12] et terram Lutomisli, deiectis inde hominibus. In villa autem Lozic[13] dedi, quicquid vel Sdico episcopus emerat, vel quod homines vim castellanorum ferre non valentes, desertum reliquerant. Terram etiam, quam pater meus ioculatori suo nomine Dobrete in villa Zalasaz[14] dederat, ego illi ęcclesię contuli. Uxor autem mea nomine Gertrudis dedit duas villas Kolodege[15] et Rikouice[16] et terram in villa Lepeiouic[17] ad Tinec[18] pertinentem, ubi postea abbas Iohannes emit terram a comite Cazlau. Idem etam[e] abbas emit terram in villa Trizcouici,[19] in qua quidam homo Modlata cum filio suo nomine Petro, veniens in ęcclesiam supradictam ad conversionem, dedit terram suam. Dux Otto dedit in Morauia tres villas: Pametice,[20] Wasan[21] et Richouiee.[f][22] Comes Bauor dedit villam Iwanouice[23] et omnes villas suas, quas habuit in Morauia pter[g] unam, quam dedit nepoti suo Dlugomilo. Petrus filius Lubmani dedit villam suam Nabucine.[24] Ianek miles dedit predium suum, quod vocatur Naujezdci,[25] et terram, quam emit a Prauota. Paulus filius Pabes dedit terram Naksacigore.[26] Zobežlauec agazo dedit predium Lutosicih,[27] ubi reliquum

399. *e)* ,eta' *A.* — *f) genuine scriba* ,Richouie' *posuit, postea tamen lapsum corrigere volens alteram* ,e' *addidit; sed primam* ,e' *in litteram* ,c' *corrigere oblitus est.* — *g) titulus supra* ,p' *ad syllabam* ,pre' *significandam errore scribentis deest.*

[7]) *Hradiště; situs loci incertus est.* — [8]) *Trstenice, nunc Loučná.* — [9]) *Hrutovsko, districtus denominatus ab loco Hrutov, qui situs erat quondam prope Benátky ab Litomyšl versus merid. et orientem; cf. Sedláček in Památky archaeologické VIII, pag. 59; Nejedlý, Dějiny m. Litomyšle I, pag. 16.* — [10]) *Chýnov, quondam arx provincialis, nunc oppidum, distr. pol. Tábor.* — [11]) *Křekovice villa quondam verisimillime ibi sita, ubi nunc est viculus Vyšňary prope Litomyšl.* — [12]) *Řepníky, distr. pol. Vysoké Mýto (Hohenmauth).* — [13]) *Lozice, distr. pol. Vysoké Mýto.* — [14]) *Zalažany, distr. pol. Vys. Mýto.* — [15]) *Koloděje, iam non exstat; Orth et Sládek (Topogr. slovník Čech), Koloděje in distr. pol. Pardubice hic dici putant.* — [16]) *Řikovice, distr. pol. Litomyšl.* — [17]) *Lepejovice quondam villa, nunc domus solitaria prope Veselí in distr. pol. Pardubice.* — [18]) *Týnec n. L., germ. Elbeteinitz, distr. pol. Kolín.* — [19]) *Tržek, distr. pol. Litomyšl.* — [20]) *Pamětice, distr. pol. Boskovice.* — [21]) *Vážany, distr. pol. Boskovice.* — [22]) *Říkovice?* — [23]) *Vejvanovice, distr. pol. Chrudim.* — [24]) *Bučina, distr. pol. Vysoké Mýto.* — [25]) *Újezdec, distr. pol. Litomyšl.* — [26]) *Na kačí hoře, locus prope Osík, distr. pol. Litomyšl.* — [27]) *Litošice, distr. pol. Čáslav.*

terrę cum sexcentis milibus nummorum abbas Iohannes et abbas Deocarus emerunt. Prepositus Groznata dedit villam Olsan.[28] Frater Nemoy dedit villam Rugne.[29] Radouan[h] archidiaconus Olomucensis cum cognatis suis nomine Dmitr et Petro dedit terram in villa Iwanouic.[h] [30] Abbas Deocarus emit silvam a fratribus de sancto Laurentio[31] iuxta Grubouic[32] et terram iuxta Domasic,[33] quę vocatur Nakorniceh;[34] cui quoque ego Wladizlaus rex contuli quoddam prediolum iuxta villas suas Krecouici[11] et Rikouici[16] cum flumine, quod vocatur Dezna,[35] a Lubna[36] usque ad pontem, qui est in longis pratis. Dedi etiam silvam totam a loco, qui vocatur Preseka,[37] cum pratis omnibus usque ad fluvium, qui dicitur Zuitaua.[38] Dedi etiam forum ecclesię Lutomislensi in Grutou[39] feria IIII in perpetuum. Dedi etiam Grussoua[40] cum flumine Trstenice[8] usque ad Uzplisę[41] et silva, quę dicitur Mokrenicę.[42] Dedi etiam Zuabenice[43] cum flumine Dezna[35] a ponte, qui est in longis pratis, usque ad villam Cerekuice[44] et silvam totam, que dicitur Proznice et Prozne. Bogunouice,[45] Cerekuice[44] cum flumine et silva nurus mea uxor Friderici licentia nostra eidem ęcclesię contulit. Quatuor[i] tabernarios prefate ęcclesię dedi in perpetuum, nullo generali interdicto obstante, et hoc idcirco excepimus, ut ferrum ad opus ęcclesię semper exinde conquiratur. Circuitum etiam ego rex Wladizlaus eidem ęcclesię contuli, qui dicitur Nalubnem,[46] cum pratis omnibus, que vocantur Napolickah,[47] et silvam totam ab ortu Dezne[k] [35] usque ad fluvium, qui dicitur Zuratka.[48] Statuimus etiam et firmiter observari precepimus a domno abbate prefate ęcclesię et omnibus successoribus suis, ne umquam aliquibus hominibus villas in ipsa silva ponere aut quippiam operis ad usus proprios elaborare consentiant, excepto hoc solo, si fratres eiusdem loci aliquid utilitatis voluerint et poterint in ipsa silva operari, cum dei benedictione

399. *h)* ‚adouan—Iwanouic' *alio atramento magis distincto, sed eadem manu scriptum.* — *i)* ‚Quatuor' *obscuriore atramento alia manu in loco raso scriptum A.* — *k)* ‚ortu Dezne' *obscuriore atramento et alia manu (eadem, qua superius* ‚quatuor'*) in loco raso scriptum A.*

[28]) *Volšany prope Litomyšl.* — [29]) *Nomen hoc explicare nequeo.* — [30]) *? Ivanovice, germ. Eiwanowitz, distr. pol. Vyškov (Wischau).* — [31]) *In Opatovice, distr. pol. Pardubice.* — [32]) *Roubovice, distr. pol. Chrudim.* — [33]) *Domašice villa quondam verisimillime ibi sita, ubi nunc est Velké Sedliště, distr. pol. Litomyšl.* — [34]) *Kornice prope Velké Sedliště.* — [35]) *Desná, fluvius, qui prope vicum Tržek in flumen Loučná influit.* — [36]) *Lubný rivus in fl. Desná influens.* — [37]) *Přeseka; situs loci huius incertus est.* — [38]) *Svitava fl. Moraviae.* — [39]) *Hrutov; iam non exstat; vide not. 9.* — [40]) *Hrušová, distr. pol. Vysoké Mýto.* — [41]) *Ples collis prope Vysoké Mýto in dextra fl. Loučná (Trstenice) ripa.* — [42]) *Mokřenice silva quondam prope Morašice in sinistra fluvii Desná ripa.* — [43]) *Švábenice villa sita quondam apud Heřmanice, distr. pol. Litomyšl.* — [44]) *Cerekvice, distr. pol. Litomyšl.* — [45]) *Bohňovice, distr. pol. Litomyšl.* — [46]) *Regio circum villam Lubná in distr. pol. Litomyšl.* — [47]) *Ab Litomyšl versus meridiem, ubi nunc oppidum Polička est.* — [48]) *Svratka, alias Švarcava in Bohemiae et Moraviae terminis.*

et nostro favore prosequantur. Iohannes,[49] episcopus Morauiensis, filius Obiden, circuicionem ultra Zuha[50] et Uodná,[51] quam ego dederam ei, eidem ęcclesię contulit. Milota filius Sdezlai veniens ad conversionem duas villas dedit: Blegou[52] et Nabrezine.[53] Milácco archidiaconus Cahouicih[54] de terra ad aratrum eidem ęcclesię dedit. Martinus etiam circuitum, qui dicitur Nazgori,[55] eidem ecclesie dedit. Ego quoque[l] rex Wladizlaus pro augendo dei servorum numero eidem ęcclesię totam silvam, agros et omnia prata usque ad rivum Zlupnice[56] contuli preter solam villam Domasic.[33] Et quoniam prefatam ęcclesiam numerositate villarum dotare non potui, silvam totam a rivo iam dicto usque ad flumen Treboua[57] et de hinc quousque fines[m] Boęmię protenduntur, in dotem perpetuam eidem[m] ęcclesię contradidi et coram[n] testibus superius nominatis presens scriptum sigillo meo roborare curavi.[l]

Data Prage per manum Geruasii cancellarii et prepositi Wissegradensis XIII° kal. februarii, anno dominice incarnationis millesimo C°LXVII°, regni vero Wladizlai regis VIII°I.

(S. P. F.)

Diplomati appensum est scidula membranea parvum fragmentum sigilli e cera rubida confecti. In priore sigilli parte figura conspicitur viri stantis lorica hamata induti, qui manu sinistra scuto triangulari innititur, dextra vexillum tenet. Ex circumscriptione non nisi litterae ... CЄSL ... *supersunt. In posteriore parte vestigia sunt figurae in solio sedentis, quae dextra sceptrum tenet. Ex circumscriptione litterae tantum* ЄX Ƅ∪ *servatae sunt.*

400.

(FALSUM S. XIV IN.)

Guillelmus de Pulin monasterium dominarum ordinis Praemonstratensis in Kounice fundat eique villas tres donat, consentiente uxore sua Sophia et filio Svatoslavo; ecclesias quasdam in bonis suis constructas et postea construendas cum pleno iure patronatus addit. — *1173* —.

Instrumentum diplomatis autographi instar manu saec. XIV ineuntis in mebrana scriptum in tabulario principis de Liechtenstein Vindobonae asservatur (A).

---

399. *l)* ‚Ego quoque — roborare curavi' *alio atramento alia manu saec. XII posterius scriptum A.* — *m) vox haec paene evanuit.* — *n) ductus litterarum* ‚didi et co' *vix legi possunt.*

[49]) *III, 1150—1157.* — [50]) *Suchá prope Litomyšl.* — [51]) *Vodná, iam non exstat.* — [52]) *Blahov, distr. pol. Litoměřice (Leitmeritz).* — [53]) *? Březno Velké, germ. Gross-Priesen, distr. pol. Ústí nad Labem (Aussig).* — [54]) *? Čakovice Velké, distr. pol. Karlín (Karolinenthal).* — [55]) *Zhoř, distr. pol. Litomyšl.* — [56]) *Sloupnický potok.* — [57]) *Třebovka fl. in Orlice influens.*

Diploma spurium et saeculo XIV ineunte demum confectum esse demonstrat Fr. Wilhelm, Die Gründungsurkunde des Klosters Kanitz. — Non tamen negare ausim, primam saltem litterarum partem genuino fundationis diplomati depromptam esse posse, ad quam etiam testium nomina referenda esse videntur. — Annus 1173, quem litterae exhibent, non consentit cum iis, quae de monasterii Kounicensis primordiis ex Gerlaci Milov. Chron. ad ann. 1181 nota sunt (v. Font. rer. Boh. II, pag. 477). Quae quidem res scriptoris errore explicari potest; genuinum enim fundationis diploma, quo instrumenti nostri auctor verisimillime usus est, anno MCLXXXIII sine ulla dubitatione datum est, cum sororum conventus de coenobio Louňovicensi monasterium Kounicense adiisset (Font. rer. Boh. II, pag. 483).

In nomine domini amen. Ne noverca memorie oblivio suis votis locum habeat, humana providit ratio gestis quibuslibet solenpniter celebratis in testimonium sequacibus per certa subvenire remedia scripturarum. Noscat igitur tam presens etas, quam successura posteritas, quod ego Wilhelmus dictus de Pulin progenitorum meorum et proprie saluti per pietatis opera cupiens salubriter providere, cenobyum dominarum Premonstratensis ordinis in Chunycz[1] in honore dei et matris sue virginis gloriose fundavi et auxiliante spiritus sancti gracia construxi. Cui cenobio ad sustentationem personarum in eodem deo famulancium ex consensu dilecte coniugis mee Sophie et dilecti filii mei Zwathozlai unanimi voluntate has villas, videlicet: Cunicz,[1] Milchan,[2] Branycz[3] cum omnibus iuribus et pertinenciis ad ipsas villas ab antiquo spectantibus dothalicii tytulo hereditario iure contuli perpetuo possidendas, certus ibi recte locanda fore beneficia, ubi virtutum merita cumulantur. Volens insuper predictum cenobium et personas ibidem degentes ampliori refocillamine sublevare, ecclesias subscriptas, scilicet in Chunicz,[1] Pulin,[4] Zes,[5] Myculov,[6] Dunayouicz,[7] Hermanicz[8] in bonis meis constructas, et si que fuerint auxiliante domino in posterum construende, cum pleno iure patronatus, quo successione paterna gaudebam legitime in eisdem, memorato cenobio liberaliter contuli et libenter. Ut autem hec omnia locum obtineant et robur perpetue firmitatis, maxime ne aliquis scrupulus ambiguitatis super donacione mea et ordinacione huiusmodi in posterum valeat suboriri, presentem conscribi literam et sigilli mei munimine disposui comuniri. Acta sunt hec anno domini MLXXIII in presencia testium subscriptorum, qui sunt: venerabilis vir Godeschalcus abbas Syloensis, Ratybor de Deblyn, Gerhardus de

400. 1) *Kounice (Dolní), germ. Kanitz, prope Ivančice (Eibenschitz), distr. pol. Brno (Brünn).* — 2) *Mělčany, germ. Mieltschan, distr. pol. Hustopeč (Auspitz).* — 3) *Bránice Německé, germ. Deutsch-Branitz, prope Kounice.* — 4) *Pálava, germ. Pollau, distr. pol. Mikulov (Nikolsburg).* — 5) *Nomen hoc explicare nequeo.* — 6) *Mikulov, germ. Nikolsburg* — 7) *Dunajovice Dolní, germ. Unter-Tannowitz, distr. pol. Mikulov.* — 8) *Fortasse Heřmanice, distr. pol. Mor. Krumlov (Mähr. Kromau).*

Zbrazlau, Berosimer[a] de Coualov, Ranosir de Ranozirou, Radozlaus de Ceblouicz, Hrut de Bucouin, Stephanus de Medlov, Wsezlau et frater suus Iacobus de Borutov, Leo de Clobuc et alii quam plures fideles Cristi.

(S. P. D.)

Sigillum, quod in filis sericis suspensum erat, deperditum est.

401.

(FALSUM S. XIII.)

Fridericus I, imperator Romanorum, Ottoni comiti de Gelria castrum Neomagense (Nimwegen) et trecentas marcas de theloneo ibidem concedit. — Inter testes: ‚Wenceslaus dux Bohemie.'

Apud Maguntiam 1182 mense maio.

Bondam, Charterboek der Hertogen van Gelderland I, pag. 236. = Cod. dipl. Saxoniae regiae I Hauptth., tom. II, pag. 322, num. 464 (tantum series testium). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 286, num. 309 (perperam ad ann. 1172). = Erben, Reg. I, pag. 149, num. 336. — Stumpf, Reg. num. 4345.

Privilegium hoc spurium et saeculo XIII demum satis inepte confectum esse docuit Ficker, Beitr. z. Urkundenlehre I, pag. 331.

402.

(FALSUM S. XIII.)

Fridericus, dux Bohemiae, hospitali sancti Johannis Hierosolymitani Pragae possessiones non paucas donat et ab aliis collatas confirmat eiusque hominibus de Ivanovice et Hrobníky eandem libertatem concedit, quae ab antecessoribus suis episcopatui Olomucensi concessa est.

— 1183 —.

Instrumentum diplomatis autographi instar manu saec. XIII fere medii in membrana exaratum in bibliotheca publica in La Valetta (Malta) asservatur (A).

Dobner, Monum. hist. Boemiae IV, pag. 245, num. 39 (ex apogr. tabularii magni prioratus Melit. Pragae). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 307, num. 331. = Erben, Reg. I, pag. 168, num. 376. = Dudík, Des Hzgt. Troppau ehem. Stellung, pag. 246, num. 9 (frgm.). — Cod. dipl. Silesiae VII, pars 1, pag. 39, num. 51 (reg.). — Geschichtsquellen d. Grafsch. Glatz I, pag. 9 (reg.). — Prutz, Malteser Studien, in Löher's Archival. Zeitschr. VIII (1883), pag. 102, num. 4 (ex autogr.). — Delaville Le Roulx, Cartulaire général des Hospit. de s. Jean I, pag. 438, num. 650 (ex autogr.).

400. *a)* ‚B'ofimer' *A.*

Palacký ap. Erben l. l. pag. 624 diploma d u b i u m *nec ante ann. 1185 scriptum esse adnotavit; vide et. Dějiny*[3] *I, 2 pag, 86, not. 71, pag. 441 et 450. In eadem sententia est etiam Dudík, Mähr. allg Gesch. IV, pag. 76, not. 2. — Demel, Konrád Ota, první markr. Mor., in Časop. Matice Mor. XVIII (1894), pag. 303 not. *) recto iudicio usus diploma* s p u r i u m *esse putat. Sane iam litterae ipsae, quae saeculi XIII fere medii formam exhibent, diploma non genuinum esse, manifesto declarant. Annus Friderici ducis principatus cum anno incarnationis non congruit. Praeterea in testibus Kain episcopus Olomucensis perperam adfertur, cum Gerlaco Milovicensi auctore (v. Fontes rer. Boh. II, pag. 498) certum sit, in natalibus domini (25 dec.) 1183 Pelegrinum episcopum, Kaini antecessorem, adhuc in vivis fuisse; cf. Dudík, Mähr. Gesch. IV, pag. 65, not. 2.*

§ In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. § Ego Fridericus, dei gracia dux Boemorum, circumspiens[a] et considerans patris mei beatę memorię Wladizlay regis et aliorum predecessorum ‖ meorum facta commendabilia, scilicet in ęcclesiis, quas deo et sanctis eius edificaverunt, et in beneficiis ac possessionibus ibidem deo servientibus habundanter collatis, cogitavi aput me, ut et ‖ ego in aliquibus sequerer vestigia eorum et, si non cum primis, saltem cum muliere paupere offerrem minutum in gazofilacium domino. Cum ergo de hiis, quę ad me hucusque per successi‖onem attavorum et avorum devenerant, aliqua diversis cenobiis contulissem, venit michi in mentem hospithale Ierosolitanum,[b] cui a pricipio[c] sui principatus se pater meus devoverat, et ei aliqua in suo regno contulerat. Huius autem hosptalis[c] audiens facta fere impossibila, sed quia dei sunt possibilia, deliberavi de mea liberalitate aliqua ei conferre, aliqua minus ei utilia utilioribus commutare, aliqua vero reddere, quę pater meus usque ad vitę suę finem annuali censu redimens retinuerat. Dedi ergo ei ęcclesiam[1] cum consensu et peticione uxoris męę, quam ipsa inter Pragam et Wisegrad in honore beati Iohannis ęwangelistę edificaverat ob memoriam victorię divinitus michi concesse. Circa quam ęcclesiam dedi ei terram ad coronam meam pertinentem ad unum aratrum. Dedi etiam ei Botic[2] fluvium cum loco piscinę et molendini. Tradidi etiam ei villam iuxta Vicain[3] iacentem, nomine Tynec,[4] cum silva, quę super Albeam iacet, ei pertinente. Pro Borizlau[5] autem et eius pertinentiis do ei quasdam villas quondam ad Sathec[6] pertinentes, iam diu fere desertas, quarum nomina sunt hęc: Ztare zedlo,[7] Sblasin,[8] Inmerouic,[9] Krizi,[10] Vzahradky,[11]

---

402. *a) ita A errore scriptoris pro* ‚circumspiciens'. — *b) ita A pro* ‚Ierosolimitanum'. — *c) ita A.*

1) *Ecclesia s. Johannis quondam in Bojiště in Nova civitate Pragensi.* — 2) *Botič, rivus, qui sub Vyšehrad in fl. Vltava (die Moldau) influit.* — 3) *Nomen hoc explicare nequeo.* — 4) *Týnec nad Labem, germ. Elbeteinitz, distr. pol. Kolín.* — 5) *Bořislav, germ. Boreslau, distr. pol. Teplice.* — 6) *Žatec, germ. Saaz.* — 7) *Staré sedlo, villa prope Úterý (germ. Neumarkt) in distr. pol. Teplá (Tepl) quondam sita.* — 8) *Blažím, nunc fortasse Plačín, germ. Plaschin, distr. pol. Teplá.* — 9) *Iam non ęxstat.* — 10) *Krsy, germ. Girsch, distr. pol. Teplá.* — 11) *Zahrádka, germ. Sahrat, distr. pol. Teplá.*

Skirisici,[12] Na polene,[13] Kaysowici.[14] Trihonin[15] villam, quam mea propria pecunia emi a comite Jurik de Milevzche, dedi domui hospitalis. Confirmo etiam Malmirostrov,[16] quam comes Hrabise fideli servicio suo a me deservivit et eidem domui contulit. Do etiam et confirmo Wpolome,[17] Wranow[18] et omnem silvam circa et infra illas villas iacentem, quę vulgariter dicitur hole, ubi custodes silve mee fuerunt, qui vulgariter dicuntur hayni. Quarum villarum culta et inculta ipsemet presens circuire precepi Hrabysam, summum curie męę camerarium, et Matheum, summum curie méé venatorem. Quam circuicionem Iherusalem vocari precepi et in ea ęcclesiam fieri iussi in honore sancti Sepulchri dominici et beati Iohannis baptistę. Confirmo autem ei omnes donationes, que in diebus principatus mei date sunt vel dabuntur ei, utpote donationem uxoris méé, scilicet parrochiam sancte Marię ad Argentariam,[19] ita, quod nulli liceat ibi aliam ęcclesiam edificare preter voluntatem eorum. Et aliam parrochiam, que edificatur in Kadan[20] super Egram fluvium. Confirmo etiam villam Trebic,[21] quę iacet super fluvium, qui dicitur Mrilina,[22] quam eadem uxor mea ipsi contulit. Nichilominus assensi et assentio omnibus nobilibus meis, qui ei elemosinas suas vel dederint, vel deinceps dare voluerint, sicuti Petro filio Milgozt, qui predictę domui portionem, quę eum contingebat, hereditatis contulit. Confirmo etiam ęcclesiam, in honore beate Marię dedicatam et omnia ad ipsam spectantia, ligneam etiam ęcclesiam, quam construxit Bohuse barbatus, beneficio castri in Cladesche[23] honoratus, et terram ad unum aratrum ante castrum Hradech,[24] quam dedit iam nominate domui Ozel, filius Hirdete. Confirmo iterum villam Iwanowic[25] super Hanam fluvium in Morauia, quam Troianus et fratres sui, filii Dluhomili, dederunt, et villam Belchic,[26] quam Drisizlaus, filius Helie dedit. Confirmo etiam terram desertam in Modleiouic[27] ad unum aratrum in provincia Prerouensi,[28] pertinentem ad castrum Hradec;[29] terra autem eadem vocatur Koberic.[30] Confirmo

---

402. 12) *Skršice, iam non exstat.* — 13) *Polínka, germ. Pollinken, distr. pol. Teplá.* — 14) *Kejšovice, germ. Geischowitz, distr. pol. Teplá.* — 15) *? Trhonín, distr. pol. Prachatice.* — 16) *Ubi villa haec sita fuerit, incertum est.* — 17) *Polom, germ. Pohlem, distr. pol. Žlutice (Luditz) interpretatur H. Jireček.* — 18) *Vranov, germ. Frohnau, distr. pol. Falknov (Falkenau) interpretatur H. Jireček.* — 19) *Stříbro, germ. Mies; de ecclesia s. Mariae vide num. 313.* — 20) *Kadaň, germ. Kaaden, in sinistra fl. Ohře (die Eger) ripa.* — 21) *Ubi villa haec quaerenda sit, incertum est.* — 22) *Mrlina fluvius, qui apud Nymburk in Albiam influit.* — 23) *Kladsko, germ. Glatz, olim arx provincialis, nunc oppidum in Silesia Borussica ad fl. Nisa (die Neisse); v. num. 313.* — 24) *Hradec Králové, germ. Königgrätz.* — 25) *Ivanovice, germ. Eivanowitz ad fl. Haná, distr. pol. Vyškov (Wischau).* — 26) *Bělčice, germ. Piltsch ab Opava (Troppau) versus septemtr.* — 27) *Modlejovice iam non exstat.* — 28) *Provincia ab arce Přerov, germ. Prerau, denominata.* — 29) *Hradec, germ. Grätz, ab Opava (Troppau) versus meridiem.* — 30) *? Kobeřice in distr. pol. Prostějov (Prossnitz) ?*

preterea Hrobeniky[31] super fluvium, qui dicitur Pzina,[32] cum suis attinenciis ex una parte Hlubehice[d][33] termino iacente usque ad terminum Bohuhwalov[34] et de hinc usque ad pontem virgis factum, qui dicitur Bezstreiowa hat, et ab his terminis semita et signa protenduntur usque in Kozidol et de inde eadem signa usque Milich fluvium protenduntur. Hoc autem factum est fratris mei Wladimiri assensu accedente. Igitur pro larga et ampla karitate, quam habent in veneranda domo hospithalis in recipiendis infirmis, tam pauperibus, quam divitibus, hominibus de Iwanowic[25] et omnibus villis ad eandem villam pertinentibus et hominibus de Hrobnik[31] et omnibus villis illic spectantibus in furtis, in homicidiis, sive in aliis quibuscunque collectis, sive in castris, sive in pontibus edificandis vel in quocunque alio negotio terrę, si quod forte contigerit, eandem libertatem et securitatem concedimus, quam antecessores nostri Holomucensi contulerunt episcopatui. Pax ergo sit eis hominibus villarum iam nominatis vel etiam futuris, quos divina providentia et hominum largitione suis usibus collegerint, et libera securitas et secura libertas sit eis a me et ab omnibus meis successoribus in secula seculorum. Amen. Ne autem donatio et confirmatio mea in irritum ducatur, rogo fratrem meum Brecizlaum, episcopum Pragensem, et omnes suos successores et dominum Cayn, episcopum Holomucensem, et omnes suos posteros, ut quicunque spiritu malitie ductus factum hoc immutare vel fratribus dicte domus, sive in Boemia, sive in Morauia, in aliquo detrahere presumpserit, maledictionis flagello puniatur. Huius facti testes, qui erant presentes, hii sunt: Elisabeth ducissa, Wladimir dux de Holomuc cum fratre suo Brecizlao, Brecizlaus episcopus Pragensis, Kayn episcopus Holomucensis, Lampreht abbas de Cladorub, Minger abbas de Plaz, Florianus prepositus Wisegradensis, Hrabise camerarius, Matheus summus venator, Martinus camerarius Holomucensis, Preda de Nechstin, Milhozt comes benefitium habens in Boyzes et summus venator silvarum spectantium in Netholic, Smil de Vderche cum filiis, Beneda de Swesin, Otto Woyzky cum fratre Rediwoy et filiis, Chazlav de Potin, Bozden de Pestodlub maior procurator in benefitio Milhozt, Martin de Milkov. Ego Brecizlaus, episcopus Pragensis, rogatu fratris mei Friderici, ducis Boemie, omnes, qui immutare hoc factum vel fratribus dictę domus in aliquo detrahere presumpserint, auctoritate, qua fungor, excomunicationis vinculo innodatos penę gehennali subitio perpetualiter cruciandos. Ego Kayn, episcopus Holomucensis, rogatu Friderici, ducis Boemie, omnes, qui hoc factum immutare vel fratribus dictę domus in aliquo detrahere presumpserint, auctoritate, qua fungor, excomunicationis vinculo innodatos pene gehennali subicio perpetualiter cruciandos. Eandem autem penam excomunicationis

402. *d) ita A errore scriptoris pro* ‚Hlubchice'.

[31]) *Hrobníky, germ. Gröbnig, prope Hlubčice (Leobschütz).* — [32]) *Psiná, germ. Zinna.* — [33]) *Hlubčice, germ. Leobschütz, in Silesia Borussica, regio Oppeln.* — [34]) *Buchvalov, germ. Hohndorf, ab Leobschütz versus merid. et orientem.*

nos duo episcopi nostris relinquimus successoribus. Actum est autem hoc anno dominicę incarnationis MCLXXXIII, principatus mei VII,[35] pontificatus vero Breczlay, fratris mei, anno secundo.

(S. P. D.)

Sigillum, quod appendebat e filis sericis deperditum est.

403.

(FALSUM S. XIII?)

Fridericus, dux Bohemiae, monasterio Cladrubensi confirmat decimationis immunitatem, quam Bertholdus abbas a Daniele I, episcopo Pragensi, Vladislavo II duce adiuvante, compensatione villarum Valterovo et Dudlenovice et thelonei in Domažlice obtinuit. *Pragae 1183 —.*

Apographa saec. XVII exstant in Libro privileg. monast. Cladrubensis in bibliotheca c. r. universitatis Pragensis II A 10, tom. I, fol. 20v—22v (C), tom. III, pag. 19—21 (D). Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 549 (B). = Erben, Reg. I, pag. 169, num. 377 (fragm.).

Palacký ap. Erben l. l. pag. 624, nullo argumento allato, diploma suspectum esse adnotavit. Profecto in diplomate nonnulla vitia reperiuntur, quae quominus genuinum verumque esse credamus, prohibent. Bertholdus abbas, quem diploma Danielis I episcopi (1148—1167) et Vladislavi II ducis (1140—1173) aequalem vocat, iam anno 1131 apr. 4 e vita decessit (Monum. Germ. hist.: Necrologia I, pag. 249; cf. Mayer, Gründung ... d. Kl. zu Kladrau, in Mitth. d. Ver. f. G. d. Deutsch. in Böhm. 36, pag. 442). In nota temporis Florianus protonotarius appellatur, qui iam ab anno 1180 vel 1181 cancellarii munus habuit (v. num. 295, 296). Praeterea annus principatus Friderici ducis cum anno incarnationis non congruit. Quibus omnibus circumspectis, dubitari non potest, quin diploma spurium sit. Quo tempore autem confectum sit, incertum est. De reliquo diplomata spuria, quae a Vladislavo I et Friderico duce monasterium Cladrubense annis 1115 et 1186 fertur accepisse (num. 390 et 405), decimationis immunitatem iam ab Hermanno episcopo (1100—1122) concessam esse dicunt.

In[a] nomine sancte[b] et individue trinitatis.[a] Fridericus,[c] dux Boemorum. Duo sunt, quibus gracia succurrente divina, universalis[d] regitur mundus: sacerdotalis dignitas et regalis, patrocinio quorum bonorum tueatur tranquillitas secundum deum et hominem et malorum reprimatur temeritas; quae divinum quoniam[e] habuerunt initium, convenit, ut ecclesiarum utilitatibus, quarum deus ipse auctor et pater est, ante omnia invigilent studiosius et eius precipue[f] honori deserviant, cuius auctoritate primitus sancita sunt. Ego itaque ipsarum dignitatum dispensacionem[g]

---

402. [35]) *Recte VI.*

403. [a]) ‚In—trinitatis' *litteris maiusculis scr. C.* — [b]) ‚sanctae' *et sic etiam inferius* ‚ae' *pro* ‚e' *simplici ponitur in C et D;* ‚sancte et ind. trin.' *litteris* ‚etc.' *tantum indicatur in B.* — [c]) ‚Fridericvs' *C.* — [d]) ‚universalis' *om. B.* — [e]) ‚quodammodo' *B;* ‚quomodo' *C, D.* — [f]) ‚pręcipue' *C.* — [g]) ‚dispensationem' *C, D;* ‚disposicionem' *corrigendum esse videtur.*

in his, que sunt hominum, a deo consecutus, de mammona iniquitatis domum eternitatis cupiens conquirere, divinitati[h] famulantium pro viribus statui prospicere quieti, ne ocium Marie alicuius violentia, vel Marthe officio cessante, aliquo modo perturbetur. Notum facimus omnibus, tam futuris, quam presentibus, quod Cladrubiensis[i] locus ab avo meo, Boemorum duce Wladislao, cuius memoria in benedictionibus maneat apud deum, constructus, totius decimacionis immunitatem per omnes circuitus et villas, excepto circuitu in Krassou[k 1] et villa[l] in Lebeunice,[2] Bertholdo eiusdem loci abbate satagente, Daniele Pragensi presule consenciente, dive[m] memorie patre meo Wladislao cooperante, duabus villis Dudlenovice[n 3] et Walterowa[4] et ebdomade thelonei in Tugast,[5] que ad ipsum claustrum pertinebant, vice decimarum episcopo traditis, perpetuo iure obtinuit et usque ad tempora mei ducatus et praesulatum Henrici, qui etiam Brecislaus[o] dictus est, item Pragensis episcopi, quiete possedit. Qui instinctu malignorum seductus hominum, ipsum cenobium, precipue circuitum in Kuroged,[6] contra maiorum statuta vexare cepit, donec per Lampertum,[p] iam dicti loci abbatem, in presencia mei et principum coram positorum evidenti convictus racione ab eorum insecucione cessare compulsus est et exactione decimarum eundem circuitum inquietare deinceps abrenunciavit. Tandem ego dum iam sepe[q] dictum locum amore avito affectu paterno diligere, insuper[r] iam dicti presulis precibus una cum abbate, ut res gesta memorialibus litteris mandaretur, rogantis ammonitus, presentem cartam[s] meo et ipsius episcopi sigillo testibus quoque, qui interfuerunt, subscriptis roboratam eidem loco in signum adepte et coram nobis bene[t] probate[u] libertatis contradidi et, ne quis successorum hanc constitutionem infringere audeat, mea auctoritate et eterne maledictionis imprecacione simul cum episcopo confirmavi. Data Prage per manus Floriani protonotarii[v] mei anno dominice incarnacionis millesimo centesimo octuagesimo tertio[x] indictione I, epactis vigesima quinta,[y] concurrentibus quinque[z] existentibus, ducatus mei anno octavo.[aa] Testes huiuc facti: Grabisse[bb] camerarius, Witigo,[cc] Bohusa, Ratibor, Shets, Budevoy,[dd] Georgius, Bohit[ee] et multi quam plures alii.

---

403. *h)* ‚diuturne' *B.* — *i)* ‚Cladrubensis' *C.* — *k)* ‚Krassu' *D;* ‚Kraassou' *C, ubi autem littera* ‚o' *cancellata est.* — *l)* ‚ville' *B;* ‚villae' *C, D.* — *m)* ‚duce' *B, C, D; post hanc vocem quaedam omissa esse punctis perperam indicat B.* — *n)* ‚Dudlenowice' *C.* — *o)* ‚Braecezlaus' *C;* ‚Bracezlaus' *D.* — *p)* ‚Lambertum' *D.* — *q)* ‚sępe' *C.* — *r)* ‚insupra' *D; ante hanc vocem verbum quoddam omissum est.* — *s)* ‚chartam' *D.* — *t)* ‚bene' *om. B.* — *u)* ‚probatę' *C.* — *v)* ‚prothonotarii' *D.* — *x)* ‚MCLXXXIII' *C.* — *y)* ‚25' *C, D.* — *z)* ‚5' *C, D.* — *aa)* ‚8' *D;* ‚octavo' *alio atramento alia manus pro* ‚septimo' *genuine scripto, supra lineam correxit C.* — *bb)* ‚Grebisso' *D.* — *cc)* ‚Wttigo' *C, D.* — *dd)* ‚Budeuoy' *C.* — *ee)* ‚Bohitt' *C, D.*

[1]) *Krašov, germ. Krasch, distr. pol. Kralovice.* — [2]) *? Liběvice, germ. Libitzen, quondam villa, nunc curia araturae prope Krsy (Girsch), distr. pol. Teplá.* — [3]) *Dutlenovice, iam non exstat.* — [4]) *Valteřovice, iam non exstat.* — [5]) *Domažlice, germ. Taus.* — [6]) *Korojedy, germ. Juratin, distr. pol. Tachov (Tachau).*

404.

(FALSUM S. XIII.)

Fridericus, dux Bohemiae, hospitali sancti Johannis Hierosolymitani Pragae villas non paucas largitur eiusque homines a pontium et castrorum aedificatione aliisque oneribus liberat. — *1185* —.

Instrumentum diplomatis autographi instar manu saeculi XIII fere exeuntis in membrana exaratum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

Appendix synoptica . . . continens iuxta temporis seriem anacephalaeosim constitutionum singul. seu privilegiorum a nostris principibus . . . ordini . . . Melitensium concessorum num. 3 (reg.). — P. A. Paoli, Dell' origine ed istituto del s. m. ordine di S. Giovambattista Gerosolimitano, append. num 26. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 565 (frgm.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 313, num. 337 (ex analectis dipl. mss. Gelasii Dobner). = Erben, Reg. I, pag. 173, num. 384. — Delaville Le Roulx, Cartulaire général des Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem I, pag. 468, num. 718.

Palacký ap. Erben l. l. pag. 624, nullo argumento allato, diplomatis fidem dubiam esse adnotavit. (Illud quod in Dějiny[3] I, 2, pag. 450 diplomati vitio datur, non nisi apographi Dobneriani mendum est). — Immo diplomatis litterae ad exemplum diplomatis spurii, quod a Friderico duce hospitale Hierosolymitanum anno 1183 fertur accepisse (num. 402), imitando effictae parum exhibent fidei. Tum diplomatis nostri maior pars verba diplomatis eiusdem repetit. Anni principatus et pontificatus, qui in diplomatis fine adferuntur, neque inter se, neque cum anno incarnationis congruunt. Ad haec sigillum ad primam sigilli Friderici ducis formam confectum est, quae usque ad anni 1185 initium tantum in usu erat. Quibus omnibus circumspectis, dubitari non potest, quin diploma hoc ea qua servatum est forma posterius confectum spuriumque sit.

§ In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. § Ego Fridericus, dei gratia dux Boemorum, circumspiciens et considerans patris mei beate ‖ memorie Wladizlai regis et aliorum predecessorum meorum facta commendabilia, scilicet in ecclesiis, quas deo et sanctis eius edificaverint, et in beneficiis ac possessionibus ‖ ibidem deo servientibus habundanter collatis, cogitavi aput me, ut et ego in aliquibus sequerer vestigia eorum et, si non cum primis, saltem cum ‖ muliere paupere offerrem minutum in gazofilacium domino. Cum ergo de hiis, que ad me hucusque per successionem attavorum et avorum devenerant, aliqua[a] diversis cenobiis contulissem, venit michi in mentem hospitale Ierosolimitanum, cui a principio sui principatus se pater meus devoverat et ei aliqva in suo regno contulerat. Huius autem hospitalis audiens facta fere impossibilia, sed quia dei sunt possibilia, deliberavi de mea liberalitate aliqua ei conferre, aliqua minus ei utilia utilioribus commutare, aliqua vero reddere, que pater meus usque ad vite sue finem annuali censu redimens retinuerat. Dedi ergo ei ecclesiam[1] cum consensu[b] et peticione uxoris mee, quam ipsa inter Pragam et Wisegrad in honore beati Iohannis ewangeliste edificaverat ob memoriam victorie divinitus michi concesse. Circa quam ecclesiam dedi ei terram ad coronam meam[c] pertinentem ad unum aratrum. Dedi etiam ei

---

404. *a)* ‚q' *ex* ‚a' *statim inter scribendum corr. A.* — *b) genuine* ‚concensu', *sed eod. atram. corr. A.* — *c)* ‚meam' *ead. manu superscr. A.*

[1]) *Eccl. s. Johannis B. quondam in Bojiště in Nova civitate Pragensi.*

Botich[2] fluvium cum loco piscine et molendini cum hortis ad eundem locum pertinentibus. Tradidi etiam ei villam iuxta Vicain[3] iacentem nomine Tynez[4] cum silva, que super Albeam iacet ei pertinente. Pro Borizlav[5] autem et eius pertinenciis do ei quasdam villas quondam ad Sathec[6] pertinentes, iam diu fere desertas, quarum nomina sunt hec: Ztare Zedlo,[7] Sblasin,[8] Kyrsi,[9] Kagysouici,[d][10] Sblasino,[8] Vzagradi,[11] Skirsici,[12] Napolene,[13] Napolomy,[14] Offrethin,[15] Wiarosove,[16] Ingmerouiz.[17] * Quarum villarum culta et inculta ipsemet presens circure feci Groznatam, summum curie mee camerarium, et Matheum, summum curie mee venatorem. Quam circutionem[e] Iherusalem vocari precepi et in ea ecclesiam fieri iussi in honore sancti sepulchri dominici et beati Iohannis Baptiste. * Nichilominus assensi et assensio omnibus nobilibus meis, qui eis elemosynas suas vel dederunt vel deinceps dare volunt, sicut Petro filio Milgost, qui eis portionem, que eum contingebat, hereditatis contulit. Dedi vero eis licenciam vendendi villam Ledcy[18] nomine et[f] abbati de Luthomisl Mislen, cuius claustro eadem villa vicina erat, emendi eam ad usus sue ecclesie. Et cum eodem argento precepi, ut portio Reinoldi in villa Lunechouiz,[19] quam vendebat, inde emeretur. Preter vero portionem Reinoldi in eadem villa partem, que ad mensam meam spectat, pro salute predecessorum meorum et pro excessibus meis et fratrum meorum confero domui hospitalis; et hanc donationem meam et portionem Reinoldi venditam eis in dicta villa Lunechouiz[19] confirmo iure hereditario possidendam. Do etiam et confirmo eis villam nomine Lessan[20]; et omnem libertatem et securitatem concedo eis, ut non senciant gravamina nec in pontibus, nec in castris edificandis, nec etiam aliis laboribus subiaceant quibuscunque supervenientibus. Pax ergo sit eis hominibus villarum iam nominatis vel etiam futuris, quos divina providentia et hominum largitione suis usibus collegerint, et libera securitas et secura libertas sit eis a me et ab omnibus meis successoribus in secula seculorum. Amen.[g] * Huius facti testes, qvi erant presentes hii sunt: Elyzabeth ducissa, Brecizlaus[h] episcopus Pragensis, Heinricus abbas de Brenouwe, Albertus abbas de Stragouwe, Theodericus abbas de Gradis, Hermannus prepositus Pragensis, Deslaus decanus,

404. *d) genuine* ‚Kagysouice', *sed eod. atram. corr. A.* — *e) ita A.* — *f)* ‚E' *ex* ‚7' (= et) *statim inter scribendum corr. A.* — *g)* ‚Amen' *litteris maiusculis scriptum.* — *h)* ‚c' *ex* ‚z' *eodem atramento corr. A.*

[2]) *Botič, rivus sub Vyšehrad in fl. Vltava (die Moldau) influens.* — [3]) *Nomen hoc explicare nequeo.* — [4]) *Týnec n. Lab., germ. Elbeteinitz, distr. pol. Kolín.* — [5]) *Bořislav, germ. Boreslau, distr. pol. Teplice.* — [6]) *Žatec, germ. Saaz.* — [7]) *Staré sedlo, villa quondam prope Úterý, germ. Neumarkt, distr. pol. Teplá (Tepl).* — [8]) *Blažím, nunc fortasse Plačín, germ. Plaschin, distr. pol. Teplá.* — [9]) *Krsy, germ. Girsch, distr. pol. Teplá.* — [10]) *Kejšovice, germ. Geischowitz, distr. pol. Teplá.* — [11]) *Zahrádka, germ. Sahrat, distr. pol. Teplá.* — [12]) *Skršice iam non exstat.* — [13]) *Polinka, germ. Pollinken, distr. pol. Teplá.* — [14]) *Fortasse Polom, germ. Pohlem, distr. pol. Žlutice (Luditz).* — [15]) *Ostřetín, al. Ospřetín, germ. Wustung, prope Bezvěrov (Bärenklau), distr. pol. Kralovice.* — [16]) *Iam non exstat.* — [17]) *Iam non exstat.* — [18]) *Ledeč iam non exstat.* — [19]) *Lunikov, distr. pol. Slaný (Schlan).* — [20]) *Lešany, distr. pol. Benešov (Beneschau).*

Slauon archydiaconus, Valchinus canonicus, Grabise camerarius, Bohuse et frater suus Ratybor, Bogutha cum fratre suo Chonata, Predota de Nechetin, Mutine de Bucouez, Neostup, Modlata,[i] Vescemilus de Hobscouiz. Ego Brecizlaus, episcopus Pragensis, rogatu fratris mei Friderici ducis Boemie omnes, qui immutare hoc factum vel fratribus dicte domus in aliquo detrahere presumpserint, auctoritate, qua fungor, excommunicationis vinculo innodatos pene gehennali subicio perpetualiter cruciandos et eandem excommunicationis penam successoribus meis relinquo. Ut autem iste donationes mee et aliorum magnatum meorum inconcusse permaneant, sigilli mei impressione et fratris mei episcopi et uxoris mee confirmo. Actum est autem hoc anno dominice incarnationis MCLXXX quinto, principatus vero mei decimo,[21] pontificatus vero Brecizlay fratris mei anno quinto.[22]

(S. P.)

Diplomati appendet e filis sericis rubei et flavi coloris sigillum spurium e cera fusca, quod ad primi Friderici ducis sigilli (v. num. 304) exemplum confectum est.

405.

(FALSUM S. XIII.)

Fridericus, dux Bohemiae, monasterio Kladrubensi donationes a praedecessoribus suis aliisque personis factas renovat et confirmat.

— 1186 —.

Diplomatis huius quatuor formae supersunt. Primam praebet instrumentum autographi instar in membrana manu saec. XIII fere medii exaratum, quod in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A). Alteram formam praebet Liber privilegiorum monast. Cladrubensis ms. saec. XVII ex., qui in bibl. c. r. universitatis Pragensis sub sign. II A 10 asservatur, tom. III pag. 31—34 (B). Tertia forma exstat in eodem Libro privilegiorum, tom. I, fol. 37v—42, num. 11 (C) et tom. III pag. 34—38 (C'). Quartae formae duo apographa servavit idem Lib. privileg. tom. I, fol. 27—32, num. 8 (D²) et tom. III, pag. 26—31 (D¹). — Alia formae A apographa reperiuntur in eodem Libro privil. tom. I, fol. 23—26v, num. 7, fol. 33v—37v, num. 10; tom. III, pag. 22—26.

Erben, Reg. I, pag. 176, num. 389 (ex A).

Erben diploma non genuinum, sed, vel litteris genuinis, vel memoriis fide dignis adhibitis, posterius confectum esse iudicavit, quam ob rem illud cruce signavit. — Diplomatis maxima pars ad verbum descripta est e diplomate spurio, quod a Vladislavo I duce anno 1115 idem monasterium fertur accepisse (num. 390). Quod quidem diploma post saeculi XII finem demum confectum esse sigillum spurium illi impressum manifesto declarat. Quae cum ita sint, dubitari non potest, quin etiam diploma nostrum posterius conscriptum spuriumque sit. — Exemplaris C maxima pars formam A ad verbum fere repetit, quam ob rem eas tantum lectiones discrepantes, quae maioris sunt momenti, in notis A—M dedimus.

---

404. i) ‚d' *ex* ‚b' *eodem atramento correcta. A.*

21) *Recte VIII.* — 22) *Quintus episcopatus Henrici Břetislavi annus 1186 mai 23 demum incepit.*

A.

+ In nomine sancte et individue trinitatis. + Ego Fridricus, dei gratia Bo-|| emorum dux, decorem ecclesiarum dei diligens, constitutionem et donationem paren||tum meorum in loco Cladrvb,[1] tam in villis, quam in prediis, seu in quibuscumque bonis, om||nia renovo et sicut hic subscripta inveniuntur, inpressione sygilli mei confirmo. Collati sunt igitur a parentibus meis loco memorato duodecim custodes ecclesie in villa Wsekar,[2] quorum nomina sunt hec: Mutis, Zwar, Milik, Dunay, Ztoyan, Gluza, Neostup, Bratrata, Man, Milon, Pacek, Trebek. Contulerunt etiam villas

B.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Ego Fridericus, Boemorum dux, decorem domus dei libenter dilexi semper et diligo, ut in illa requiem meam collocet deus, ubi mansiones multae[a] sunt. Propter istam itaque specialem constitutionem et ordinationem avi mei Wladislai ducis in loco Cladrub,[1] sicut praedictus avus meus constituit, et post eum pater meus, rex Wladislaus, in villis, in praediis, sive in quibuscunque bonis, omnia ego renovo et cum carta et sigillo confirmo, ut omnia bona collata ad locum supradictum ab avo meo et a rege patre meo stabilia permaneant in perpetuum et integra sint, sicut in ista charta subtus sunt denotata. Scilicet duodecim custodes ecclesiae in villa Wsekar,[2] quorum nomina haec sunt: Mutis, Zuvar, Milic, Dunay, Stoyan, Gluza, Neozstup, Bratrata, Mania, Milon, Pacek, Trebek. Dedi etiam villas viginti

D.

In[a] nomine sanctae et individuae trinitatis.[a] Ego Fridericus, Boemorum dux, decorem domus dei libenter dilexi semper et diligo, ut in illa requiem mihi concedat deus, ubi mansiones multae sunt. Propter istam itaque specialem constitutionem et ordinationem avi mei Wladislai ducis in loco Cladrub,[1] sicut praedictus avus meus constituit et post eum pater meus rex Wladislaus, in villis, praediis, sive in quibuscunque bonis, omnia ego renovo et cum carta et sigillo confirmo, ut omnia bona collata ad locum supra dictum ab avo meo et a rege patre meo stabilia permaneant in perpetuum et integra sint, sicut[b] in ista carta subtus sunt[c] denotata. Scilicet duodecim custodes ecclesiae in villa Wssekar,[2] quorum nomina sunt[d] haec: Mutis, Zuar, Milik, Dunay, Stoyan, Gluza, Neostup, Bratrata, Mania, Milon, Pacek, Trebek. Dedi etiam totam silvam, quae est inter duas aquas, Msam et Msicham, usque in Thevtonicam terram, exceptis duodecim

---

405B. *a)* ,mutae' *B.*

405D. *a)* ,In—trinitatis' *litteris maiusculis scr. D2.* — *b)* ,fierent' *D2.* — *c)* ,subtus fieri facta' *D2.* — *d)* ,sunt' *om. D1, D2.*

405. [1]) *Kladruby, germ. Kladrau, distr. pol. Stříbro (Mies).* — [2]) *Všekary, germ. Schekarschen, distr. pol. Horšův Týn (Bischofteinitz).*

A.

viginti quinque integras: Kladrub,[1] Wirbice,[3] Ponebuzlaz,[4] Glupenowo,[5] Holocrewi,[6] Zumlezi,[7] Boeznize,[8] Borowene,[9] Milewo,[10], Bukowa,[11] Watenici,[12] Mezlowi,[13] Mocuradi,[14] Podeuzi,[15] Lusna,[16] Dutlenowici,[17] Milka,[18] Wilkis,[19] Podmokli,[20] Gorki,[21] Scepanowici,[22] Mladetici,[23] Celewo,[24] Kamik,[26] Cebewo,[27] Wladizlawici,[28] Zezemici.[29] Dederunt[a] etiam totam silvam, que est inter duo flumina, Misam[30] et Msickam,[31] usque in Theuthoniam cum eisdem fluminibus a villa Bvtov[32] et, ut dictum est, usque in Teuthoniam. Excipiuntur inter iam

B.

quinque plenas: Cladruby,[1] Werbichane,[3] Ponebuzlaz,[4] Glupenowo,[5] Zumlaz,[7] Boichnicze,[8] Borovane,[9] Milevo,[10] Bukovane,[11] Watenici,[12] Mezelevi,[13] Mocuradi,[14] Podevzy,[15] Luzna,[16] Doudlenovici,[17] Milga,[18] Welkis,[19] Podmokli,[20] Gorki,[21] Scepanovici,[22] Mladetici,[23] Nachelme,[25] Camic,[b][26] Cebevo,[27] Wladislavici,[28] Zezemici.[29] Dedit etiam totam silvam, quae est inter duas aquas, Msam[30] et Msicham,[31] usque in Thevtonicam terram,

D.

villis, quae antiquitus fuerunt ibi constitutae, quarum nomina haec sunt: Lom,[37] Benessouici,[38] Lobzi,[39] Plezomi,[40] Malkouici,[e][41] Maleulaz,[f][42] Czeckouici,[33] Skuirino,[34] Bonatici,[35] Nastaremsedle,[36] Dalemisle,[43] Prosteborici.[g][44] Dedi etiam villas viginti quinque plenas: Cladruby,[h][1] Werbichane,[3] Ponebuzlas,[i][4] Glupenouo,[5] Zumlas,[7] Oboychnice,[8] Borovane,[j][9] Mileuo,[10] Bukowane,[k][11] Watenici,[12] Mezeleui,[13] Mokuradi,[14] Podeusi,[l][15] Luzna,[16] Doudlenouici,[17] Milga,[18] Welkis,[19] Podmokli,[20] Gorki,[21] Scepanouici,[22] Mladatici,[23] Nachelme,[25] Kamik,[26] Cebeuo,[27] Wladislauici,[28] Zezemici.[29] Istae autem villae non sunt

---

405A. *a) ex* ‚Dedederunt' *punctis subpositis corr.*

405B. *b)* ‚Canic' *B.*

405D. *e)* ‚Malcovici' *D1.* — *f)* ‚Maleulas' *D1.* — *g)* ‚Prostiborici' *D2.* — *h)* ‚Cladoruby' *D2.* — *i)* ‚Ponebuhlas' *D1, D2.* — *j)* ‚Borouane' *D2.* — *k)* ‚Bukouane' *D1.* — *l)* ‚Podewsi' *D2.*

405. [3]) *Vrbice, distr. pol. Stříbro.* — [4]) *Láz, germ. Laas, distr. pol. Stříbro.* — [5]) *Hlupenovo, germ. Neuhäusel, prope Holostřevy.* — [6]) *Holostřevy, germ. Holletzrieb, distr. pol. Stříbro.* — [7]) *Sumlez, villa quondam ab Skviřín (distr. pol. Tachov) versus meridiem sita.* — [8]) *Boječnice, nunc perperam Voznice, germ. Woschnitz, distr. pol. Tachov (Tachau).* — [9]) *Borovany, germ. Turban, distr. pol. Tachov.* — [10]) *Milevo, germ. Mühlhöfen, distr. pol. Stříbro.* — [11]) *Buková, germ. Mukowa, distr. pol. Horšův Týn.* — [12]) *Vatenice iam non exstat.* — [13]) *Meclov, germ. Metzling, distr. pol. Horšův Týn.* — [14]) *Močerady, distr. pol. Horšův Týn.* — [15]) *Poděvousy, distr. pol. Horšův Týn.* — [16]) *Lužná, germ. Lusen, distr. pol. Tachov.* — [17]) *Dutlenovice iam non exstat.* — [18]) *Milkov, germ. Milikau, prope Bezdružice (Weseritz).* — [19]) *Vlkýš, germ. Wilkischen, distr. pol. Stříbro.* — [20]) *Podmokly prope Uněšov (Anischau), distr. pol. Stříbro.* — [21]) *Hůrka ab Manětín versus meridiem.* — [22]) *Štěpanovice quondam villa prope Nekmíř (distr. pol. Plzeň).* — [23]) *Mladotice, germ. Mlatz, distr. pol. Kralovice.* — [24]) *Čelivo, germ. Tschelief, distr. pol. Teplá (Tepl).* — [25]) *Fortasse Chlum, germ. Klum, distr. pol. Žlutice (Luditz).* — [26]) *Kamýk Malý, germ. Kamigl, distr. pol. Teplá.* — [27]) *Cebiv, germ. Zebau, distr. pol. Teplá.* — [28]) *Vladislavice villa quondam prope Sezemice.* — [29]) *Sezemice, distr. pol. Mnichovo Hradiště (Münchengrätz).* — [30]) *Mže, germ. die Mies, alias Berounka.* — [31]) *Mžice, nunc Úhlavka, fluvius, qui in Mže prope Stříbro influit.* — [32]) *Butov, germ. Wuttau, distr. pol. Stříbro.*

A.

dicta flumina hęę ville, que aliis terre beneficiis ante fuerant attribute: Checkowici,[33] Squirino,[34] Bonetici,[35] Starezedlo,[36] Lom,[37] Benessowici,[38] Lobzi,[39] Plezomi,[40] Malkowici,[41] Maleuvlaz,[42] Dalemisle,[43] Prozteborici.[44] Iste autem ville integre non sunt collate: Gnevnicich,[45] in qua ad decem aratra collatum est predium. In Klenouiz[46] tres mansiones. * Villam * Bigedl[47] totam preter duas mansiones; quas*A* duas mansiones et villam Ogniscowiz[51] et terram Iankonis de Lochusize[52] et Slatina[53] terram pertinentem Hradez[54] contuli eidem loco iure comcambii*b* pro circuitu, qui dicitur Olesna.*A* [55] Aput Rozwad[56] una mansio. Kuno cum terra sua. Predota cum terra sua Wrakowici.[57] In Sestocech[58] ecclesiam cum dote sua et cum tribus

B.

exceptis duodecim villis, quae antiquitus fuerunt ibi constitutae, quarum nomina haec sunt: Lom,[37] Benessevici,[38] Lobzi,[39] Plezomi,[40] Malcovici,[41] Maleulaz,[42] Chechovici,[33] Skvirino,[34] Bonetici,[35] Nastaremsedle,[36] Dalemisle,[43] Prosteborici.[44] Istae autem villae non sunt plenae: Gnevniz,[45] in qua dedi * ad decem aratra. In Clenoviz[46] tres mansiones, * Villam etiam Bigedl[47] totam praeter duas mansiones, * Apud Rozvad[56] una mansio. Chuno cum terra sua. Predota cum terra sua Wracovici.[57] In Seztozeh[58] ecclesiam cum dote sua et cum

405C. *A)* ,quas — Olesna' *deest C.*

D.

plenae: Gneunicich,[45] in qua dedi terram ad decem aratra. In Klenouicich[46] tres mansiones. Villam etiam Bigedl[47] totam praeter duas mansiones. In Hoteseuicich*m* [48] quatuor mansiones. In Gonezouicich[49] septem mansiones. * In Dnisich[50] duo aratra et tres mansiones. Apud Rozuad[56] una mansio. Cona*n* cum terra sua; Prudota cum terra sua w Rakouici.[57] In Sestocech[58] ecclesiam cum dote sua et cum

---

405A. *b) ita A.*

405D. *m)* ,Hoteseuich' *D1.* — *n)* ,Gudna' *D1;* ,Cudna' *D2.*

405. [33]) *Čeckovice, germ. Eschowitz, distr. pol. Tachov.* — [34]) *Skviřín, germ. Speierling, distr. pol. Tachov.* — [35]) *Bonětice, germ. Wonetitz, distr. pol. Tachov.* — [36]) *Staré sedlo, germ. Altsattel, distr. pol. Tachov.* — [37]) *Lom, germ. Lohm, distr. pol. Stříbro.* — [38]) *Benešovice, nunc Benešov, distr. pol. Stříbro.* — [39]) *Labzy, germ. Labes, distr. pol. Stříbro.* — [40]) *Plezom, germ. Plesau, distr. pol. Stříbro.* — [41]) *Malkovice, distr. pol. Tachov.* — [42]) *Malevláz villa quondam apud Bor (Haid), distr. pol. Tachov.* — [43]) *Darmyšl, germ. Darmschlag, distr. pol. Tachov.* — [44]) *Prostiboř, distr. pol. Stříbro.* — [45]) *Hněvnice, germ. Hniemitz, distr. pol. Stříbro.* — [46]) *Klenovice, distr. pol. Stříbro.* — [47]) *Bijedla quondam villa nunc curia araturae prope Merklín, distr. pol. Přeštice,* — [48]) *Chotěšovice, nunc Malý Chotěšov, germ. Klein-Chotieschau, prope Stříbro.* — [49]) *Honosice, germ. Honositz, distr. pol. Stříbro.* — [50]) *Dnešice, distr. pol. Přeštice.* — [51]) *Ohnišťovice, germ. Wonischen, prope Ronšperk (Ronsperg), distr. pol. Horšův Týn.* — [52]) *Lochousice, germ. Lochutzen, distr. pol. Stříbro.* — [53]) *Slatina nunc curia prope Kunějovice, distr. pol. Stříbro.* — [54]) *Hradce, germ. Hradzen, distr. pol. Stříbro.* — [55]) *Oleš, germ. Elsch, distr. pol. Tachov.* — [56]) *Rozvadov quondam villa a Podmokly (distr. pol. Stříbro) versus septemtrionem sita.* — [57]) *? Vračovice, distr. pol. Vysoké Mýto (Hohenmauth).* — [58]) *Žestoky, alias Řestoky, distr. pol. Chrudim.*

A.

vgezd. Villas insuper quatuor addiderunt: Milukowo,[59] Zlapnik[60] Bzine,[61] Pnetluki.[62] Contulerunt etiam Zbrazlav[63] cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, id est: Luben[B][64] villam totam cum silva et mediam partem fluminis;[B] * Cirnosicich[66] totum, quod emi aput Goscham; Lagouicich[67] tres piscatores: Cakan, Marsik, Blasius et[C] flumen, quod dicitur Misa,[30] a flumine Wultawa usque ad rivulum Chotecs.[68] Ad capellam sancti Galli[72] custodes quinque sunt assignati in villa Dragaucicich,[73] quorum nomina sunt hec: Mutis, Radek, Ne-

B.

tribus vgezd. Villas insuper quatuor addidi Miliucovo,[59] Zlapnik,[60] Bizine,[61] Pnetluk.[62] Dedi quoque Izbrazlaw[63] cum omnibus ad eam pertinentibus et fluvium * Msam[30] * usque ad rivulum Choteze.[68] Hae autem sunt villae et homines ad eundem locum pertinentes: Luben[62] tota villa; Slevici[65] tota villa; Chernosicich[66] totum, quod emi apud Goscam; Lagovicich[67] tres piscatores: Scehan, Marsic, Blasius. Et vineam, quae est sub Prozech.[69] In villa Gierchaz[70] duos tornatores: Petrus, Gotsa. Insuper unus piscator, qui vulgariter dicitur pztrusnic; et ibidem dimidium amnem contuli. Wilhelmus addidit patrimonium suum, quod fuit avi ipsius Pule, Ratbori[71] et cum pomerio. Than cum terra sua. Nesicha, qui solvit novem vasa salis. Ad capellam sancti Galli[72] custodes quinque deputati sunt in villa, quae dicitur Dragavcicich,[73] quorum nomina haec sunt: Mutis, Radek, Neprivad, Mirzata, Cogata. In villa

405C. *B)* ‚Luben villam totam, Sleuice villam et partem fluminis' *C.* — *C)* ‚et aquam que vocatur Misa' *C.*

D.

tribus vgezd. Villas insuper quatuor addidi: Milukouo,[59] Zlapnik,[60] Bzine,[61] Pnecluk.[62] Dedi quoque Izbrazlau[o][63] cum omnibus ad eam pertinentibus. Hae sunt * villae et homines ad eundem locum pertinentes: Luben[64] tota villa; Sleuici[65] tota villa; Chernosicich[66] totum quod emi apud Goskam; Lagouicich[67] tres piscatores: Scehan, Marsik, Blasius. Et vinea, quae est sub Prozek.[69] In villa Gehercaz[70] duos tornatores: Petrus, Gotsa. Insuper * amnem dedi, qui dicitur Misa[30] a flumine Wultava[p] usque ad rivulum Chotc.[68] Wilalmus addidit patrimonium suum, quod fuit avi ipsius Pule, Ratbori[71] et cum pomerio. Tan cum terra sua. Nesicha, qui solvit novem vasa salis. Ad capellam sancti Galli[72] custodes quinque sunt deputati in villa, quae dicitur Dragaucicich[73] quorum haec sunt nomina: Mutis, Radek, Nepriuad, Merzata, Cogata. In villa Lippan[74] Ten dusnik

405D. *o)* ‚Izbraclau' *D2.* — *p)* ‚Wultaua' *D2.*

405. [59]) *Milikov, germ. Milikau, prope Stříbro.* — [60]) *Slapnik, iam non exstat.* — [61]) *Bziň, iam non exstat.* — [62]) *Pnětluky, iam non exstat.* — [63]) *Zbraslav, germ. Königsaal, a Praga versus merid.* — [64]) *? Lubenec, germ. Lubenz, distr. pol. Žlutice (Luditz).* — [65]) *Šlovice, prope Křivoklát (Pürglitz).* — [66]) *Černošice, distr. pol. Smíchov.* — [67]) *Lahovice, distr. pol. Smíchov.* — [68]) *Radotínský potok.* — [69]) *Prosek, distr. pol. Karlín.* — [70]) *Jirčany Dolní, distr. pol. Král. Vinohrady.* — [71]) *Ratiboř, distr. pol. Kolín.* — [72]) *prope Zbraslav.* — [73]) *Drahelčice, distr. pol. Smíchov.* — [74]) *Lipany prope Zbraslav.*

A.

priwad, Merzata, Coyata. De villa Lippan[74] Then dusnik cum terra sua. In villa Sabowresk,[75] Ŗanos vaccarium cum terra sua. In villa Vidim[76] Trebatam cum terra sua. In villa Geherzas[70] duos tornatores, Petrum et Goskam. Villicus Pragensis decem denarios omni die sabbati[D] et in festo sancti Galli polledrum solvere debet.[D] Trapezita eodem die filum aureum circa altare et argenteum circa ecclesiam annuatim solvere debet. Cellerarius ducis duas urnas mellis. Locum Prage contulimus[E] ad molendinum. Item[F] locum Prage ad kuriam et ad hospites locandos in loco, qui dicitur paperum[c] vicus, ab ecclesia sancti Michahelis usque ad ecclesiam sancti Petri Sderaz et usque ad publicam viam. Contulerunt etiam parentes mei[G] vineam, que est sub Prozek.[69] Than cum terra sua.[H] * Pilzn[78] unum pellificem Bezuy. Nezabudicich[79] quatuor piscatores: Milhost, Otek,

B.

Lippan[74] Then dusnic cum terra sua. * In villa Sabowresk[b][75] Ŗanos vacarium cum terra sua. * Pragae quoque ab ecclesia sancti Michaelis usque ad ecclesiam sancti Petri Sderaz et usque ad publicam viam ad supra dictum monasterium locum contuli ad curiam et ad hospites. * Pilzni[78] unum pellificem Bezwi. Nezabudiz[79] piscatores quatuor: Milhozt, Otek, Domacha Sczaztolow. Quatuor qui salem solvunt, singuli novem mensuras: Thezen, Prezstan, Glupez, Bore. Ŗadoztam rusticum de Zemetiz[80] cum filiis suis, qui solvit septem urnas mellis. Vgrin etiam nepotem Ŗadoztae, debitorem septem urnarum mellis. Boratam, Milhozt, Zverek, Berzotam debitores septem urnarum[c] mellis. In Lukoue[d][81] Lovic debitorem novem urnarum

405C. *D)* ‚sabbati persolvere debet et in festo s. Galli poledrum' *C.* — *E)* ‚contulimus' *deest C.* — *F)* ‚Itemque' *C.* — *G)* ‚parentes mei' *deest C.* — *H) sequ.:* ‚Nesicham qui solvit novem mensuras salis' *C.*

D.

cum terra sua. In villa Zabowrzesk[75] Ŗanos vacarium[q] cum terra sua. Pragensis villicus decem denarios singulis sabbatis persolvere debet et[r] in natali sancti Galli poledrum unum. Trapezita vero eadem die filum aureum, cellerarius autem ducis duas urnas mellis. Pragae quoque ad supradictum monasterium locum dedi ad molendinum. Item Pragae locum ad curiam et ad hospites ab ecclesia sancti Michaelis usque ad ecclesiam sancti Petri Sderaz et usque ad publicam viam. Pistores[s] quatuor: Petrum, Bogumil, Hual, Louata.[t] Coccos quatuor: Maka, Dalicha, Dobrata, Ŗadnik. In civitate Zatecz[77] sutores subtalarium tres: Malucha, Nepriuad, Neugod. Pilzni[u][78] unum pellificem Bezuy. Nezabudiczich[79] piscatores quatuor: Milgost, Otek, Domacha, Chastolou.[v] Quatuor, qui sal solvunt, singuli novem mensuras: Tezen, Prestan, Glupech, Bora. Sdemislicich[x][82] figulum

405A. *c) ita A.*

405B. *b)* ‚Sabowrek' *B.* — *c)* ‚septenas urnas' *B.* — *d)* ‚Lukven' *B.*

405D. *q)* ‚vacarius' *D2.* — *r)* ‚atque' *D2.* — *s)* ‚Piscatores' *D1.* — *t)* ‚Lovata' *D1.* — *u)* ‚Pilznae' *D2.* — *v)* ‚Chastolow' *D1.* — *x)* ‚Sdemislicih' *D1.*

405. [75]) *Žabovřesky prope Zbraslav.* — [76]) *Vidim, iam non exstat.* — [77]) *Žatec, germ. Saaz.* — [78]) *Starý Plzenec, germ. Alt-Pilsenetz prope Plzeň (Pilsen).* — [79]) *Nezabudice prope Křivoklát.* — [80]) *Zemětice, distr. pol. Přeštice.* — [81]) *Luková, distr. pol. Kralovice.* — [82]) *Domyslice, distr. pol. Plzeň.*

A.

Domacha, Scaztowoy.[d][I] * Branowicich[84] Nelepam cum filiis, decem urnarum mellis s o l u t o r e m; Zusse similiter; Zlavik *,[J] Ozobey similiter. Partem quoque fluminis Mise[30] a lapide medio flumine sito usque ad villam, que dicitur Niniz.[K][85] In villa Reptech[87] pastores equarum duos: Buden et Maren. * In villa Tinez[88] calefactor e s stupe Chastre cum filiis. In villa Lubossin[89] Zwoyboh tornatorem[L] cum terra sua. In villa Vgrez[90] vineam cum quinque cultoribus: Ztras, Zabon, Nemir, Golez,

B.

mellis. Mergavez similiter. * Branowicih[84] Nelepam cum filiis, decem urnarum mellis debitorem. Zusa similiter; Zlawik similiter; Ozobey similiter. Partem quoque fluminis Misae[40] a lapide medio flumine sito usque ad villam, quae dicitur Ninize.[85] Choseticic[86] duos fabros Bigan, Tergonam; rotarium unum Bogdan. Pastores equarum duos in villa Reptierz[87]: Budan, Maran. * In villa Tinez[88] calefactorem stupe Chastre. In villa Lubossin[89] Zvoyboh,[e] qui parat cyphos cum terra sua. In * Vgrez[90] vineam cum quinque cultoribus: Ztrase, Zabon,

405C. *I) sequ.:* Quatuor qui salem solvunt, singuli novem mensuras: Thezen, Preztan, Glupez, Bore. Radostam rusticum de Zemetiz[80] cum filiis suis, qui solv u n t septem urnas mellis. Vgrin etiam nepotem Radostae s o l u t o r e m septem [,novem' *C'*] urnarum mellis. Boratam, Milhost, Zuerek, Berzotam solut o r e s p e r s e p t e n a s urnas mellis. In Lukow[81] Lowik s o l u t o r novem urnarum mellis, Mergauez similiter *. *C.* — *J)* ,Zlauik similiter' *C.* — *K) sequ.:* Koseticih[86] duos fabros Behan *[cod.:* Berhan*]* et Tirgon: rotarium unum Bohdan. *C.* — *L)* ,Zuoyboh qui parat cyphos' *C.*

D.

unum Ozlata. Drazkouicich[83] tornatorem unum Tehan. Radostam rusticum[y] de Zimaticze[80] cum filiis suis, qui debet septem urnas mellis. Vgrin etiam nepotem Radostae debitorem septem urnarum mellis. Boratam debitorem septem urnarum mellis. Zuerek similiter; Berzota similiter. Milgost * debitorem septem urnarum mellis. In Lukov[z][81] Louich debitorem novem urnarum mellis; Mergauehc[a] similiter novem. Radota, Mane, Mace, Tetik zklaznik. Wranovicich[84] Nelepam cum filiis, decem urnarum mellis debitorem; Zusa similiter; Zlauik similiter; Ozobey similiter. Chosseticich[86] duos fabros: Began, Tergonam; rotarium unum Bogdan. Pastores equarum duos in villa Reptiez[87]: Budan, Mara. In villa Ghoczkow[b][93] ululatores duos: Zeztrogor et Gluzam. In villa Tinez[88] calefactorem stubae Chastre.[c] In villa Lubossine[89] Zuogboch, qui parat cyphos cum terra sua. In villa Tuskove[d] camerarios duos: Domabor, Cik. In villa Milostine[97] ablutorem vestimentorum Ras. Sdatam, qui debet persolvere quinquaginta massas ferri. In Vgerich[90] vineam cum quinque cultoribus Straz, Zabona,

---

405A. *d)* ,z' *statim inter scribendum ex* ,t' *correctum.*

405B. *e)* ,Zvoybo' *B.*

405D. *y) sequ.* ,unum', *sed cancellatum D2.* — *z)* ,Luokow' *ex* ,Luocouo' *corr. D2.* — *a)* ,Mergauehe' *D1;* ,Mergauetze' *D2.* — *b)* ,Chockow' *D1.* — *c)* ,Chazstre' *D2.* — *d)* ,Tuskoue' *D2.*

405. [83]) *Drahkov, distr. pol. Plzeň.* — [84]) *Vranovice prope Rokycany, distr. pol. Plzeň.* — [85]) *Nynice, distr. pol. Plzeň.* — [86]) *Košetice, perperam Košovice, germ. Koschowitz, distr. pol. Stříbro.* — [87]) *Rpety, germ. Erpet, distr. pol. Hořovice.* — [88]) *? Týnec, germ. Teinitzl, distr. pol. Stříbro.* — [89]) *Libušín, distr. pol. Slaný.* — [90]) *Úherce, distr. pol. Louny.*

A.

Scepata; amputatorem arborum unum et paratorem doliorum Lowata et Kanis; duos carpentarios: Hwal et Tirzen.[M] Kosseticich[86] duos fabros. * Contulerunt etiam duas villas Mlinoha[91] et * Vinna[92] cum vineis et decem cultoribus earum, quorum nomina sunt hec: Muschen, Martin, Leton, Premil, Cirnata, Zdesse, Zopel, Pawel, Hodata, Trebata. In villa Lubochowan[94] Waurik piscatorem cum terra sua. In villa Lun[95] mansionem et terram ad aratrum. In villa Tuskou[96] camerarios duos Domabor et Cik. In villa Milostine[97] ablutorem vestimentorum Ras. Sdatam, qui solvit quinquaginta massas ferri. In Domaseliz[98] terciam partem theloney cum duce. Postea vero concambium fecerunt libertatis causa cum domino Hermanno, Pragensis ecclesie episcopo, pro decimacione, que per totam terram Boemie solvitur annuatim, addentes iam dicto episcopatui duas villas: Walthe-rowo et Dutlenowice[17] pro debito iam dicte decimacionis obtentuque iuste absolu-

B.

Nemir, Goliza,[f] Scepata; * amputatorem arborum unum, paratorem doliorum Lowata et Canis; duos carpentarios: Huala, Terzan. * Dedi etiam duas villas Mlinoha[91] et * Vinna[92] cum vineis et decem cultoribus earum: Muschen, Martin, Leton, Premil, Chernata, Zdesse, Zopel, Paul, Hodata, Trebata. In villa Lubochowan[94] Wawric piscatorem cum terra sua. In villa Lun[95] mansionem et terram ad aratrum. In villa Tuscove[96] camerarios duos: Domabor, Cic. In villa Milostine[97] ablutorem vestimentorum Ras. Sdatam, qui debet persolvere quinquaginta massas ferri. In Domazeliz[98] tertiam partem thelonei cum duce. Quod postea concambium feci cum domino Hermanno, Pragensis ecclesiae episcopo, pro decimatione. * Insuper addidi ei duas villas, scilicet Walterowa,[99] Doudlenowiz[17] *. In Clad-

405C. *M)* ‚Heval et Terzen' *C, C', ubi sequentia usque* ‚Contulerunt' *desunt.*

D.

Nemir, Golissa, Scepata; unum amputatorem arborum Louata; unum paratorem doliorum Canis; duos carpentarios: Huala,[e] Terza. In Domaselicz[98] terciam partem thelonei cum duce. Quod postea concambium feci cum domino Hermanno, Pragensis ecclesiae episcopo, pro decimatione, quae[f] per totam terram Boemiae solvitur annuatim.[f] Insuper ei addidi duas villas, scilicet Walterovo,[99] Doudlenovici.[g 17] Si quis hoc factum irritum fecerit, vinculo anathematis feriatur. Dedi etiam geneceum undecim ancillarum et curiales servos septem, quorum nomina haec sunt: Obida, Potecha, Milota cum fratribus suis Mirsa, Martin, Gumprech, Conaza, Rerenca, Walterium. Aratores etiam hos cum filiis et filiabus: in Mezleu[h 13] Cayn; in Dnizicich[50] Coganek; Gneunicich[45]

405B. *f)* ‚Soliza' *B.*

405D. *e)* ‚Hwala' *D2.* — *f)* ‚quae - annuatim' *om. D1; alia manu in marg. adscr. D2.* — *g)* ‚Walterouo, Doudlenouici' *D2.* — *h)* ‚Mezley' *D1.*

405. [91]) *Mlýnce Staré, germ. Alt-Lenzel, distr. pol. Litoměřice.* — [92]) *Vinná, germ. Winney, distr. pol. Litoměřice.* — [93]) *? Kočov curia et domus saltuarii prope Kladruby.* — [94]) *Libochovany, distr. pol. Litoměřice.* — [95]) *Louny, germ. Laun, in fluminis Ohře (die Eger) dextra ripa.* — [96]) *Touškov nade Mží, germ. Weiss-Tuschkau, distr. pol. Stříbro.* — [97]) *Milostín, distr. pol. Rakovník.* — [98]) *Domažlice, germ. Taus.* — [99]) *Valteřovice, iam non exstat.*

A.

tionis. In Cladrub[1] quoque forum ab omni theloneo liberum contulerunt. Tempore

B.

rub[1] quoque forum liberum ab omni theloneo contuli. Tempore, in quo regnavit pater

D.

Bogumil, Bik, Mstata; Zittne[100] Chaua; Leschaz[101] Zinogor; Cebeue[i][87] Bezded, Radosta. Haec autem sunt, quae fideles dei pro animabus suis me vivente eidem ecclesiae dederunt: Vtto comes dedit duas villas: Checzkouici,[83] Malevici.[k][102] Depolt dedit in Domazelich[98] locum ad habitandum et pratum et arbustum et inter duas vias terram ad dimidium aratrum. Branis etiam dedit in villa Leschan[101] terram ad unum aratrum et partem silvae et piscinam; dedit etiam terram ad unum aratrum in villa Telzna;[103] item dedit vgezd et piscinam in eo loco, qui dicitur Lenich.[104] Littorad dedit terram ad aratrum in Skapze,[105] quam frater suus postea cambivit[l] similiter pro terra ad aratrum in loco Vnil.[106] Chada etiam dedit haereditatem[m] suam post mortem suam: in Nechamich[107] dedit terram ad unum aratrum; in Lukov[n][81] ad unum aratrum; in Charadich[108] terram ad duo aratra. Hual presbiter[o] dedit similiter totam haereditatem[m] suam, scilicet in villa Glinen.[109] Dobrech etiam dedit terram ad aratrum in proprietatem sanctae Mariae in villa Dragomisle.[110] Idem Dobrech dedit terram ad aratrum in villa, quae vocatur Coheber,[111] et ea conditione, ut, si filius eius voluerit abbati servire, serviat pro terra, et si noluerit abbati servire, solvat hospitalitatem et cetera. Nicolaus dedit vgezd. Radoma quoque dedit suum vgezd. Zuebor etiam cum terra sua se tradidit. Zlatine[58] Moyzlau dedit ad duo aratra. Bola ad unum aratrum Tuskove.[d][96] Vdalricus comes dedit vgezd unum et insulam humuli[p] in villa, quae vocatur Hotesseuich.[q][112] Masseuicich[113] Crizan ad duo aratra. Zira Wsanicich[114] totam villam. Cernin Neganice[107] totam villam. * Preztan Bezemin dimidiam villam. Naceleue totam villam. Midlovarech[r][115] ad duo aratra et tria vgezd. Nagosicich[116] dimidia villa. Nastrezeue[117] ad unum aratrum. Tahoue[118] ad unum aratrum. Hohauicich[119] totum quicquid habuit Izbud; et Lunich[120] et Robci[121] et vgezd. In loco Hohauich[s][119] cum abbate Bertholdo cambivit Hainricus Ketlich[t] villam Turane[122] sub tempore ducis Zobeslai sub

405 D. *i)* ,Cebeve' *D1*. — *k)* ,Malewici' *D2*. — *l)* ,concambivit' *D2*. — *m)* ,hęreditatem' *D2*. — *n)* ,Lvokov' *D2*. — *o)* ,praesbiter' *D2*. — *p)* ,humili' *D1, D2*. — *q)* ,Chotesseuicz' *ex* ,Hotesseuich' *alio atram. corr. D2*. — *r)* ,Midlouarech' *D1*. — *s)* ,Hohauicz' *D2*. — *t)* ,Ketlihe' *D1*; ,Ketliche' *D2*.

405. [100]) *Sytno, distr. pol. Stříbro.* — [101]) *Lešťany, germ. Lichtenstein, distr. pol. Stříbro.* — [102]) *Malovice, prope Bor (Haida) distr. pol. Tachov.* — [103]) *Tlučná, distr. pol. Plzeň.* — [104]) *Líně, germ. Lihn, distr. pol. Stříbro.* — [105]) *Skapce, germ. Kapsch, distr. pol. Stříbro.* — [106]) *Únehle, germ. Unola, distr. pol. Stříbro.* — [107]) *Nechanice, prope Blovice, distr. pol. Plzeň.* — [108]) *? Čeradice, distr. pol. Žatec.* — [109]) *Hlinné, distr. pol. Planá (Plan).* — [110]) *Drahomyšl, distr. pol. Žatec.* — [111]) *Kočber, iam non exstat.* — [112]) *Chotěšov, germ. Chotieschau, distr. pol. Stříbro.* — [113]) *Mašovice, distr. pol. Horšův Týn.* — [114]) *? Úševice, germ. Auschowitz, distr. pol. Teplá; Všenice in distr. pol. Plzeň interpretatur H. Jireček in Památky archaeol. II, pag. 170.* — [115]) *Bezemín (germ. Wesamin), Čelivo et Mydlovary, germ. Müllowa, distr. pol. Teplá.* — [116]) *Nahošice, distr. pol. Horšův Týn.* — [117]) *Střížov villa sita quondam prope Černošín, distr. pol. Stříbro.* — [118]) *Tachov, germ. Tachau.* — [119]) *Chocenice, distr. pol. Plzeň.* — [120]) *Lounky, distr. pol. Roudnice.* — [121]) *? Hrobce, distr. pol. Roudnice; alias interpretatur Mayer in Mitth. d. Ver. f. G. d. Deutsch. in Böhm. 36, pag. 437 not. 3.* — [122]) *Tuřany, distr. pol. Slaný.*

A.

quo regnavit pater meus, rex Wladizlaus, contulit eidem ecclesie circuitum, quod[e] vulgô vocatur vgezd, in quo sunt site novem ville, quarum nomina sunt hec: Krassowo,[129] Nemcici,[130] Potok,[131] Kamenna hora,[132] Zlusetino,[133] Sdanowo,[134] Kladrubi,[135] Calisce,[136] Mirozlawe,[137] <Wlkozowo[138]>. Patruus vero meus, pie memorie dux Heinricus, contulit circuitum, in quo sunt ville sex, et hec earum nomina: Bezdedowici,[139]

B.

meus, Wladislaus rex, data sunt haec: Ipse pater meus rex dedit vgezd, in quo sunt novem villae, et haec earum nomina: Crassowe,[129] Nemzicic,[130] Potok,[131] Camenna[g] hora,[132] Zluzetina,[133] Sdanowa,[134] Cladrub,[135] Calische,[136] Mirozlawe,[137] <Wicosve[138]>. Patruus vero meus, piae memoriae dux Henricus, dedit vgezd, in quo sunt villae sex: Bezdedowici,[139] Ocezcici,[h][140] Lez-

D.

testimonio horum virorum: Liupoldi filii Boriuoy[u] et Mladotae[v] et Littobor et Diuis[x] et Zmil camerarii et Gredebor cum fratre Vacemil et Vttonis de Ratisbona et Paulic et Litomiriciensium primatum Chaslau, Martin, Milgost. Superscriptio autem Iuratae, cancellarii ducis Zobeslai, et confirmatio camerarii Petri. Iancik[y][123] Tezic dedit vgezd.[z] Crazen Lescine[124] ad unum aratrum. Cisicich[125] Stras ad unum aratrum. * Nechat dedit hortum. Zuattopluk dux Bonaticich[35] ad unum aratrum; Zoyk cum filiis suis. In Ostrow comparata est terra ad unum aratrum sub testimonio horum virorum: Marquardi[a] de Dubrau et Marquardi de Vnil[106] cum filio suo Zuba et Bernardi de Cernosich.[66] Beneda totam terram dedit, quam habuit in Iunas,[126] Zbigneu in Kameniche[127] dedit ad unum aratrum. Gotpoldus dedit villam Metelzcow,[128] excepta una mansione. Conradus dedit ad quatuor aratra de suo vgezd. Haec autem collata sunt eidem ecclesiae temporibus avi mei, fundatoris eiusdem loci. Tempore vero, quo regnavit pater meus, Wladislaus rex, data sunt haec: Ipse pater meus rex dedit vgezd, in quo sunt novem villae et haec earum nomina: Crasow,[b][129] Nemcicz,[c][130] Potok,[131] Kamenna gora,[d][132] Zlussetino,[133] Sdanouo,[134] Cladrub,[135] Chalisce,[136] Miroslaue.[e][137] Patruus vero meus, piae[f] memoriae Hainricus dux, dedit vgezd, in

---

450A. *e) ita A.* **450**B. *g)* ,Camna' *B.* — *h)* ,Ocecici' *B.*

405D. *u)* ,Borivoy' *D1.* — *v)* ,Mladotę' *D2.* — *x)* ,Diuiss' *D2.* — *y)* ,Tancik' *D1, D2.* — *z)* ,vgesd' *D1.* — *a)* ,Marqvardi' *D2.* — *b)* ,Crassow' *D2.* — *c)* ,Nemczice' *D2.* — *d)* ,hora' *D2.* — *e) sequ. adhuc* ,Wlkozovo' *D2.* — *f)* ,pię' *D2.*

405. [123]) *? Jeneč, distr. pol. Smíchov.* — [124]) *Leština, iam non exstat.* — [125]) *Čížice, distr. pol. Plzeň.* — [126]) *Jivňany, nunc perperam Jívany, germ. Gibian, distr. pol. Stříbro.* — [127]) *Kamenice dolní, germ. Unter-Kamenzen, distr. pol. Horšův Týn.* — [128]) *Metelsko dolní, germ. Unter-Medelzen, distr. pol. Horšův Týn.* — [129]) *Krašov, germ. Krasch, distr. pol. Kralovice.* — [130]) *Němčice, iam non exstat.* — [131]) *Potok, distr. pol. Kralovice.* — [132]) *Kamenná hora prope Krašov.* — [133]) *Služetín, germ. Lusetin, distr. pol. Kralovice.* — [134]) *Ždanov, iam non exstat.* — [135]) *Fortasse iam non exstat; Kladruby, germ. Kladerlas, distr. pol. Teplá interpr. H. Jireček in Pam. archaeol. II, pag. 219.* — [136]) *Kaliště villa quondam inter Manětín et Toužím sita.* — [137]) *Miroslav, iam non exstat.* — [138]) *Vlkošov, germ. Wilkischau, distr. pol. Kralovice.* — [139]) *Bezdědovice, distr. pol. Blatná.* — [140]) *Otěšice, iam non exstat.*

A.

Ocezcici,[140] Leskowici,[141] Waltherowo,[142] Wratiwoyowici.[143] Bilek dedit terciam partem Repniz.[144] Sdimir contulit tres villas, et hec ipsarum nomina: Zlutizi,[145] Bukowina,[146] Hradez;[54] quas ego cambivi cum eiusdem ecclesie fratribus tradens tres alias villas loco ipsorum viciniores, quarum vocabula sunt hec: Plezomi,[40] Lobzi,[39] Malkowici.[41]

B.

cowici,[141] Walterowa,[142] Wratiworici.[143] Bilac dedit etiam[i] partem Repniz.[144] Sdimir dedit tres villas: Zlutiz,[145] Bucowin,[146] Radez;[54] quas ego postea concambivi cum eisdem fratribus tradens eis tres alias villas: Lobez,[39] Plezom,[40] Malkovici.[41]

A.

Ego quoque cupiens amplificare predia ecclesie Cladrubensis, contuli villam Hrazt[147] pro remedio anime mee et pro salvatione animarum omnium predecessorum nec non et successorum meorum, cupiens assiduis inprecaminibus in futuro connumerari eiusdem loci fratribus, qui die noctuque a laude dei non cessantes, sanctis equales probantur

C.

Ego quoque cupiens dilatare et amplificare praedia ecclesiae Cladrubensis ob amorem parentum meorum et animae meę remedium, contuli eidem loco villam Ognissczouic[51] et terram Ioannis de Lochuzice[52] et in Slatina[53] terram pertinentem Hradez[54] pro circuitu, qui dicitur Olessna.[55] Insuper contuli villam Herazt[147] pro remedio

B.

Dedi etiam eis villam Ognescowiz[51] et terram Iohannis de Lochuzic[52] et in Slatina[j][53] terram pertinentem Radez[54] pro circuitu, qui dicitur Olesna.[55] Insuper contuli villam Crazt,[147] non causa concambii, sed pro remedio animae meae, praedecessorum quoque meorum simul ęt successorum, cum[k] pertinentibus eius cultoribus, qui quilibet[l] trecentos

D.

quo sunt villae sex: Bezdedovici,[g][139] Ocesici,[140] Leskouici,[141] Walterovo,[h][142] Wratiwoiwici,[143] Navoiowici.[i][143] Dux quoque Dipoldus vineam dedit Mlino[91] et alteram Navinnei[92] cum cultoribus earum. Sdimir dedit tres villas: Zlitiz,[145] Bugowin,[146] Gradec,[54] quas ego postea concambivi cum eisdem fratribus tradens eis tres alias villas Lobecz,[k][39] Plezom,[40] Malkovici.[l][41] Dedi etiam eis villam Ognisovici[m][51] pro circuitu, qui dicitur Olessna.[55] Cunradus de Dalmisle[43] Obatovice[152]

405B. *i) fortasse* ‚tertiam' *corrigendum; vide 405A.* — *j)* ‚Sletina' *B.* — *k)* ‚cum' *deest B.* — *l)* ‚qui quia lib 15' *B.*

405D. *g)* ‚Bezdedouici' *D2.* — *h)* ‚Walterouo' *D2.* — *i)* ‚Nawoiowici' *D2.* — *k)* ‚Lobech' *D2.* — *l)* ‚Malkouici' *D2.* — *m)* ‚Ognissouici' *D2.*

405. [141]) *Leskovice prope Radomyšl, distr. pol. Strakonice.* — [142]) *Iam non exstat.* — [143]) *Iam non exstat.* — [144]) *Řepnice, distr. pol. Litoměřice,* — [145]) *Žlutice, germ. Luditz.* — [146]) *Bukovina, distr. pol. Kralovice.* — [147]) *Chrastov, Chrast, prope Touškov, distr. pol. Stříbro.*

A.

esse angelis. Marquardus contulit villam Lomniz.[f][148] Ratata dedit villam Lubewice.[149] Sdebor dedit terram ad duo aratra Honezowiz.[49] Predzlaus ad aratrum Kozolupech.[150] Otto dimidiam villam Hoztetiz;[151] alteram partem emit Adalbertus abbas eiusdem loci ab Hermanno de Mirkov. Gebno contulit villam Rokosin.[154]

C.

animae meę et pro salute animarum omnium praedecessorum nec non et successorum meorum, cupiens assiduis inprecaminibus in futuro connumerari eiusdem loci fratribus, qui die noctuque a laude dei non cessantes, sanctis aequales esse probantur angelis. Cunradus de Dalemisl[43] dedit Opatouice;[152] in villa Smoln[153] tres mansiones. Marquardus contulit villam Lomniz.[148] Andreas dedit villam Bauce.[155] Ratata dedit villam Lubeuice.[149] Sdebor dedit terram ad duo aratra Honezouicich.[49] Besprem filius Cirnini contulit terram ad

B.

denarios annuatim ad iam dictum tantummodo locum solvunt.

D.

dedit; in villa Smolin[153] tres mansiones. Marquardus dedit villam Lomnic.[148] Andreas dedit villam Bance.[155] Ratata dedit villam Lubeuici.[149] Sdebor dedit terram ad duo aratra Gonesovicich.[49] Heual ad aratrum[n] in Vnil.[106] Bredzlau dedit ad aratrum Kozolupech.[150] Otto dimidiam villam Gosteticich;[151] alteram partem emit abbas Adalbertus ab Hermanno de Mirkow. Branzud dedit Horeuicich.[156] Bezbren filius Cirnin dedit ad aratrum Loguzicich.[52] Baranta ibidem

---

405A. *f)* ‚n' *in loco raso eod. atramento corr.*

405D. *n) sequ.* ‚unum' *sed cancellatum D*2.

405. [148]) *? Lomy (alias Lomec), germ. Lohm, prope Bezdružice (Weseritz).* — [149]) *Liběvice, germ. Libitzen, quondam villa, nunc curia araturae prope Krsy (Girsch), distr. pol. Teplá.* — [150]) *Kozolupy prope Touškov, distr. pol. Stříbro.* — [151]) *Hostětice quondam villa ibi sita ubi nunc est molendinum nomine Hasatický mlýn (Hassatitzermühle) prope Štítary, distr. pol. Horšův Týn.* — [152]) *Iam non exstat.* — [153]) *Iam non exstat.* — [154]) *Rokošín quondam villa sita ubi nunc est curia St. Georgen prope Ronšperk, distr. pol. Horšův Týn.* — [155]) *Nomen hoc explicare nequeo.* — [156]) *? Hořovice, germ. Torowitz, distr. pol. Blatná.*

C.

aratrum in Lochuziz.[52] Heual dedit ad aratrum in Vnil.[106] Predzlaus ad aratrum Kozolupech.[150] Otto dimidiam villam Hoztetiz;[151] alteram partem emit Adalbertus abbas eiusdem loci ab Hermanno de Mirkow. Baranta item in Lochuziz[52] dedit ad aratrum. Ostrata ad duo aratra in Powicich.[157] Gunprech contulit villam Pritulenowo.[158] Gebno dedit villam Rokosin.[154]

A.

Quod si quis aliquid ex his violaverit, vel abstulerit, seu qualicumque modo gravare presumserit,[g] maledictus sit a deo et ab omnibus sanctis eius ac mecum et cum illis omnibus, qui hereditates suas ecclesie dei contulerunt, nec non et cum omnibus Christi fidelibus, quorum memoria fit assidue eadem in ecclesia, contendat in die iudicii, habens partem cum Iuliano Apostata, qui occasione illius ewangelice admonitionis ,qui non renuntiaverit omnibus, que possidet, non potest

B.

Quod si quis ex his aliquid abstulerit, maledictus sit a deo et ab omnibus sanctis eius et mecum et cum illis, qui haereditates suas ecclesiae dei dederunt, contendat in die iudicii, habens partem cum Juliano Apostata, qui occassione illius evangelicae admonitionis: ,qui non renuntiaverit omnibus quae possidet, non[m] potest meus esse

D.

ad aratrum. Ostreta ad duo aratra in Pouiciz.[o] [157] Gunprech dedit villam Przitulenowo.[158] Gebno dedit villam Rokosin.[154] Quod si quis ex his aliquid abstulerit, maledictus sit a deo et ab omnibus sanctis eius et mecum et cum illis, qui haereditates suas ecclesiae dei dederunt, contendat in die iudicii, habens partem cum Iuliano Apostata, qui occasione illius

405A. *g) ita A.*

405B. *m)* ,non — discipulus' *scriba exemplaris B tantum litteris* ,etc.' *indicavit.*

405D. *o)* ,Poviciz' *D1.*

405. [157]) *Fortasse iam non exstat.* — [158]) *Přitulnov, villa quondam inter Holubeč et Svržno in distr. pol. Horšův Týn sita.*

A.

meus esse discipulus',[159] spoliabat cultores sancte fidei et ecclesias dei, descendatque cum Dathan et Abyron vivus in infernum. His vero, qui bona sua ecclesiis dei sunt largiti, vel qui collata non violaverint, sed ea tuendo firmiter observaverint, sit in eterna vita spes retributionis non modica ab omnium bonorum retributore, qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen. Fiat, fiat, fiat. Amen.

Factum est * hoc privilegium anno ab incartione*h* domini millesimo centesimo octogesimo sexto, indictione quarta, epacta vigesima octava, concurrente secunda.

(S. I.)

B.

discipulus,'[159] spoliabat cultores fidei et ecclesias dei. Fiat, fiat. Amen. Amen.

Factum est * hoc privilegium anno ab incarnatione domini millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, epacta vigesima octava, concurrente secundo.

D.

evangelicae admonitionis ,qui non renuntiaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus',[159] spoliabat cultores fidei et ecclesias dei. Fiat, fiat. Amen.

Factum est autem hoc privilegium anno ab incarnatione domini*p* millesimo centesimo octogesimo sexto, indictione quarta, epacta vigesima octava, concurrente secundo.

Instrumento A impressum est sigillum bilaterale, formae rotundae, e cera fusca confectum, cuius diametros 87 mm sunt. In cuius quidem sigilli utraque parte eadem fere figura et circumscriptio atque in reliquis Friderici ducis sigillis conspicitur. Sed magnitudo ab iis sigillis, quibus alia et genuina huius ducis diplomata instructa sunt, plane aliena singulaeque circumscriptionis litterae alio loco positae, quominus sigillum hoc verum esse credamus, prohibent.

406.

(FALSUM S. XIII.)

Fridericus, dux Bohemiae, circuitum a Svatava regina quondam ecclesiae Vissegradensi donatum et circuitum sancti Martini in suburbio Pragensi liberum esse constituit ac sub iurisdictionem praepositi, decani, custodis Vissegradensis subiungit.

— 1187 mai 6.

405A. *h) ita A.*

405D. *p)* ,domini nostri' *D1.*

[159]) *Luc. XIV, 33.*

Instrumentum autographi instar manu saec. XIII ineuntis in membrana exaratum in tabulario capituli colleg. Vissegradensis asservatur (A).

Hammerschmidt, Gloria et maiestas . . . Wissegr. ecclesiae, pag. 155. — Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 576 (frgm.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 321, num. 344. — Erben, Reg. I, pag. 179, num. 393.

Diploma non genuinum, sed spurium esse optimo iure docuit Čelakovský, O vzniku patrimonialního soudnictví na statcích zádušních v Čechách, pag. 4, not. 10. Etenim privilegii, quod Přemysl I rex anno 1212 mense aprili dedit (Erben, Reg. I, num. 525), verba testimonio sunt, a Friderico duce ecclesiae Vissegradensi illa tantum iura concessa esse, quae eiusdem ducis diploma anno 1187 maii 2 datum (num. 317) continet. E quo quidem diplomate omnia fere testium nomina descripta sunt. Etiam sigillum, cuius fragmentum iustrumento nostro appendet, diplomatis illius autographo iam deperdito genuine appensum fuisse verisimile est.

Scio quidem, quod bonorum meorum nullam habet indigentiam summa divinitas, sed illud preceptum, quod a religiosis viris diligenter intellexi, scilicet honora dominum de tua ‖ substantia, me monet, ut anime mee salutem prospiciam, quod post obitum meum illius celestis curie societati mereatur adiungi, ubi divinitatis conspectum semper cernere gaudent beati. ‖ Ego itaque Fridricvs, dei gratia Boemorum dux pronus, cum intima devocione supplico, ut qui seculari dignitate me sufficienter honoravit, eciam eterni gaudii facere dignetur ‖ non alienum, et si hactenus in populo meo actum est iniuriose, maxime in viris ecclesiasticis et religiosis, quorum oracionibus cottidianis estimo et spero me feliciorem, amodo quantum possum libenter volo defendere. Wissegradensem igitur ecclesiam, quam specialiter defendere debeo,[a] que multa dampna passa est et iniurias in possessionibus villarum et in aliis rebus, que pertinere debent ad prebendam canonicorum, clementer et animo bono libenter volo adiuvare. Primum itaque circuitum, quem contulit avia mea regina Zuataua[1] sancto Petro, liberum esse precipio, ut nullus fratrum meorum presentium, nec futurorum, preter illum, qui dux vocatur principalis, nec aliquis castellanus habeat aliquam potestatem in illo circuitu, nec in foro, nec in aquis, nec in pratis, nec in silvis, nec in villis, que sunt infra eundem circuitum, neque super homines in eodem[b] circutu.[c] Eciam hoc statuo, ut milites, qui sunt iuxta circuitum, non intromittant se de silvis, nec de aquis, nec de pratis, que pertinent ad eundem circuitum. Et si quis contra ista statuta fecerit ulterius, inimicum meum et successoris mei, quicumque dux Boemie fuerit, reputet manifestum, quia circuitus ille sub solius principis, qui dux Boemie vocatur, defensione specialiter debet esse securus. Hoc etiam eisdem fratribus concedo, quod omnes culpas vel causas, que contingunt

406. a) *genuine* ‚debeo defendere', *sed litteris* ‚a' *et* ‚b' *superscriptis transpositum A.* — b) ‚o' *eod. atram. superscr. A.* — c) *ita A errore scribentis.*

1) *De circuitu isto vide Tomek, Újezd Svatavin na řece Sázavě, in Památky archaeologické I, pag. 321; cf. etiam supra diploma num. 287.*

in eodem circuitu, prepositus cum decano et custode in capitolio iudicent, et totam utilitatem vendicionis fratres accipiant; et si aliquas causas iudicare noluerint,[d] sicut est homicidium, tunc iudex curie principis, qui dux Boemie fuerit principalis, iudicabit, et semper tota utilitas vendicionis fratribus pertineat; de zuod et narok omnis utilitas, que principis esse deberet, eisdem fratribus concedo nunc et amodo imperpetuum. Fratribus eisdem etiam concedo, ut ubicumque vendicio fuerit per Boemiam, vel collecta principis, qui dux Boemie vocatur, si fuerint ibi homines ęcclesię, tunc prepositus super homines prepositure accipiat, nec tamen hoc pro decima sibi reputetur, et canonici super homines ipsorum accipiant totam utilitatem nunc et imperpetuum. Similiter de circuitu, qui vocatur sancti Martini,[2] et est canonicorum Wissegradensium, in suburbio omnem utilitatem omnium culparum super homines fratrum fratribus supradictis concedo nunc et imperpetuum, et idem homines ad nullum habeant respectum, nisi ad canonicos Wissegradenses. Ut omnia supradicta stabilia permaneant et non mutabilia nunc et in perpetuum, cum carta et sigillo meo confirmo. Anno dominice incarnationis millesimo CLXXXVII, indictione V, mense maio, die II nonas mai. Ego[e] Fridericus, dei gratia Boemorum dux, dedi donationem istam,[e] ut supradictum est, et confirmavi, presentibus fratribus meis Priemuzl, Wladizlao et Floriano preposito Wissegradensi, Radosta preposito Livtmercensi. Alexander * magister et cancellarius. * Supani Bogussa, Bleg, Letarius * camerarius, Iohannes iudex, Matheus dapifer, Zezema pincerna, Hendricus agaso, Ratibor castellanus Wissegradensis, Velis castellanus Pragensis, Slauibor, Predota, Herman' Marquart, Boguta castellanus de Belin, Stephanus et Iurik castellanus de Natolic, Drisizlau cum fratre Ruz, Diuis subcamerarius, Bodiwoi, Troianus, Clusna, Bawor, Dlugomil, Petrus, Kral fratres, Koiata, Lancus.

Data per manum magistri * Alexandri * cancellarii.

(S. P. F.)

Diplomati appendet e filis sericis rubri coloris fragmentum sigilli de cera alba confecti, quod eadem forma atque sigillum diplomatis num. 305 expressum erat.

407.

(FICTUM.)

Gregorius VIII papa Hinconis de Žerotín, cruce signati militis, eiusque familiae et bonorum protectionem suscipit; quod anathemate roborat Cain, episcopus Olomucensis. *Beneventi 1187 —.*

---

406. *d) genuine* ,voluerint' *sed radendo corr. A.* — *e)* ,Ego — donationem is' *in loco raso eadem manu eodemque atramento scriptum A. Litterarum vestigiis diligenter investigatis, ibi genuine haec scripta esse puto:* ,Preſentib; frib; meiſ Premuzl & Wladizlao & Floriano ꝑpoſito.'

[2]) *Circuitus situs erat in locis, quae nunc circa plateam Spálená ulice extenduntur.*

Dobner, Monum. hist. Boemiae IV, pag. 250 (Specimen cod. dipl. Mor.) num. 42 (e codice quodam chartaceo saec. XIV tabularii Carlsteinensis, qui nunc latet). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 320, num. 343. = Erben, Reg. I, pag. 180, num. 394. — Jaffé, Reg. pontif.[2]*, II, pag. 534, num. 16089.*

Palacký ap. Erben, l. l. pag. 624 litteras suspectas immo fictas omnino esse, optimo iure declarat. Quam quidem sententiam cum alia, tum id potissimum comprobat, quod cognomen „de Žerotín" saeculo XIV demum ortum est; cf. Palacký Dějiny[3] *I, 2, pag. 492. Tum Gregorium VIII papam nullas omnino litteras Beneventi dedisse constat.*

Gregorius, episcopus servus servorum dei, dilecto filio Hinconi de Serotin, crucisignato militi Olomucensis diocesis, salutem[a] et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur,[b] eos quasi pia mater sue proteccionis munimine confovere. Cum igitur tu zelo fidei et devocionis accensus, signo vivifice crucis assumpto, proposueris in terre sancte subsidium proficisci, nos tuis iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, personam tuam cum familia tua, bona tua, que in presenciarum[c] racionabiliter possides, sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut postquam in primo generali passagio a sede apostolica statuendo, iter arripueris transmarinum, donec de tuo reditu vel obitu certissime cognoscatur, ea omnia integra maneant et coniuncta. Nulli[d] ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitucionis et proteccionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Data Beneventi pontificatus anno I.

Et ego Cain, Olomucensis episcopus, anathema pronuncio in omnes, quicunque diabolico instinctu tibi, pueris, clientibus, servis aut terris tuis iniuriam vel violentiam inferre presumpserint etc.

408.

(FICTUM.)

Fridericus I, imperator Romanorum, Saladino, Saracenorum praesidi, nisi terram sanctam restituat, bellum denunciat, eique minatur: ‚et tu quidem in ipsa rerum experientia deo auctore intelliges, quid possint nostrae victrices aquilae, quid cohortes diversarum nationum, quid furor Teutonicus etiam in pace arma capessens, . . . quid Boemia ultro mori gaudens, quid Bolonia suis feris ferior . . . .‘

[1188 mart. 27 — mai 26.]

407. *a)* ‚salutem — benedictionem‘ *ap. Dobner punctis tantum indicatur.* — *b)* ‚agerentur‘ *Dobner.* — *c)* ‚in presencia‘ *Dobner.* — *d)* ‚Nulli — incursurum‘ *ap. Dobner tantum abbreviatura* ‚&c‘ *indicatur.*

Epistolam habent duo codices mss. Itinerarii regis Ricardi, lib. I, c. 18, unde ab aliis auctoribus descripta est.

Stubbs, Chronicles and memorials of the reign of Richard I (Rerum Britannic. script. XXXVIII) pag. 35. — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 326, num. 348 (ex Baronii Annal. eccles.). = Erben, Reg. I, pag. 182, num. 398 (frgm.).

Epistolam ea qua nunc est forma non veram, sed fictam esse optimo iure docuit Riezler, Der Kreuzzug K. Friedrichs I, in Forschungen z. deutsch. Gesch. X, pag. 20, not. 4 et pag. 109, num. 21. De tempore vide ibidem. — Cf. et. Fischer, Gesch. d. Kreuzzugs K. Friedrich's I, pag. 1 sq.

409.

(FALSUM S. XIII?)

Fridericus, dux Bohemiae, abbati Cladrubensi, ea quae de homicidiis de tota abbatia, tam in civitate, quam in villis, ad quaestum ducis pertinent, in usum donat. — — —.

Apographum exstat in Libro privilegiorum monasterii Cladrubensis saec. XVII ex., qui in bibliotheca c. r. universitatis Pragensis sub II A 10 asservatur, tom. I, fol. 32—33 (B), tom. III, pag. 21 sq. (C).

Diploma Friderici ducis temporibus non posse vindicari, quam ob rem spurium esse, id potissimum declarat, quod in testium serie Gervasius, praepositus Vissegradensis, adfertur, qui iam 1178 feb. 10, paulo ante quam Fridericus dux principatum adeptus est, e vita discessit. — Quo tempore falsum confectum sit, incertum est, sed saeculo XIII medio non esse antiquius, ex eo effici potest, quod in illo de civitate Cladrubensi mentio fit, quae primum in Venceslai I regis diplomate anno 1233 dato (Erben, Reg. I, num. 813) commemoratur.

In nomine sanctae et individuae trinitatis.[a] Pax omni genti credenti, amen. Solet facta mortalium vel oblivio, vel pravorum pravitas, vel edax abolere vetustas, nisi innitantur testimonio. Ergo quia de rerum labentium instabilitate semper est suspecta posteritas, ego Fridericus, dei gratia dux Boemiae, beneficium sanctissimae dei genitricis in Claderub, quod primum sanxit avus meus, dux Wladislaus, diligentius et perfectius confirmatum scriptorum curavi et confirmavi perpetuare privilegio. Quicquid[b] enim de homicidiis ad questum ducis pertinet de tota abbatia, tam in civitate, quam in villis, hoc in usum et arbitrium dedimus gubernantis domini abbatis et solutionis modum constituimus centum et quinquaginta. Quod si quis nostrorum successorum, vel avaritia, vel malorum consilio vel quavis humani generis inimici persuasione, hoc beneficium domui sanctae frustrare voluerit, sacrilegii perpetrator et beatae dei genitricis

409. a) ‚In — trinitatis' *litteris maiusculis scriptum B.* — b) ‚Quidquid' *C.*

contemptor anathema sit et cum Dathan et Abyron vivus in infernum descendat. Nobis vero, qui contulimus, vel qui collatum non violaverint, sed observaverint, in vita aeterna spes retributionis est non modica ab omnium bonorum retributore, qui vivit et regnat deus per omnia saecula saeculorum,[c] amen. Huius rei testes sunt: Hainricus Pragensis episcopus, Hainricus abbas de Brunou, Meinuardus abbas de Plass, Geruasius[d] praepositus de Wissegrad, Florianus notarius, Bogusse de Kladsko, Wittek, Grabisse camerarius, Ioannes iudex, Groznata de Peruz, Beneda de Sweyssin et alii multi.

410.

(FALSUM S. XIII.)

Přemysl I, dux Bohemiae, monasterio Břevnovensi damna tempore belli cum Venceslao duce illata donatione villae suae Chylice compensat.

— 1194 —.

Instrumentum diplomatis autographi instar manu saec. XIII in membrana exaratum in tabulario monasterii Břevnovensis asservatur (A).

Ziegelbauer, Epitome hist. . . . monast. Břevnov. pag. 245. = Dobner, Annal. Hagec. VI, pag. 611 (frgm.). — Dobner, Monum. hist. Boem. VI, pag. 8, num. 13 (reg.). = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 335, num. 358. = Erben, Reg. I, pag. 186, num. 412 (ad ann. 1192).

Notam temporis corrigendam et diploma anno 1193 attribuendum esse putat Dobner, Annal. VI, pag. 612, not. m. Sed instrumentum nostrum posterius confectum esse, cum alia, tum praecipue litterae ipsae, quae iam saeculi XIII formam exhibent, tum verba ‚Henrici tunc temporis abbatis‘ *et* ‚fiscum . . . regium‘ *manifesto declarant. Praeterea etiam sigillum, a genuino Přemysli ducis sigillo (v. num. 336, 342—344) plane alienum, posterius confectum esse nemo non videt. De cetero anno 1194 iam Henricum episcopum principatum obtinuisse inter omnes constat. Quibus omnibus circumspectis, dubitari non potest, quin diploma spurium saeculoque XIII demum confectum sit.*

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ego Premizl, divina favente gracia Boemorum dux, universis Christi fidelibus in perpetuum. Quia rerum gesta ab hominum ‖ non elabuntur memoria, si scripture fuerint robore fideliter et caute perennata, idcirco omnibus presentem paginam inspecturis duximus declarandum, quod, dum Brevnovensis ecclesia tempore ‖ discordię, que inter nos et Wencezlaum patruum nostrum versabatur, cum etiam castrum Pragense obsidione valida cepissemus, per nos et nostrorum violenciam in vino et in aliis admodum ‖ lesa fuisset, nos divinam super hoc formidantes ultionem, ad instantiam domini Brecizlai, venerabilis Pragensis episcopi, et ad petitionem aliorum terre

409. c) ‚sęculorum‘ *B.* — d) ‚Geruazius‘ *B.*

magnatum, nec non domini Heinrici, tunc temporis abbatis,[1] et fratrum dicti monasterii villam nostram in Chilichi,[2] que semper pleno iure ad fiscum spectabat regium, pro satisfactione iniurie et lesionis ipsis per nos et nostros illate deo et beatis Adalberto atque Benedicto, eiusdem ęcclesię patronis, sine omni contradictione contulimus fratribus prefati monasterii et eorum successoribus eodem iure quiete perpetuo possidendam. Ne qua vero in posterum huic nostre donationi, et utinam deo digne, malicię seu calumpnię suboriri possit occasio, presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Huius autem nostre donationis et confirmationis eiusdem testes sunt: Grabisse comes, Pribizlaus Coscka, Zlawech comes, Ratibor comes, Lvttobor comes, Mvtine comes, Bohvsse comes, Brecizlaus comes, Cyrnin comes et alii quam plures. Si qua vero ecclesiastica secularisve persona hanc nostram, quod absit, sollempniter factam infringere adtemptarit donationem, et nostram incurret indignationem et divinam, quod multo formidabilius est, non evadet ultionem. Datum Prage anno ab incarnatione domini M^{o}C^{mo}LXX^{mo}XXII°II, ducatus nostri anno primo.

(S. P.)

Diplomati appensum est scidula membranea sigillum rotundum bilaterale e cera fusca confectum, cuius diametros 80 mm sunt. In priore sigilli parte vir stans, tunica squamata indutus, manu sinistra scuto innixus, dextra vexillum tenens conspicitur. Circumscriptio cuius pars fracta desideratur, haec est: ✠ PRЄMIZ DЄI GRACIA DVX ...... VO?. *In posteriore sigilli parte vir depingitur in solio sedens cum capite nimbo ornato, qui manu dextra vexillum tenet, sinistra palmam gerens scuto innititur; in quo quidem scuto insigne aquillae conspicitur. Circumscriptio:* ✠ SAN(.......... NC///SLAVS · BOEMORVM DVX *Prior sigilli pars fortasse ad exemplum sigilli Friderici ducis (v. num. 304) confecta est Posteriori sigilli parti illud sigillum exemplo erat, quod in Přemysli I regis diplomatibus anno 1224 iun. 21 (Erben, Reg. I, num. 684) primum reperitur. [De sigillo diplomatis nostri disputat eiusque imaginem praebet Dobner, Hist.-krit. Beobachtungen über d. Ursprung ... d. böhm. Wappenschildes in: Abhandl. einer Privatges. IV (Prag 1779) pag. 185 sq.]*

411.

(FALSUM S. XIV IN.)

Henricus, Bohemiae dux et episcopus nec non marchio Moraviae, monasterio Lucensi villam Louka cum theloneo et villam Bohumělice cum pertinentiis donat.

In castro Bítov 1195 iun. 7.

---

410. [1]) *Henricus ab abbatia Břevnovensi anno 1197 remotus est; v. Gerlaci Milovic. Chron. in Font. rer. Boh. II, pag. 512.* — [2]) *Chylice prope Mirošov (Miröschau), distr. pol. Plzeň (Pilsen).*

Instrumentum diplomatis autographi instar manu saec. XIV ineuntis in membrana exaratum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

(Hugo) Sacri et can. ord. Praemonstr. Annal. II, pag. XLIV. — Kleiner, Series fundat. Lucensis, pag. 7 (frgm.). — Dobner, Monum. hist. Boemiae IV, pag. 252 (Spec. cod. dipl. Moravici num. 44). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 339, num. 363. = Erben, Reg. I, pag. 190, num. 424. — Geschichtsqu. d. Grafsch. Glatz I, pag. 11 (reg.).

Erben, l. l. diplomatis fidem suspectam esse adnotavit. Palacký, Dějiny[3] I, 2, pag. 446 et Emler, Kanzlei d. böhm. Könige pag. 6 diploma spurium esse declarant, quod praepositum Vissegradensem perperam Zdislavum appellet. Quam quidem sententiam etiam litterae ipsae comprobant, quae saeculi XIV ineuntis formam exhibent. Sed sigillum diplomati appensum testimonio est, monasterium Lucense verum quoddam Henrici ducis diploma habuisse. Sitne genuinum illud diploma in intrumento nostro conscribendo exemplar adhibitum, quidque illi sit depromptum, diiudicari non potest. — Annus incarnationis cum ceteris characteribus chronologicis non quadrat. — Cf. etiam Dudík, Mähr. allg. Gesch. IV, 131, not. 1.

In nomine sancte et individue trinitatis. Anno verbi incarnati millesimo CXCV, indictione VII, epacta XXV, concurrente V. Iuxta labentis ‖ huius seculi varietates varie in hominibus generantur mutabilitates. Inde est, quod cerea in vicium flecti et lucri ydropico morbo siciens presens etas ‖ multa audet, nichil pudet, dummodo vivet. Porro quia preciosus memorie thesaurus est scriptura rerum seriem incommutabili loquens veritate et ‖ opponens obstaculum emergentibus calumpniis inconvulsum, hec siquidem seva inimicorum constringit iacula et precludit additum, quem fabricat mens dolosa; huius inspectu racionis ego Henricus, dux Boemorum et episcopus nec non marchio Morauie, pro remedio anime mee et fratris mei ducis Cǒnradi ac pro universis predecessoribus meis terrena pro celestibus, videlicet villam, que dicitur Luka,[1] adiacentem eiusdem nominis monasterio cum theolonio et villa Bohmelicz[2] cum molendino et flumine, quod ibi preterfluit et silva, que Palice[3] nunccupatur, nec non cum terra servorum et pleno dominio dedi perpetualiter. Et quoniam sapiens rei exitum ante metitur et iacula previsa minus feriuntur,[a] quod factum meum racionabile superveniente inique occasionis scrupulo minime valeat enervari, testimonio horum corroboravi, quorum nomina sunt hec: Wladimirus cum fratre suo Bracizlao, principes Olomucenses, Zpitigneus cum fratre suo Zwatopluk, principes de Brinen, Stizlaus prepositus Wissegradensis et cancellarius ducis Boemie, Cristoforus prepositus Bolezlauensis, Witek archidyaconus Sattensis, Laurencius canonicus Pragensis, Grabise camerarius ducis Boemie, Witek, Zlauebor castellanus de Satec. Hermannus castellanus de Kladzko, Iarozlaus castellanus de Budysin, Budiuoy sub-

411. *a) ita A.*

[1]) *Louka, germ. Klosterbruck, distr. pol. Znojmo (Znaim).* — [2]) *Bohumělice, germ. Pumlitz, distr. pol. Znojmo.* — [3]) *Nunc Pelz, ab Nesechleby (germ. Esseklee, distr. pol. Znojmo) versus septemtr. et orientem.*

camerarius ducis Boemie, Boruta filius Voconis, Herkenbertus subdapifer ducis Boemie, Ro[pr]echt castellanus de Podywin, Arnustus pincerna ducis Boemie, Iaros subpincerna ducis Boemie, Wilalmus venator curie, Zuda, Zbrazlaus filius Zlauebor, Georius castellanus de Netolic, Pertoldus castellanus de Gradec, Macerat gladiator ducis Boemie, qui eodem tempore dedit villam predicto monasterio, que Lutin[4] vocatur et coram eisdem testibus. Hii sunt testes de provincia Znoymensi: Artlebus, Mrakota, Bolik, Paztuha, Ortwinus, Marquardus, Alexius, Zpita, Belen, Ianik, Mirozlaus, Thomik. Isti vero sunt de provincia Olomucensi: Boguta, Blud, Zudomir, Predbor, Zdebor, Petrek, Micul, Zudiwoy, Iacub, Zemizlaus. Isti autem sunt de provincia Brinnensi: Zbrazlaus,[b] Petrus superbus, Lewa, Diwa, Budis, Bolebor, Racek, Budek, Ztresimir et alii quam plurimi Boemi et Moraui, qui eidem donacioni interfuerunt. Ut autem racionabile factum meum maius robor valitudinis in posterum obtineat et omni evo inconvulsum permaneat, sigilli mei presentis inpressione communivi. Ne autem succedentibus cereis temporibus conveniens ordinacio mea possit evacuari, quatenus ea, que bene sunt ordinata, in perpetuum maneant rata et omni generacioni, que preterit et advenit, fixa sit[c] et inviolata, accensis candelis violatores huiusmodi, quod absit, excommunicavi et cum Iuda traditore eos eterno cremandos igne deputavi. Actum est autem hoc in ipso die prothomartiris Stephani[5] apud monasterium Lucense feliciter amen. Datum per manum Witkonis archidyaconi in castro Betow VII idus iunii.

(S. P.)

Instrumento appensum est filo serico coloris viridis sigillum rotundum bilaterale e cera flava confectum. Sigilli pars prior cum ducis stantis figura ad eandem formam revocanda est, qua diplomatis num. 348 secundum sigillum expressum erat; posterior vero sigilli pars cum episcopi in solio sedentis imagine eadem forma atque primum diplomatis num. 348 sigillum confecta est; quae quidem res genuinam sigilli originem demonstrat. Sed vestigia, quae in sigilli margine exteriore apparent, illud in duas partes discissum fuisse ostendunt, quae postea conglutinatae sunt. Quibus omnibus circumspectis, dubitari non potest, quin sigillum istud quondam alii et genuino Henrici ducis diplomati appensum ab eoque ablatum ad instrumentum nostrum per dolum aptatum sit.

---

411. *b)* ‚Zbrazlau[9]‘ *A.* — *c) ita A.*
[4]) *? Lutín, germ. Luttein, distr. pol. Olomouc (Olmütz).* — [5]) *1194, dec. 26.*

CONSPECTUS

PERSONARUM, AD QUAS HUIUS TOMI LITTERAE AC DIPLOMATA DATA SINT.

Quo conspectu non amplexus sum illa imperatorum et regum Romanorum aliaque diplomata, quae ad externa edita sunt monasteria et in quibus de terra Bohemica vel principibus atque episcopis Bohemiae et Moraviae fit mentio.

Compendia, quae numeris praefixa sunt, formam significant, qua litterae vel diplomata nobis servata sint: c. = copia (apographum); dep. = litterae deperditae; ed. = editio; facs. = facsimile; mem. = memoria donationis; or. = originale (autographum); sp. = dipl. spurium.

CONSPECTUS

PERSONARUM, QUAE HUIUS TOMI DIPLOMATA AC LITTERAS DEDERINT.

Numeri uncis clausi diplomata extranea significant, quorum tantum argumentum dedimus, quod in eis de terra Bohemica fit mentio vel principes atque episcopi Bohemiae et Moraviae testes adferuntur.

CONCORDANTIA NUMERORUM

HUIUS TOMI ET K. J. ERBENI REGESTORUM BOHEMIAE.

Asteriscus Regestorum numero appositus falsa ab Antonio Boczek saeculo superiore confecta significat.

ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae	ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae	ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae	ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae
1	—	40	16	77	37	*116	—
2	—	IV, 1761	17	78	sp. 375	*117	—
3	—	IV, 1762	18	79	sp. 376	*118	—
4	—	IV, 1763	19	80	38		51
5	—		20	81	—	119	52
6	—	IV, 1764	21	82	—	120	53
7	—	41	22		39	*121	—
8	—	42	23	83	—	*122	—
9	—	43	24	84	} 40	123	54
10	—	44	25	85		124	{ 55
11	—	*45	—	86	—		sp. 383
12	—	46	—		41	*125	—
13	—	47	—	87	42	126	56
14	sp. 365	48	29	88	43	*127	—
15	—	49	26	89	—		57
16	1	IV, 1765	27	90	sp. 377	128	58
17	2	*50	—	91	—	*129	—
18	3	51	—	92	44	*130	—
19	—	52	—		45	*131	—
20	—	53	28	*93	—	132	59
21	sp. 366	54	30	94	{ v. not. ad 44	*133	—
22	—	55	sp. 368	*95	—	134	—
23	—	56	—	*96	—	*135	—
24	—	57	—	*97	—	136	—
25	—	58	31	*98	—	137	sp. 384
26	—	59	—	*99	—	138	sp. 385
	4	60	—	100	46	139	60
	5	61	—	101	47	*140	—
27	6	62	sp. 370	102	—		61
28	7	63	32	103	—	141	62
29	8	64	sp. 369	104	—	142	64
	9	65	sp. 373	105	{ v. not. ad 44	143	63
30	sp. 367	66	sp. 372	*106	—	144	66
31	—	67	sp. 371	107	sp. 378	145	65
*32	—	68	—	108	sp. 379	146	67
33	10	69	—	109	sp. 380	147	68
34	{ v. not. ad 9.	70	33	110	—	148	69
—	11	71	sp. 374	111	sp. 381	149	70
35	12	72	34	*112	—	150	71
36	15	73	—	113	50	151	72
37	13	74	35	114	48	152	73
38	v. 18.	75	—		49	153	—
39	14	76	36	115	sp. 382	154	74

ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae	ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae	ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae	ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae
155	75	*199	—	239	134	*278	—
156	76	*200	—	240	133	*279	—
157	77		104	241	156	*280	—
158	—	201	—	II, 2635		281	153
*159	—	202	sp. 390	242	136	282	—
	78	203	105		137	283	—
160	79	204	106	243	140	284	165
161	80	205	107	244	141	285	166
162	81	206	108	245	158	286	167
	82	207	109	246	157	287	168
163	sp. 388	*208	—	247	138	*288	—
*164	—	209	110	248	139		169
165	84		sp. 391	*249	—		170
166	sp. 386		sp. 392	250	—	289	sp. 397
167	87	210	—	*251	—	290	sp. 398
168	88	211	111	252	142		171
169	91	212	112	253	143		172
170	86		113	*254	—	291	201
171	95	213	114	*255	—	Add. 3	173
172	—	214	115	256	144	pag. 620	175
*173	—	*215	—	*257	—	292	174
174	85	216	116	*258	—	293	178
175	sp. 387	217	117	*259	—	294	176
*176	—	218	163	260	145	II, 2636	177
177	83		118	261	146		179
	92		119	262	147	295	180
178	89		120	*263	—		181
179	93	219	124	264	148	Add. 4 pag. 621	182
180	94	220	sp. 393	265	sp. 396	II, 2637	183
181	90	221	121		149		184
182	96	222	—	*266	—		185
183	= Erb. 407	*223	—	*267	—	296	186
*184	—	224	122	268	—		187
185	97	225	sp. 394	269	150		188
*186	—	226	sp. 395	*270	—		189
187	—	227	123		152		190
188	98	228	125	*271	—		191
189	sp. 389	229	127	*272	—		192
190	100	230	128	*273	—		193
191	99	231	155	*274	—		194
*192	—	232	126		154		195
*193	—	233	—	275	159		196
*194	—	234	v. not. ad 129	276	151		197
*195	—	235	129		160		198
	101	236	130		161		199
196	102	237	131		162	297	245
197	—		132		164	298	201
198	103	238	135	*277	—	299	200

ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae	ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae	ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae	ERBEN, Regesta I	Codex dipl. Bohemiae
300	202	328	249	365	290	403	—
301	203	329	247	366	287	404	324
	204		250	367	291	405	325
	205	*330	—	*368	—	406	326
	206	331	—	369	243	407	327
302	207	332	261	370	294	408	328
*303	—	333	260	371	292		329
304	208	334	{ 258		293		330
305	209		259 }	372	296	409	331
306	210	335	262		297		332
307	216	336	sp. 401		298		333
308	211	337	251		299		334
	212		252	373	295	410	339
	213		253	374	305	411	336
	214		254	IV, 1768	306		337
	215		255	II, 2638	307		338
	217		256		308	412	sp. 410
309	218		257	375	302		340
	219	338	266	376	sp. 402		341
	220	339	267	377	sp. 403	413	344
310	221	II, 2783	268	378	300	414	342
311	222	IV, 2077	{ v. not. ad 299 }	379	301	415	343
312	223		400	380	304	416	—
313	231	340	288	381	303		345
314	224	341	270	382	313	417	346
315	227	*342	—	383	—	418	349
316	225	*343	—	384	sp. 404	419	347
317	226	344	269	385	309	420	348
Add. num. 5 pag. 621	228	345	276	386	310	421	350
	229	346	265	387	312	IV, 1771	351
318	230	347	271	388	311	422	—
	232	348	273	389	sp. 405	423	—
	233	349	272	390	335	424	sp. 411
	234	350	274	391	315	*425	—
319	sp. 399	351	275	392	317	426	353
	235	352	278	393	sp. 406	427	354
	236	353	277	394	sp. 407	428	352
IV, 1767	237	354	279	395	314	429	355
	238	355	—	396	318	430	356
	239	356	289		319	431	357
	240	357	285	397	320	432	358
230	{ v. not. ad 299 }	358	280		320a	433	363
	241	359	281	398	sp. 408	*434	—
321	242	360	263		sp. 409	*435	—
*322	—		264	IV, 2079	321	436	359
323	244	361	282	399	322	437	360
324	—	362	—	400	—	438	361
325	—	363	283	401	323	439	362
326	248	364	284	402	—		364
327	246		286				

INDEX NOMINUM.

Litteras Č, č, Ch et K. k quaere sub C, c, litteram Y, y sub I, i. Singulis nominibus adiecta est significatio uncinis seclusa, qua forma litterae, in quibus nomen legitur, sint servatae, ita ut *or.* originale [autographum], *fasc.* fascimile, *c.* copia [apographum], *sp.* spurium, *ed.* editio intellegendum sit. Numerus Romanus vocibus *c.* et *sp.* adiectus saeculum indicat. Numeri arabici uncinis inclusi, quo anno litterae datae sint, significant; crux ante numerum posita personam commemorari indicat, quae iam vita decesserit. Ex eis qui postea sequuntur numeribus maior paginam, minor lineas quinas indicat; numerus uncinis formae 〈 〉 inclusus nomen in loco postea interposito legi monet; numerus formae cursivae litteras spurias vel fictas significat.

A.

B.

C, Č, CH, K.

E.

F.

G.

I. Y.

J.

L.

N.

O.

Q.

R.

S, Š.

Z.

COMPENDIA INDICIS.

abb. = abbas.
al. = alias.
arep., *arepi.* ɔc. = archiepiscopus, -i ɔc.
Austr. = Austria.
b. = bohemice, beatus.
Bav. = Bavaria.
Boh., *Boem.* = Bohemia, Boemia.
can. = canonicus.
card. = cardinalis.
d. p. = districtus politicus (okresní hejtmanství, Bezirkshauptmannschaft).
diac. = diaconus.
dioc. = diocesis.
eccl., *eccle.* = ecclesia, -ae.
ep., *eps.*, *epi.* = episcopus, -i.
epatus. = episcopatus.
fl. = flumen, fluvius.
g. = germanice.
hospit. = hospitale.
Inf. = Inferior.
It. = Italia.
monium., *monii.* = monasterium, -ii.
Mor. = Moravia.
occid. = occidens.
or. = oriens.
ord. = ordinis.
pp. = papa.
presb. = presbyter.
prov. = provincia.
Rgb. = Regierungsbezirk.
s. = sanctus.
Sax. = Saxonia.
Sil. = Silesia.
ss. = sancti, -orum.
tit. = tituli.
v. = vide.

GLOSSARIUM.

Abbacia *369, 1.* abbatem instituere 45, 25.

ablutor vestimentorum *399, 1, 10. 431, 25. 432, 10.* a. vestium ⟨*380, 10*⟩.

absolutio in mortis periculo 146, 20. absoluti ab universo thelonei totiusque iuris forensis exactione 322, 1.

accusator episcoporum *338, 1.*

acolitos ordinare 168, 30.

advenae 257, 1.

advocatus 28, 25. 142, 30.

aes 112, 15.

agaso, agazo, agazones 85, 1. 163, 20. 165, 5. 193, 5. 196, 20. 198, 20. 205, 20. 244, 10. 247, 30. 261, 15. 289, 20. *387, 15, 30. 413, 20. 440, 20.* a. episcopi Prag. 306, 5. V. et. marscalcus.

ager, agri 45, 15. 57, 1. 83, 15. 130, 10, 15. 198, 10. 202, 30. 205, 10. 273, 10. 275, 35. 278, 5 sq. 322, 15. *348, 20, 25. 364, 15. 415,5.* a. ad coronam pertinens 215, 15. agrorum circuiciones 215, 20.

agricultura *348, 20.*

alienare villas ęcclesię 273, 5.

allecia *55, 10. 392, 25.*

allodium ⟨119, 10⟩. ⟨120, 5⟩. ⟨121, 10⟩. 123, 5.

altare: altaria 112, 35. 269, 20, 25. a. in capitibus ecclesiae 134, 10. propositi manuscriptum supra altare ponere 86, 25. altaris minister 138, 25. ab altaris ministerio alienare 138, 5—20.

ambitus 192, 25. 205, 1. 263, 30. 264, 5, 10. *V. et.* circuitus.

amministratio pastoralis 66, 25.

amputator arborum *399, 10. 432, 1, 20.*

anathema, anathęma, anatema 26, 15. 47, 25. 85, 15. 106, 1. 111, 10. 114, 25. 146, 20. 163, 10. 188, 30. 253, 5. 255, 10. anathematis gladius 75, 20. 206, 5. a. vinculum 26, 20. 219, 15. a. vinculo innodare 118, 15. 224, 15. 313, 10. anathemate firmare 239, 1. sub anathemate confirmare 247, 10.

ancilla, ancillae, 36, 1. 45, 15. 161, 1—15. 324, 15. *387, 15, 25. 390, 1. 399, 15. 432, 25.*

animalia 324, 5. a. viva 326, 15. a. tam maiora quam minora *361, 1.*

animatores 59, 35. *348, 10, 15. V. et.* dusnic.

annona 250, 30.

annuli usus abbati conceditur 329, 25.

annus iubileus 152, 10.

anseres 130, 10.

antistes 10, 15. 38, 15. 52, 10. 164, 25. 198, 15. 269, 15. a. primae sedis 90, 15.

apes *412, 30.*

apiarii 55, 25. 56, 1. *V. et.* custos apum.

apostolatus 18, 15. 39, 1. a. primiciae 65, 30.

apostoli vel evangelii expositio lingua Sclavorum annuncianda 26, 20.

apostolica decreta et instituta *343, 10.*

apostolica limina, apostolorum l. *v.* limina.

apostolica auctoritas *v.* auctoritas apostolica. a. audientia *v.* audientia. a. monita 70, 20. a. potestas 33, 10. a. sanctio 38, 30. a. sedes *v.* sedes apost.; a. privilegia 70, 20. a. scripta 133, 30. apostolicam vicem tenere 32, 10.

apostolico conspectui representari 146, 20.

apostolicus domnus 61, 20.

apostolicum sigillum 73, 20.

appellare Romanum pontificem 30, 1. a. sedem apostolicam 292, 10. 329, 1. a. ad audientiam domini papę 241, 10.

appendicia 156, 30. 161, 1. 198, 10. 275, 35. 297, 5.

aquilae imperii victrices *441, 30.*

